Parmæ inquirenda. Et ad faciendum ſcribi bona malefactorum cum vno
ragatio equite, & vno notario maleficiorum, & vno correrio cõis Parmæ,
& duob⁹ berouarijs de familia ipſius D. poteſtatis, qui miles cum ragacio
p̃cipere poſſit, & habere de bonis malefactorum tm̃ q̃p expenſis cibi, & po
tus ipſorum, & equorum, q̃p quolibet die naturali, q̃p vtroq; ipſorum decẽ
ſoldos impialium, cõputando diẽ de momento ad momẽtum. Et pro co
rerio, & berouarijs, & quolibet eorum ſoldos quinq; impialium q̃p quoli
bet die vt ſupra; & notarius ſoldos octo impialium, ſi eques iuerit ſingula
die vt ſupra; niſi aliter ſit prouiſum ipſi notario p̃ pactum conductionis of
ficij ſui. Et ſi nõ reperirent̃ de bonis malefactorum, q̃ villa, in qua factum
fuerit maleficium, faciat dictã expenſam, & poſt modum habeat regreſ
ſum ad exigendum dictam expenſam ab omnibus villis plebatus in quo
erit dicta villa. Et de hoc D. poteſtas faciat executionem ſummariam.

De officio iudicum D. Poteſtatis, & de eorum deputatione.

POteſtas teneatur, & debeat eligere, & deputare vnum ex iudicibus
ſuis pro ſuo vicario, qui intendat ſolicitè; & mandet executioni ſta-
tuta, & reformationes conſiliorum cõis Parmæ factas, & fiendas.
Et qui poſſit interponere auctoritatẽ ſuã q̃p cõi Parmæ in contractibus, &
alienationibus minorum. Et in dando tutores, vel curatores, & in inuenta
rijs,

rijs, & emãcipationib⁹; ſi ſup p̃dictis fuerit req̃ſitus. Et qui poſſit ẽt cognoſ
ſcere de quæſtionibus, & cauſis ciuilibus, & ſententias, & præcepta execu-
tioni mandare, & oĩa alia, & ſingula facere in ciuilibus cauſis, quę facere
poſſet dictus D. poteſtas, etiã ſecundum formam pręſentium ſtatutorum.

Alius vero iudex deputet̃ ad inquirendũ, & cognoſcẽdum de accuſatio
nibus, & maleficijs; & non poſſit cognoſcere, nec ſe intromittere de aliqui
bus alijs q̃ſtionibus, & cauſis; & ſi contrafecerit, totus proceſſus ab eo fact⁹
ſit nullius momenti. Et hoc vt maleficia melius, & diligentius inquirãt̃. Et
oẽs accuſationes, q̃ fient cuiuſcunq; conditionis ſint; fiant, & fieri debeant
corã dicto iudice in ciuitate Parmæ, & non alibi. Et ſi aliter fieret, non va-
leat quicquid ſequeretur ex eius, vel eorum occaſione, & q̃p iudex malefi-
ciorũ nõ poſſit cognoſcere de dãnis datis, niſi per accuſam corã eo factã.

Tertius vero iudex poteſtatis ſit, & deputetur in ciuilibus cauſis, & q̃-
ſtionibus; & poſſit interponere auctoritatem ſuam pro cõi Parmæ in con-
tractibus, & alienationibus minorum; & in dando tutores, & curatores;
& inuentarijs conficiendis, & in emancipationibus, & in omnibus alijs, &
ſingulis contractibus, & negocijs, in quibus requireretur auctoritas iudi-
cis; & poſſit ẽt cognoſcere in cauſis, & quæſtionibus quibuſcunq; prout
facere poſſet ipſe D. poteſtas, ẽt ſecundum formam præſentium ſtatutorũ.

Vnus aũt ex dictis tribus collateralibus dicti D. poteſtatis deputetur ad
banchum lupi, & ſuperſit, & intendat ad exactionem condemnationũ, &
oĩum, q̃ debentur cõi; & diligenter ſine fraude, remoto p̃cio, precibus, &
amore inquirat, & exigat, & ad ſoluendũ cõpellat, oẽs, & ſingulos cõdem
natos ſecundum formã ſtatutorum cõis Parmæ inde loquentiũ. Qui colla
teralis poſſit, debeat, & teneat̃ executioni mãdare ſententias corporales la
tas contra p̃ntes; & bannitos, & cõdemnatos ſuo poſſe capere, & detinere.

Secundus verò collateralis p̃ſ. D. poteſtatis deputetur ad victualia, & te
neat̃, & debeat circare oẽs carnarolos, ſeu lardarolos; & omnes vtentes ba-
lancijs, marchis, ſtateris, menſuribus, paſſibus, & ponderibus, quæ q̃dem
pondera, balanciæ, menſuræ, & paſſus bullari debeant ſemel in anno tan-
tũ. Et hoc inquirat dictus collateralis. Et ſi inuenerit aliquem non bullaſſe
prædicta, poſſit inquirere, & procedere vſq; ad ſententiam excluſiuè; & D.
Poteſtas condemnare debeat quemlibet non obſeruantem in decem ſol-
dis Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice. Et vlterius facere, & adimplere
ea oĩa, q̃ ſpectant ad eius officium ſecundum formã p̃ntium ſtatutorũ; dũ-
modo ſententiæ, & cõdẽnationes inuẽtionũ, & alior̃ dicti officij, ſpectẽt,
& pertineant ad d. D. Poteſtatem; & quas ipſe D. poteſtas facere teneatur.

Tertius verò collateralis deputetur ad officium ſtratarũ, & dãnorũ da-
torũ; & facere teneat̃, & poſſit ea, quæ ad eius ſpectent officiũ; & habeat iu-
riſdictionem cognoſcendi, procedendi, & terminandi in cauſis dãnorum
datorũ, cũ cõſilio tm̃ vnius ex iudicib⁹ dicti D. poteſtatis, ſi petitum fuerit

per

Solus Aud. Cri
nalium Parm
poteſt cognoſce
Criminа

per partes, vel alterã ipſarum. Et quilibet dictorꝝ collateraliũ intendant ci
chis, & cuſtodijs nocturnis; videlicet, quilibet ipſorꝝ per vnã ſeptimanã; &
ſic ſucceſſiuè, vel aliàs prout D. poteſtas ordinauerit, & mandauerit.

De pœna impoſita Poteſtati non tenenti vniuerſam eius familiam.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſi p̃d. D. poteſtas non tenuerit toto tpe ſui officij oes p̃dictos vicarios, iudices, collaterales, domicellos, coquũ, ſcutiferos, & equos, comeſtabilẽ, & berouarios; debeant ſibi retineri de ſalario ſuo ſingulo meſe per cõe Parmæ vt ĩfra; videlicet, Pro vicario, tàm pro eius ſalario, q̃ pro expenſis victus, libras decẽ & nouẽ, ſoldos quattuor impialiũ. Pro iudice maleficiorũ, ꝑ eius ſalario, & expenſa libras ſexdecĩ impialiũ. Pro iudice rationis, ꝑ eius ſalario, & expenſa libras vndecim ſoldos quattuor impialiũ. Pro quolibet collaterale, & ẽt pro comeſtabile, tã pro ipſorũ ſalario, q̃ expenſa libras octo impialiũ. Pro quolibet berouario, libras duas ſoldos decẽ impialium. Pro quolibet domicello, ſcutifero, & coquo, tã pro ſalario, q̃ pro expenſa libras tres ſoldos quattuor imperialium, pro quolibet equo, libras tres ſoldos quattuor imperialium.

Quòd nullus qui ſit oriundus, vel ciuis ciuitatis, cuius ſit Poteſtas, vel iudex ſuus, poſſit agere coram ipſo Poteſtate, vel iudice.

POteſtas, & eius iudices non poſſint cognoſcere, neq; terminare aliquã quæſtionem, quę eſſet inter aliquem ciuem, vel diſtrictualem Parmæ; & aliquem qui eſſet de ciuitate, terra, ſeu territorio vnde oriũdus eſſet, vel ciuis ipſe D. Poteſtas, vel aliquis ex ſuis iudicibus; ſed tũc, & eo caſu D. Capitaneus, ſeu Referendarius ciuitatis Parmæ, qui p tpa fuerint, poſſint, teneantur, & debeant ipſas quæſtiones audire, & terminare fine debito; niſi tamen Capitaneus, & Referendarius eſſent ciues, & oriundi terræ, vel loci, cuius eſſet, ipſe habens cauſam, vel quæſtionem cum ciue, vel diſtrictuale Parmæ, quo caſu adueniente, ſit cognitor, & deciſor D. Epiſcopus Parmæ dictæ quæſtionis, & cauſæ.

Quod Poteſtas faciat eligi iudices orphanorum, & miſerabilium perſonarum, & aduocatos, & ſyndicos, ſeu procuratores communis.

POteſtas vna cũ Antianis, & præſidentibus negotijs cõis, teneatur infra octo dies menſis Ianuarij eligere vnũ Iuriſperitũ de collegio iudicũ, qui ſit aduocatus cõis, & orphanorũ, viduarũ, pauperũ, & miſerabiliũ perſonarũ, quibus ſuum patrocinium fideliter p̃ſtare teneat̃ ſine aliquo precio habendo ab eis. Et qui iuret in conſilio publico p̃ſtare ſuum patrocinium dicto cõi, & ſingulis prædictæ conditionis nihil ab eis extorquendo. Et ꝙ ipſe benignè recipiet omnes prædictæ conditionis ad ſe veniẽtes. Et eis cõſiliũ exhibebit bona fide, ſine fraude, remotis p̃cio, amore, timore,

timore, odio, & prẽcibus. Et duret eius officium per annũ. Et iudices q̃ dabunt conſilia in cauſis dictarum miſerabiliũ perſonarũ, & notarij officiales poteſtatis Aduogadrorꝝ, & conſulum, & aliorꝝ officialium ſacramẽto p̃ciſo teneantur nihil percipere ab eis perſonis ꝑ conſilijs, & ſcripturis factis eiſdem. Et intelligantur perſonæ pauperes, & miſerabiles eſſe illæ, de quibus, ſeu pro quibus iurauerit iudex prædictus, qui fuerit electus ad prẽſtandum eis patrocinium, verum eſſe, vel quas iudex de medio, recepta priº informatione, & ſacramento duorꝝ, vel triũ bonorꝝ vicinorꝝ ipſiº, qui diceret̃ miſerabilis, ꝑnunciauerit eſſe miſerabiles; p̃ſente, vel citata parte aduerſa, quorum teſtium nomina, & ſacramenta ſcribantur in actis.

Item pro iuribº, & bonis ſupradictorꝝ cõis, ciuitatis, & populi Parmæ, & orphanorꝝ, pauperꝝ, viduarꝝ, & miſerabiliũ perſonarꝝ conſeruãdis, & defendendis, teneatur dictus D. poteſtas, vna cum Antianis p̃ſidentibus dicti cõis, infra octo dies mẽſis Ianuarij eligere vnum probum, & legalem, & expertum hominẽ dictæ ciuitatis, qui ſit, & eſſe debeat ſindicus dicti cõis, & procurator dictorum orphanorum, pauperum, & miſerabilium perſonarum, ſine aliquo precio habendo ab eis, & qui iuret in publico cõſilio, eius officium fideliter, & ſolicitè exercere; & nihil petere, percipere, vel habere à dictis pauperibus, & miſerabilibus perſonis, quorum cauſas defendet, vel tractabit; & duret eius officium per annum.

Item, ꝙ prædicti aduocatus, & ſindicus, & procurator electi vtſupra, habeant, & habere debeant à præf. Mag. communitate libras duas imperialium ſingulo menſe pro vtroq; ipſorum; ita tamen, ꝙ illi qui fuerint electi ad dictum officium vno anno, non poſſint ad id officium, vſq; ad quattuor annos immediatè ſecuturos promoueri.

Quod per Poteſtatem eligantur quattuor viri, qui non patiantur de territorio, rebus, & iuriſdictione communis occupari.

POteſtas teneatur infra primum menſem ſui regiminis facere eligi p Antianos p̃ſidentes negocijs cõis Parmę quattuor bonos, & legales viros, qui debeãt ſupereſſe ad videndum, & inquirendum, ſi eſt aliquid occupatum, vel detentum de territorio, & diſtrictu, bonis, & rebus, caſtris, vaſſallis, iuridiſdictionibº cõis Parmæ. Et ſi aliquid inuenerint occupatum à parte ſuperiori, vel à meridie, vel à parte inferiori, vel alibi, poteſtas teneat̃ recuperare illud; ſicut placebit Conſilio generali. Et illã inquiſitionem faciant prædicti quattuor electi oĩbus modis, quibus melius potuerint, non obſtante aliqua prę̃ſcriptione, vel tranſcurſu alicuius temporis, de p̃dictis tñ occupationibº, detentionibus notitiam facere teneantur præf. Illuſtriſs. D. D. noſtro, anteq̃ ad recuperationẽ, vel executionẽ aliquã procedatur. Et ſecundum ꝙ præf. D. noſter mandauerit ita facere, & non aliter, teneantur; ſi tamen dictæ detentiones, vel occupationes fuerint de ca-

de castris, villis, honorantijs, iurisdictionibus dicti communis, vel alijs huiusmodi.

De iuribus, & iurisdictionibus communis, castris, bonis, rebus, & vasallis recuperandis, manutenendis, & defendendis.

SI quis tenet, occupat, vel possidet, vel tenuerit, occupauerit, vel possederit, vel quasi de iurisdictionib⁹ cõis Parmæ, seu de aliquibus rebus, seu rationib⁹, castris, villis, aut vasallis dicti cõis ptinẽtib⁹ ad cõe Parmæ in quocunq; loco, & qualitercũq; ; vniuersaliter, vel singulr, vel ad cõitatẽ, vel vniuersitatem alicuius vicinię, vel loci, seu cõis Parmę, seu in platea, seu alibi infra confines plateę, vel alibi in toto episcopatu, vel districtu dictę ciuitatis, vel extra; tã saldis, glareis, canalib⁹, & rippis canalium, seu fluminib⁹, q̃ in quibuscunq; alijs bonis, rebus, & iurisdictionib⁹, potestas teneat̃ prius facta notitia præf. D. nostro, & cętera; prout in suprascripto ꝓximo statuto contra p̃dictã occupationem facere restitui, & expediri, & expeditum tenere illud, qđ occupasset; ita qđ vlteri⁹ in aliquo p̃dictorum locor̃ aliqđ impedimentum non sit. Et si aliquis occupauerit rẽ ad cõe Parmę pertinentem, soluat cõi debitã, & congruam pensionem de eo tpe, quo tenuerit ipsã rem, ad similitudinem rei similis conditionis. Insup soluat ꝑ bãno quilibet cõtrafaciens centum soldos Parmeñ. ꝑ quolibet, & qualibet vice. Et qlibet possit accusare, & habeat medietatẽ bani. Et nihilomin⁹ ad restitutionẽ rei p̃dictæ teneat̃, ac compelli possit; & debeat.

Quod Potestas non permittat alienari de bonis immobilibus cõis Parmæ.

POtestas ad pęnã librar̃ centum Parmeñ. de suo salario p̃cisè teneat̃, non permittere fieri alienationẽ alicui⁹ rei imobilis cõis Parmę, nec alicui⁹ possessionis ẽt consistentis in aquis. Et si fieret, non valeat; nõ obstãte aliquo statuto facto, vel faciendo, modo, vel in futur̃, & sit p̃cisũ.

Priuilegium Ottonis Imperatoris concessum cõi Parmæ super regalibus, & consuetudinibus, & super iurisdictionibus in criminalibus, et in ciuilibus, & super pascuis, et aquis, et alijs in eo contentis, et super reuocatione priuilegiorum cõi Parmæ aliàs concessorum,

IN noĩe sanctę, & indiuiduę Trinitatis. Ottonus Quartus diuina fauente clementia Romanor̃ Imperator, & semper Augustus Imperialis clementię cõsueta Serenitas, eã semper in subditis dispensationẽ fauoris, & gr̃æ habere consueuit; vt ipsis quor̃ fides, & deuotio semper sincera, & pura circa Imperium est inuenta, copiosos beneficijs respondere. Quapter vniuersor̃ nostri Imperij fidelium, tàm p̃sens nouerit ętas, q̃ succesſura posteritas, q̃ nos attendentes sincerã fidem, & deuota seruitia, quę dilecti fideles nostri Ciues Parmeñ. iam dudum exhibuerunt, & in posterũ ipsos

ipsos exhibuturos speram⁹ ad imitationem Sereniss. anteceſſor̃ nostror̃ Federici Romanor̃ Imperatoris Augusti, & Henrici tunc Regis Romanor̃ Augusti, sicut ipsos ex suo authẽtico apud Constantiã facto priuilegio inter ipsos, & ciuitates Lombardię apertè feciſſe cognouimus. Concedimus ipsi ciuitati Parmæ regalia, & consuetudines; tã in ciuitate, q̃ extra ciuitatẽ ĩ ppetuũ; videlicet, vt ipsa ciuitas Parmę habeat oĩa sicut hactenus habuit, & habet; extra vero oẽs consuetudines sine cõtraditione exerceat, quas ab antiquo exercuit, & exercet in fodro, colta, nemorib⁹, pascuis publicis, põtib⁹, aq̃s, & molẽdinis, sicut ab antiquo habere cõsueuit; & exercitiũ in munitionib⁹ ciuitatis, & plenã iurisdictionẽ, tã in crĩalib⁹ causis, q̃ ĩ pecuniarijs in ciuitate Parmę; & oĩb⁹ psonis, & extra ĩ oĩb⁹ psonis, & terris ep̃atus, ciuitatis, & districtus Parmæ; & in cęteris oĩbus personis, quę spectant ad cõitatẽ ciuitatis Parmę. Et si quis super his quę iam dictæ ciuitati concessim⁹, vel permissimus; siue in ciuitate, siue extra ciuitatẽ quęrimoniã apud maiestatem nr̃am deposuerit, cuius quęrimoniã nõ admittem⁹, & silentium ei imponem⁹; priuilegia oĩa data, & oẽs concessiones, quæ in p̃iudicium, vel in dãnum ciuitatis Parmæ ab anteceſſorib⁹ nostris, vel nobis, sine nuncijs nostris alicui psonæ, loco, vel locis indulta sunt, cassam⁹, & in irritũ deducimus; in causis appellationum, si quãtitas xxv. libr̃ Imperialiũ exceſſerit, appellatio ad nos fiat; ita tñ q̃ non cogantur ire in Alemaniam; sed nos habebimus ꝑprium nuncium de ipsa ciuitate, vel eius ep̃atu, qui de ipsa appellatione cognoscat, & iuret, q̃ bona fide sine fraude causas examinabit, & diffiniet sm̃ leges, & consuetudines, & mores ciuitatis Parmæ infra duos dies à cõtestatione litis, vel à tpe appellationis acceptæ; nisi iusto impedimento, vel consensu vtriusq; partis remanserit. Itẽ volumus, q̃ p̃caria, & liberaria in suo statu permaneãt sm̃ consuetudines ciuitatis Parmæ. Non obstante lege quæ dicitur Federici Imperatoris. Itẽ dictæ ciuitati Parmæ concedimus, vt liceat eis ciuibus ciuitatẽ ipsam munire, & extra ciuitatem munitiones facere. Statuẽtes, q̃ si qua discordia de feudo orta fuerit inter vos, & aliquem, q̃ fuerit de ipsa ciuitate, vel ep̃atu, per partes ipsius ciuitatis, & ep̃atus, sm̃ consuetudines illius ciuitatis in eodem ep̃atu terminet̃, nisi nos in Lombardia fuerimus; tunc .n. in audientia nr̃a, si nobis placuerit, agitabitur causa. Hæc oĩa, & alia vniuersa, quæ continet̃ in priuilegio facto, & conceſſo generalib⁹ ciuitatibus Lõbardiæ per D. Federicum Imperatorẽ, & Henricum Sereniſs. tunc Romanorum Regẽ D. Augustos specialiter ciuitati Parmæ, concedimus, & cõfirmam⁹. Et Paganum Alberti Egidij potestatem Parmę, noĩe ipsius ciuitatis & nuncios bonorum Iacobum Abraę, & Gerardum iudicẽ, Vgolinum, Iulianũ, & Guidonẽ Stephanũ notarios de his oĩbus inuestim⁹ Imperiali auctoritate corroboram⁹. Statuentes firmiter, & p̃cipientes, vt nullus archiep̃us, ep̃us, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitaneus, nulla ciuitas, nullum

lum cõe, nulla deniq; persona alta, vel humilis, ecclesiastica, vel sęcularis, dictã ciuitatem contra hanc nrę Serenitatis, concessionẽ, confirmationẽ, & dationẽ in aliquo molestare psumat, vel assignare, & sine legali iudicio disuestire. Quòd qui facere attentauerit, in vltionem suæ temeritatis centũ libr. auri puri; dimidiam fisco nro, & dimidiam dictæ ciuitati pro pęna cõponãt. Ad cuius rei certam in posterum credentiam, psentem inde pagina conscribi iussimus, & nræ maiestatis sigillo muniri. Huius rei testes sunt Aldricus Laudẽ. epus. Iacobus Taurinus epus. Hieronym⁹ Actoĩm. ppositus. Artimanus Comes. & Virtumber Aymo Deminũbe. Henricus de Rauasonibus camerarij. Salmeuera de Ferraria. Ysaac de Boraria potestas Papiæ. Albertus Strucius, & Ioãnes de Pando Imperialis curiæ iudex. Signum D. Ottonis Quarti Romanorum Imperatoris inuictissimi. Ego Coradus spẽ epus Imperialis aulæ cãcellarius vice Dñi Federici Colonẽ. archiepi, & Italię archicañ. recognoui. Acta sunt hęc anno Dñicę incarnationis Millesimo ducentesimo decimoseptimo Kalen. Iunij. Glorioso D. Ottone Romanorum Imperatore. Anno regni eius duodecimo. Imperio verò primo. Datum apud Laudem per manum Dalgherij prothonotarij, inditione tertiadecima.

Priuilegium D. Federici Imperatoris Secundi concessum communi Parmæ in eadem forma.

IN noĩe Dñi æterni, & Saluatoris nri Dñi nri Iesu Christi. Amen. Federicus Secundus diuina fauente clementia Romanorũ Rex, & semper Augustus, & Rex Siciliæ regalis clementiæ mansueta Serenitas, dignũ semper in subditis dispensationem fauoris, & gr̃æ habere cõsueuit; & ipsis quorũ fides, & deuotio semper sincera, & pura circa Imperium est inuẽta, copiosos beneficijs respondere. Quapp vniuersorũ Impij nri fidelium, tã psens nouerit ętas, q̃ q̃ successura posteritas, qp nos attendentes sincerã fidẽ, & deuota seruitia, quę dilecti fideles nri Ciues Parmę, iam dudum Imperio exhibuerunt, & ipsos in posterum exhibituros speramus ad imitationẽ Sereniss. antecessorũ nostrorũ; sicut ipsi ex suo authentico priuilegio eidem ciuibus Parmę apertè fecisse noscuntur. Cõcedimus ipsi ciuitati Parmæ regalia, & consuetudines, tã in ciuitate, q̃ extra ciuitatẽ, & in ppetuũ videlicet, vt in ipsa ciuitate Parmę oĩa habeat, sicut hactenus habuit, & habet. Extra verò oẽs consuetudines exerceat sine contradictione, quas ab antiquo exercuit, vel exercet, in fodro, colta, nemoribꝰ, pascuis pub. pontibus, aquis, & molendinis; sicut ab antiquo habere consueuit, vel habet, & exercitiũ in munitionibus ciuitatis, & plenam iurisdictionẽ, tã in criãlibꝰ causis, q̃ q̃ pecuniarijs in ciuitate Parmæ, & in oĩbus psonis, & extra in omnibus personis, & terris epatus Parmę, & cõitatis, & districtus Parmæ, & in cęteris oĩbus, quæ spectant ad cõmoditatẽ ciuitatis Parmæ. Et si quis

qs sup̃ his, q̃ iã dictæ ciuitati cõfirmauimꝰ, siue in ciuitate, vel extra q̃rimoniã apud maiestatẽ nr̃am deposuerit, eiꝰ q̃rimoniã non admittemꝰ, & silẽtiũ imponemus; priuilegia, & oĩa data, & cõcessiones, q̃ in p̃iudiciũ, vel dãnũ ciuitatis Parmæ, vel antecessoribus nr̃is, vel nobis, siue nuncijs nr̃is, alicui psonæ, loco, vel locis indulta sint, cassamus penitus, & in irritum deducimus. In causis verò appellationũ si quãtitas xxv. libr. impialium excesserit, appellatio ad nos fiat; ita tñ qp non coganꝰ in Alemaniã ire; sed nos habebimus ꝓprium nũcium in ipsa ciuitate, vel epatu ipsius, qui de dicta appellatione cognoscat, & iuret, qp bona fide causas examinabit, & diffiniet sm̃ leges, & consuetudines, & mores ciuitatis Parmæ infra duos mẽses a cõtestatione litis, vel a tpe appellationis receptæ; nisi iusto ipedimẽto, vel cõsensu vtriusq; partis remãserit. Itẽ volumꝰ, qp p̃caria & liberaria in suo statu remaneãt sm̃ consuetudines ciuitatis Parmæ, non obstãte lege, q̃ dr̃ Imperatoris Federici. Itẽ dictæ ciuitati Parmæ concedimus, qp liceat eis ciuibus ciuitatẽ ipsã munire; & extra munitiones facere. Statuẽtes, qp si qua discordia de feudo orta fuerit inter vos, & aliquem, qui fuerit de ipsa ciuitate, vel epatu Parmæ, per partes ipsius ciuitatis, & epatus, sm̃ consuetudines illius ciuitatis, in eodẽ epatu terminet̃; nisi nos in Lõbardia fuerimus; tũc enim in audientia nr̃a, si nobis placuerit, causa agitabit̃. Hæc oĩa, & alia vniuersa, q̃ continent̃ in priuilegio facto, & concesso generaliter ciuitatibꝰ societatis Lombardiæ per D. Federicum Imperatorem auum nr̃m, & D. Imperatorẽ Henricũ p̃rem nr̃um, tunc Romanorũ Regẽ dños augustos fœlicis memoriæ specialiter ciuitati Parmæ concedimus, & confirmamꝰ. Et Matheũ de Corrigia, & Egidiũ Giberti, & Bernardũ Magni notariũ, ambascia tores cõis Parmę, noĩe ipsius ciuitatis, de his oĩbus inuestimus, & regali auctoritate corroboramꝰ. Statuẽtes, & firmiter p̃cipiẽtes, vt nullꝰ Archiepus, Epus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitaneus, nulla ciuitas, nullũ cõe, nulla deniq; psona alta, vel humilis, ecclesiastica, vel secularis, dictã ciuitatẽ cõtra hãc nr̃æ Serenitatis concessionẽ, cõfirmationẽ, & dationẽ molestare in aliquo præsumat, vel aggrauare, vel sine legali iudicio disuestire. Quòd q̃ facere attẽtauerit, in vltionẽ suæ temeritatis centũ libr. auri puri, dimidiũ fisco nro, dimidiũ dictæ ciuitati ꝓ pęna cõponat. Ad cuiꝰ rei æternã in posterũ credentiã, p̃sens priuilegiũ scribi, & maiestatis nr̃ę sigillo iussimus muniri. Huius rei testes sunt Madeburgẽ. Archiepus. Varinach. epus. Abbas S. Galli. Dux Bayueriæ, & Comes palatinus. Riuus Dux Sassoniæ. Dux Brabãtiæ. Vbertus. Maricus. Beloldus dapifer. Philippus frater eius. de Instrug. marischalcꝰ. & alij q̃plures. Signũ Federici Dei gratia Romanorũ Regis semp augusti, & Regis Sicilię. Ego Cõradus Dei gratia Mateñ. & Spireñ. epus & impialis aulæ cãcellariꝰ vice D. Gifredi sãctæ maiestatis tũc sedis archiepi, & totius German. recognoui. Acta sunt hæc anno dñicæ incarnationis Millesimo ducentesimo nonodecimo mensis Februarij indi-

ctione ſeptima. Regnante D. noſtro Federico Dei gratia Excellẽtiſ. Rom
nor⁹ Rege ſemp auguſto, & Rege Siciliæ. Anno romani regni ipſi⁹ in Ge
mania ſeptimo, & in Sicilia vigeſimo fœliciter. Amẽ. Datũ apud Spirã per
man⁹ Hẽrici impialis aulę ꝓthonotarij, anno, mẽſe, & ĩdictione ꝑdictis.

Priuilegium conceſſum communi Parmæ ſuper decretis alienationum minorum, emancipationum, & inſinuationum teſtium, qui ad æternam rei memoriam producuntur.

FEdericus Dei gratia Romanorũ Imperator sẽper auguſtus. Hieruſa
lẽ, & Sicilię Rex. Contingit aliqñ iuſtitiæ debitum ad ꝑſtationẽ eius
Regis officium, tam neceſſario, q̃ ſponte conſtringitur; fidelibus no
ſtris, & ſubditis per Italiæ partes vbiq; diffuſis cõtra maieſtatis nr̃æ propo
ſitum ſubtrahat; qa dũ emergentibus rei publicæ curis ipſius ꝑſentia nr̃a
Serenitatis admittit; nec alior⁹ iudicũ copia ſuppetit, q̃bus auctoritate nr̃a
polentibus, iura petentibus miniſtrẽtur; defectus hinc inde iuſtitię noſtris
fidelibus deplorandis; pp quod quædã iuris ſolẽnia, q̃ tã ꝓrogatiua rer⁹, q̃
perſonar⁹ noſtro potentiſſimo dño ſint innexa, pleriq; fidelibus explican
da cõmittimus; ſed in hoc præcipuè illor⁹ vota petentiũ libentius amplexa
mur, quos pro experientia noĩum, & fide conſpicuos, & obſequior⁹ conti
nua exhibitione deuotos, p quor⁹ ꝑſonas auctoritate ſuffultas expedire vi
debamur; oĩa dũ meritò noſtra facimus, quibus auctoritatẽ nr̃i culminis
impartimur. Hinc eſt igitur, q̃ pñtis ſcripti ſerie notũ fieri volumus vniuer
ſis ĩperij fidelibus, tã pñtibus, q̃ futuris, per nos attendẽtes fidẽ conſtãtem,
& deuotionem ſincerã, q̃ cõe Parmæ fideles noſtri ad maieſtatis nr̃æ per
ſonã, & ſacrum imperiũ habent, ꝓ magnis quoq; contractis, & acceptatis
ſeruitijs, q̃ maieſtati noſtræ exhibuerunt hactenus fideliter, & deuotè, &
q̃ exhibere poterunt in antea grandiora. Ad ſupplicationẽ eiuſdẽ cõis, &
de gratia noſtra cõcedimus, ius, & poteſtatẽ interponẽdi decreta in aliena
tionibus rer⁹ ĩmobiliũ pupillor⁹, & minorũ; & ius dandi tutores, & curato
res generales minoribus xxv. annis; & oĩbus alijs, quibus de iure dant, emã
cipandi, & inſinuandi teſtes, q̃ dantur ad æternã rei memoriã; nõ obſtãte
q̃ cõpetat epiſcopo Parmenſi ius ꝑdicta faciendi de iure, vel ex conſuetu
dine, vel ex forma cõpoſitionis, q̃ eſt inter cõe, & epũm Parmenſẽ; nec ali
qua alia lege, vel ratione obſtante. Mandamus itaq;, & impiali auctoritate
ſancimus; quatenus nullus ſit, qui cõe Parmæ fideles noſtros contra ꝑſen
tis ſcripti noſtri tenorem ſup ꝑdictis, vel ꝑdictorum aliquo auſu temera
rio inquietare, moleſtare, vel impedire ꝑſumat. Quòd qui præſumpſerit,
indignationem noſtri culminis ſe nouerit incurſurum. Ad cuius rei me
moriam, & robur perpetuò valiturum, præſens ſcriptum fieri pro ſigillo
noſtræ maieſtatis iuſſimus communiri. Datum Parmæ anno dominicæ
incarnationis Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, menſis de
cembris

cembris quarta inditione. Imperante domino noſtro Federico Dei gratia Illuſtriſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto. Hieruſalem, & Siciliæ Rege, Imperij eius anno vigeſimo ſexto, regni Hieruſalem vigeſimoſecundo, vero regni Siciliæ quadrageſimo ſeptimo fœliciter. Amen.

Statutum factum per commune Parmæ occaſione prædicti priuilegij.

CVm Sereniſs. Romanor⁹ Imperator Federicus, Hieruſalẽ, & Sicilię Rex, ex mera liberalitate ſua conceſſerit in perpetuum cõi Parmæ, ius, & poteſtatẽ ĩterponendi decreta ĩ alienationibus rer⁹ ĩmobiliũ pupillor⁹, & ius dãdi tutores, & curatores generales minoribus vigĩtiquiq; annis, & oĩbus alijs de quibus de iure dant, emãcipãdi, & inſinuãdi teſtes, qui dant ad æternã rei memoriã; ſicut gratis data ſunt, & conceſſa cõi Parmæ, ita gratis perpetuò ſine vllius præcij mercede, vel ſalario dent, concedantur, & interponantur a ſingulis poteſtatibus, ſeu rectoribus, & officialibus cõis Parmæ. Et hoc capitulũ ſine mutatione aliqua debeat obſeruari perpetuò per cõe Parmæ; ita q̃ a cõi, nec cõſilio, vel arengho, nec a ſtatuta rijs poſſit tolli, vel mutari, nec aliud in contrarium fieri. Et ſi aliquis contrafecerit, mutãdo, vel tollendo, conſulendo, vel arenghando, cadat in pœnã libr. centum Parmen. & poteſtas teneatur dictum bannum auferre.

Priuilegium conceſſum communi Parmæ de caſtro, curia, et hominibus, & omni honore, & iuriſdictione Grondulæ.

IN noĩe ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Federicus ſecundus diuina fauẽte clementia Romanor⁹ Imperator sẽper Auguſt⁹, Hieruſalẽ, & Siciliæ Rex. Liberalitas principũ, virtus egregia, fauoris & fide nobile munimẽtũ ad dños deſiderij popularis interpres; tanto magnificentius regnãtes intitulat, quanto gentium merita magnificentius recompenſat. Cumq; ꝑ cæteris orbis terræ dñis, quibus pacis aliàs indaga paret humanitas Romanũ imperium, cuius ſolio fœliciter ꝑſidemus; maius, & clarius inter hoĩes luminare rectè ꝓceperit dextra Regis Regum; vel haberet reliqua memorata principum, a quo ſalubre ſuſciperent, mutati Regis documentum, liberalitatis verè conueniens tanti vocabuli ſubſtantia ſic libenter amplectimur; ſicut ꝓſequi q̃ eiſdem liberalitas eſt proprium ſufficientius poſſum⁹, & exequi fauorabilius gloriã. Attendentes itaq;, q̃ fideliter, & ꝓmptè Parmeñ. ciuitas pacis, & fidei zelo continuè deuotionis accenſa, nr̃is ſemper ſe ſubegit obſequijs, nullã rer⁹, aut tpis impugnationem concuſſa, qui rebellium nr̃or⁹ ſanguinem, ſciens ad primum excellentiæ nr̃æ mãdatum milites, & pedites ſuos vnanimiter, & copioſe trãſmitteret, caualcatas faceret, & infidelium noſtror⁹ nequicia magnanimiter opprimendo, ac fidelium q̃ſitæ ſuffragia ſtudioſi⁹ ꝓcuraret; pro tã gratis, & acceptatis ſeruitijs dudũ exhibitis, & efficaciter in poſter⁹ exhibendis, liberalitate nobis ꝑſtãte materiam,

teriã, qua fideliũ noſtrorũ corda Parmeñ. ex pñtis ꝓuiſionis iudicio firmi ſpem nunciat de pręceptionibus futurorũ; liberaliter de gra nra, & ex certa ſcientia damus, & concedimus in perpetuum Tebaldo Frãciſco poteſtati Parmæ fideli nro, recipienti, loco, noĩe, & vice cõis Parmę; & eidẽ cõi fidelib⁹ nris, caſtrũ Grõdulæ, cũ hoĩbus, curia, iuribus, honoribus, rõnibus, & iuriſdictionibus, ptinentijs ſterris cultis, & incultis, ſyluis, paſcuis, aq̃s, vtilitatibus ſuis toto diſtrictui ſuo, & oĩbus alijs, q̃ ad ipſũ caſtrum, & ei⁹ curiã ptinere noſcunt, non obſtãte lege aliqua, nec ſolẽnitate qualibet deficiente, nec ẽt aduerſante aliquorũ abſentia non citatorũ; nec obſtãte aliquo privilegio, ſeu conceſſione, ſi reperiret facta alicui perſonę, vel loco, q̃ oĩa pſens priuilegiũ itelligi volumus reuocata; ſalua Impiali iuſtitia, pñtis priuilegij tenore; Mandantes, quatenus nullus Dux, Marchio, Princeps, Legatus, Vicecomes, Comes, Vicarius, Capitaneus, aut poteſtas; & nulla alia perſona alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel mundana, contra pñtis priuilegij tenorem; Cõe ipſum, aut ſingulares perſonas, ſuper datione, ac conceſſione pdictis tenere, impedire, ſeu turbare præſumat. Quòd qui pſumpſerit pter indignationẽ nram, q̃ ſe nouerit incurſurũ, centũ libr. auri puri, & optimi pęnæ noĩe, ſe compoſiturũ agnoſcat, quarũ medietatẽ cameræ nræ, reliq̃ iniuriã paſſis exſoluat; ad itaq; dationis, & conceſſionis nrę memoriam, & robur perpetuò valiturum, pñs priuilegiũ, & bulla aurea chipãno nrę maieſtatis impreſſa, iuſſimus communiri. Huius enim teſtes ſunt, dilectus filius nr̃ Henricus Illuſtriſ. Rex Sardenæ, & ſacri Imperij in Italia legatus generalis. Ricardus Comes Sacheriæ. Manfredus Marchio Laucæ. Petrus de Calabria, & Thadeus de Surſanna curiæ noſtræ Iudex, & alij q̃plures. Signũ Federici Dei gratia iuictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper auguſti. Hieruſalem, & Sicilię Regis. Acta ſunt hæc anno dñicæ incarnationis Milleſimo ducenteſimo quadrageſimoquinto menſis ſeptembris quarta indictione. Imperante D. noſtro Federico Dei gratia glorioſiſſimo Romanorum Imperatore ſemper auguſto. Hieruſalem, & Siciliæ Rege. imperij verò eius anno vigeſimoquinto, regni Hieruſalem vigeſimoprimo, regni verò Siciliæ quadrageſimo ſeptimo fœliciter. Amen.

Priuilegium concluſionis finium caſtri Grondulæ, & eius Curiæ, conceſſum communi Parmæ, per inuictiſſimum D. Federicum ſecundum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum.

FEdericus Dei gratia Romanorũ Imperator sẽper auguſtus. Hieruſalẽ, & Sicilię Rex. Per preſens priuilegium ſcriptũ. Notificam⁹ vniuerſis imperij fidelibus, tam præſentibus, q̃ futuris, q̃ dudum certificari volentes, quibus confinibus caſtrum Grondulæ ſitum imperio cũ territorio ſuo, & pertinentijs concludat. Henrico teſte, & Roberto Catacolico de Neapoli dedimus in mandatis, vt fideliter, diligenter, & ſtudioſè per fideles,

deles, & veteres hoĩes regionis ipſius inquirerẽt de finib⁹ ſupradictis, & ipſos ſveraciter cõpertos, ſub legitimo teſtimonio in publicũ redigerẽt inſtrumentũ, qui mandatũ nr̃m exequi ꝓcurantes; facta inde diligenti iquiſitione p fideles, veteres, & idoneos viros ipſarũ partiũ cõſocios, & oĩ exceptione maiores iuenerunt caſtrũ pdictũ Grõdulæ cũ territorio, ptinẽtijs, & curia ſua ſub ĩfraſcriptis cõfinibus fore cõclusũ; ſcilicet, a monte Lagulę ſurſũ verſus Grondulã; & a riuulo Roaxolę intus, vſq; ad flumen Magriolæ; a ſero mõtis vſq; ad riuulũ Braiolæ verſus Grondulã; & ſm̃ q̃ cadunt montes de Lagula vſq; ad flumẽ Viridis, vſq; ad flumẽ Dariolæ: a ſeta mõtis ſvulpæ; & ſm̃ q̃ vadit Macra vers⁹ Viridẽ, vſq; ad foſsã tregneſq;, & a mõte Gotero citra verſus Grondulã; & a flumine ſTerradonæ citra verſus Grondulã; & a monte Mulinatico ĩtus verſus Grondulã; & a mõte Pellato ĩtus verſus Grõdulã; & a monte Araolæ ĩtus verſus Grondulã; & cũ toto eo quod claudit infra pdictos confines, ſpecialiter Succisã & fractã, cũ eorũ coherentijs, & totã ſyluã ſBodrij vulpæ; ſcilicet, Ceruariã, Montinauolã. S. Laurentiũ, Raxolegã, Aquilanã, Theoblebã, Brayną, & Bratũ, q̃ oés vocant ſvulpæ. Item Grauagną, Montelongu ſcũ iuuento, & oĩb⁹ redactis ĩ ſcriptũ pub. cui plena fides adhiberi poterat finibus antedictis. Cũ poſtmodũ caſtrũ pdictum Grõdulę cõi Parmę fidelib⁹ nris, p gratis ſeruitijs, q̃ nobis contulerat, & cõferre non ceſſat, duxerim⁹, & liberaliter concedimus cũ oĩbus iurib⁹, rõnibus, curia, ptinẽtijs, & diſtrictu ſuo, ꝓut in ſacro priuilegio nro eis inde cõfecto diſtrictius continet. Supplicãtes humiliter eidẽ cõi ſcriptũ patens fines eoſdẽ exprimens, ſibi de gratia nræ celſitudinis indulgeri, vt nulla poſſit in poſterũ dubietas ſuboriri, ſupplicationibus ſuis clementer cõmiſſis, pns patens ſcriptũ de finibus ipſius ad futurã memoriã, eidẽ eõi ſecuritatẽ, & ambiguitatẽ in pmiſſis oĩmodã remouendã, fieri iuſſimus; & ſigilli noſtri munimine roborari. Datum Parmæ anno dominicæ incarnationis Milleſimo ducenteſimo ſquinto menſis Septembris quarta indictione.

Qualiter Poteſtas teneatur manutenere, defendere, & conſeruare priuilegia conceſſa communi Parmæ.

AD augmẽtum, & conſeruationẽ ppetuã honoris, iuriſdictionis, & liberalitatis, & ẽt boni ſtat⁹ cõis Parmæ. D. poteſtas, & eius iudex, & familia; necnõ oés, & ſinguli officiales cõis Parmæ teneant, & debeãt ſacramẽto pciſo; a quo abſolui nõ poſſint, ſaluare, & ſaluari facere, manutenere, & manuteneri facere, oĩa priuilegia data, & conceſſa cõi Parmę quocũq; modo data, & cõceſſa ſit; & iura, & iuriſdictiones cõis, ſtatuta, decreta, ſacramẽta, ꝓuiſiones, & reformationes cõſiliorũ cõis, & populi Parmę facta hucuſq; de priuilegijs, & iuriſdictionibus cõis, & populi, loquẽtia in honorẽ cõis, & populi; & defenſare iura ipſorũ, & ſubditorũ iuriſdictioni cõis, tanq̃ ſtatuta troncha, & pciſa in totũ, & qualibet parte ſui, ſine

aliqua ītēptatione, diminutione, vel correctione verbor; ſed ꝑ put lra iacet
Et cor regimina, & officia facere, & exercere p ſe, & officiales ſuos ſm for
ma dictor priuilegior, & iuriſdictionū cōis; nec aliq d facere; nec pati ab
q̄d, p qd poſſit dictis priuilegijs, iuribus, & iuriſdictionib⁹ ꝑiudicari; nec
aliquo derogari. Et ſi poteſtas, vel aliquis ali⁹ officialis cōis Parmæ ꝑdict
priuilegia, iura, & iuriſdictiones cōis, ſtatuta, decreta, ſacramenta, ꝓuiſio
nes, & reformationes non obſeruauerit ī totū, ꝓ put ſcripta ſunt, & lra ſona
aut non fecerint totaliter obſeruari, vel aliq d fecerit, vel paſſi fuerint, vt d
ctū eſt; aut negligētes, vel remiſſi ī obſeruātia ꝑdictor; cadat poteſtas ab o
ficio poteſtariæ, & q̄libet alius officialis cōis ab officio, in quo eſſet; nec
poteſtate, vel officiali cōis haberi debeat, nec teneri, nec ſibi ī aliquo obed
ri; nec poſſit, nec debeat recipe ſalariū a cōi occaſione ſui officij. Et vltra
dicta; ſi poteſtas oīa, & ſingula non obſeruauerit; vel nō fecerit obſeruari
vt ſupius dictū eſt, condenet p ſyndicos cōis in quingentis libr. Pameñ. &
ī amiſſione ſui officij. Et hoc poſſit facere ſyndic⁹ ꝑdictus, & debeat ēt du
rante officio. Si verò fuerit iudex, vel officialis, qui ꝑdicta non obſeruaue
rit, in trecentis libr. Parmeñ. per ſyndicos cōis ꝓ quolibet ꝑdictor debeat
condemnari. Saluo ſemper beneplacito, & mādato Illuſtriſs. ꝓlibati D. nr̄i

Quod Poteſtas non permittat, nec debeat permittere proponi in aliquo conſilio aliquid, quod ſit contra priuilegia, & iuriſdictiones conceſſas communi Parmæ.

POteſtas teneat ſacramento ꝑciſo non ꝓponere, nec ꝓponi facere
nec ꝑmittere, q ꝓponat in aliquo conſilio generali, vel ſpeciali, ali
quid, quod ſit, vel eſſe poſſit contra priuilegia, iura, & iuriſdictiones
cōis Parmæ; nec contra ſtatuta facta ꝓ honore, & vtilitate cōis ꝑdicti; nec
aliq d, q̄d ſit ī diminutione, vel ſuſpenſione, ſeu detractione ipſor priuile
gior, iuriū, & iuriſdictionū cōis Parmæ; nec aliq d, ꝑ qd poſſit ipſis priuile
gijs, iurib⁹, ſtatutis, ꝓuiſionib⁹, & reformationib⁹ ꝑiudicari, vel aliquo de
rogari. Et ſi poteſtas ꝓpoſuerit ī aliquo conſilio de abſolutione, & diminu
tione, ſeu ſuſpenſione ipſor priuilegior, & iuriſdictionū, & ſtatutor, & ꝓ
uiſionū ꝑdictor. cadat in pēnā libr. quingentar Parmeñ. ꝓ qualibet vice
ī qua ſyndicet per ſyndicos cōis infra tertiā diē, poſtq̄ fuerit eis manifeſtū
Et inſuper, id totū, quod reformaret in ipſo conſilio, quod eſſet contra præ
dicta, vel aliquod prædictor, ſit ipſo iure nullū, & non debeat obſeruari

Quod Poteſtas teneatur proponere ad conſilium generale ſingulis tribus menſibus, de conſeruatione iuris, quod commune habet in aqua Padi.

AD defenſionē, & conſeruationē iurium, q̄ cōe Parmæ habet, &
habere debet in flumine, & aqua Padi; & quæ ab hinc retro ha
buit; poteſtas, qui pro tempore fuerit, teneatur vinculo ſacramēti
ſingu-

ſingulis tribus menſibus ſui regiminis ad minus; prius obtenta licentia ſu
per hoc a ꝑſ. Illuſtriſs. D. noſtro, facere generalem propoſtā in conſilio ge
nerali cōis; in quo ſint ad minus Conſiliarij centū, de conſeruatione aquę
Padi, & iuriū, & iuriſdictioum, q̄ cōe Parmæ habet, & habere debet, & con
ſueuit habere, in aqua, & flumine Padi; quid placet conſiliarijs, & volunt
ſuper ipſo negocio prouidere; & illud, ſiue illa, quæ reformata fuerint per
dictum conſilium, executioni mandare. Et ſi poteſtas prædictum capitu
lum non obſeruauerit; perdat de ſuo ſalario libr. centum Parmen. pro qua
libet vice, qua fuerit contrafactum, in quibus debeat ſyndicari.

De propoſitione generali fienda in conſilio de facto pontium Taronis, de Grugno, Hentiæ, de Sorbulo, Datari, & omnium aliorum pontium epiſcopatus Parmæ.

POteſtas, & Antiani cōis Parmæ, teneantur, & debeant bis in anno,
obtenta prius licentia ſuper hoc a præſ. D. noſtro, ponere ad conſi
lium generale cōis, & in eo generalem propoſitionē facere, quid pla
cet conſiliarijs ordinare ſup refectione, reaptatione, conſtructione, & cō
ſeruatione pontis Taronis, de Grugno, pontis de Hentia, pontis de Sorbu
lo, pontis de Cohentio, pontis Datari, pontis de Fornouo, pontis de Re
gio, pōtis de Parola. Et generaliter oīum pontium ſpectantium ad magnā
vtilitatem ciuitatis, & diſtrictus Parmæ. Et ſuper gabionibus neceſſarijs ad
pontes prædictos, vel aliquem eorum. Et quicquid fuerit prouiſum, & re
formatum in conſilio, teneatur dictus D. Poteſtas executioni mandare. Et
ſi fuerit negligens, perdat de ſuo ſalario libr. trecentas Parmen.

Qualiter Poteſtas teneatur ire certis menſibus ad videndum pontes exiſtentes in ciuitate Parmæ ſuper flumine Parmæ.

POteſtas cū illis ſapientib⁹, quos Antiani ꝑſidentes negocijs cōis, ele
gerint, teneat de mēſibus Iunij, Iulij, & Auguſti, & de alijs mēſibus,
ſi fuerit opportunū; ire ad videndū pontes exiſtentes in ciuitate Par
mæ ſup flumine Parmę, & muros circundantes ciuitatē Parmæ, citra, & vl
tra ēt confinantes flumini Parmæ, & eſtimare, & examinare ſi eſt aliquid
faciendū pro defenſione, & conſeruatione dictorū pontiū, murorum, vel
alicuius eorum. Et q̄cquid ipſi in hoc deliberauerint, teneatur ꝓponere ad
cōſilia opportuna; & in ꝑdictis ſequi, & exequi voluntatem conſiliariorū.

Quod inquirat Poteſtas contra omnes, qui abſtuliſſent aliquid de pontibus, domibus, & ædificijs communis Parmæ.

POteſtas teneatur diligenter facere inquiſitionem oībus modis, qui
bus melius poterit, de domibus, & ædificijs cōis, & pontibus, vel ſpe
ctantibus ad magnā, & publicam vtilitatem ciuitatis, vel diſtrictus

HAYKOBA ЦИФРОВАЯ ОБРАБОТКА ИЗОБРАЖЕНИЙ

Parmæ;& quos reperierit deſtruxiſſe, ſeu aliquid abſtuliſſe de ipſis ponti-
bus,vel domibus cõis, ipſos compellere ad reſtitutionem, & reaptationẽ
integraliter faciendam. Et vltra eos in libr.decem Parmen.condemnare.
Et nihilominus poſſit accuſare; & habeat medietatem condemnationis,
quæ ſequetur ex inde,& teneatur ſecretus ad eius voluntatem.

De pactis,quæ ſunt inter cõe Parmæ, & fratres pontis Taronis obſeruandis.

POteſtas teneatur attendere in ꝑpetuũ ꝓmiſſiones,& pacta,factas,&
facta iter cõe Parmæ ex parte vna;& fratres de põte Taronis de ſtra-
ta Claudia ex altera;& alia cõſeruare ipſi põti,& miniſtris eiꝰ, ſm̃ qđ
cõtinet̃ ī charta ex īde facta manu Roladi Vilij Stadiani notarij; ſi & qñ ꝓ
ipſos miniſtros,ſres,& põtẽ,obſeruarent̃,& obſeruabũt̃ ꝑdicta cõi Parmæ.

*Qualiter ponterij pontis Taronis debeãt manutenere dictum pontem, & nauẽ
in flumine Taronis, & in inſtrumento inde facto.*

CVm tpe D.Manfredi de Saxolo poteſtatis Parmæ,olim fuerint dã-
tæ ducentæ libr.imper.fratribus põtis Taronis de ſtrata Claudia ꝓ
reaptatione dicti põtis, poteſtas teneat̃ inſtrumentũ ꝓmiſſionis,&
obligationis factæ de manutenẽdo dictũ pontẽ,& nauẽ tenendo,facere re
giſtrari,& ſcribi,& regiſtratũ,& ſcriptũ teneri decætero in libris cõis,& po
puli Parmæ; vt decætero dicti fratres faciant,& reaptent dictũ pontem,īm
q̃ in inſtrumento continetur.Et illi qui obligauerunt ſe ad ꝑdicta, cõpel-
lantur;ſi fratres ꝑdicti non fecerint illum pontem; & ſimiliter ipſi fratres
nauẽ cõpellantur tenere.Et poteſtas teneatur defendere ipſos fratres ab oĩ
iniuria,& violentia,quam aliquis faceret eis in dicta naui manutenenda.

Quod inſtrumentum fecit Marcus Cantellus;cuius tenor talis eſt.

IN noĩe Domini.Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono indictione
duodecima,ab anno Dñicæ natiuitatis, die veneris decimoſept. Maij.
D.Ioã.Bariſellus.D.Petrus fi.q.D.Petri Ferarij viciniæ S.Brigidæ. & am
bo inſimul,& vterq; ipſorum in ſolidum,ſponte ꝓmiſerunt mihi notario
ſtip.& recip. noĩe,& vice ptãtis,& cõis Parmæ;& oĩum,& ſingulorum, ad
quos poſſit negocium pertinere, ita facere, q̃ Azo,dñs,& miniſter domus
põtis Taronis de ſtrata Claudia,& ſui ſucceſſores, & fratres dictæ domus
ſuis expẽſis aptabunt,tã de ferro,q̃ de lignamine oĩbus ædificijs opportu-
nis,totũ pontẽ,q̃ eſt ſup flumine Taronis,p quẽ tranſitur ipſum flumẽ,eũ
do a ciuitate Parmæ ad burgũ S.Donini,cũ qua maiori celeritate fieri po-
terit. Et aptari faciẽt,& aptabũt tali modo,& forma,q̃ quilibet ſine piculo
poſſit ad pedẽ,& caualũ,cũ beſtijs,bobus,& plauſtris trãſire;& p ipsũ pon
tẽ ire,& redire.Et cũ fuerit refectus dictus põs,& aptatus modo ꝑdicto;&
aliquo euẽtu cõtingerit,q̃ p īpetũ aquæ dictus pons deſtrueretur in totũ,
vel in

vel in partem;aut marceſceret,vel alio modo læderetur, vel deſtrueretur,
ipſe miniſter,& ſucceſſores,& fratres dictæ domus, qui modo ſunt, vel ꝓ
tempora erunt,aptabunt ipſum pontem modo prædicto;& ſic aptatũ per
petuò conſeruabunt oĩbus opportunis ad expenſas ſuas dictæ domus,ſiue
manſionis.Et procurabunt,& facient ſic dicti Petrus,& Ioannes,per ſe,&
ſuos hæredes,q̃ per præſentem miniſtrum fratres dictæ domus, & ſucceſ-
ſores ſuos prædicta oĩa facient,& complebunt abſq; dilatione, poſtquam
ſibi miniſtro,ſeu fratribus dictæ domus fuerit denunciatum per poteſta-
tem Parmæ,vel ex parte ſua,vel per aliquem,vel aliquos, quorum intereſ-
ſet.Incipiendo acceptationem dicti pontis poſt denunciationẽ infra octo
dies; & poſtea continuando ſingulis vicibus, quibus ipſe pons indigebit
reaptatione,in totum,vel in partem.Et etiam prædicta facient ſine requi-
ſitione,quam citò fuerit opportunum aliquod laborerium eſſe faciẽdum
pro conſtructura,& reaptatione dicti pontis.Et in ſuper promiſerunt prę-
dicti Ioannes,& Petrus ſi aliquo euentu cõtigerit,q̃ prædictus pons rom-
patur,ſeu romperetur in totum,vel in partem, vel alio modo deſtruere-
tur,taliter q̃ per ipſum non poſſet tranſiri modo prædicto, vel impedire-
tur tranſitus tranſire volentibus per eundem, tempore quo reaptaretur;
vel alia cauſa;ita facere,& curare,q̃ per eundem miniſtrum,& ſuos ſucceſ
ſores,& fratres dictæ domus præſentes,& futuros,tenebitur vna nauis bo-
na, & ſufficiens ſuis expenſis in aqua dicti fluminis apud pontem prædi-
ctum deſuper,vel deſubtus,vbi commodius teneri poterit; cum qua da-
bunt,& dari facient gratis tranſitus omnibus,& ſingulis volentibus ire, &
redire cum perſonis,& rebus;& hoc fiet,& ſeruabitur ꝑpetuò in futurum,
quotiens, & quando non poſſit ad ipſum pontem tranſire modo ꝑdicto.
Quæ oĩa,& ſingula ſuprafcripta ſic perpetualiter debeant obſeruari prędi
cti Ioannes,& Petrus promiſerunt ſic facere,& curare, q̃ prædicta obſer-
uabuntur, & fient ſicut ſuperius continetur;alioquin pro ſe, & de ſuo, &
vterq; ipſorum in ſolidum.Renunciando epiſtolæ diui Adriani, & benefi
cio nouæ conſtitutionis,condicionis ſine cauſa,vel ex iniuſta cauſa. Et q̃
non dicent ſe obligatos fore pro alieno facto. Et maximè cum ad preces,
& inſtantiam eorum D.Manfredus de Saxolo Parmæ poteſtas fecerit dari
ipſis miniſtro, & fratribus centum nonaginta libr.Parmen. de denarijs ci-
uitatis,& epiſcopatus Parmæ,ad quorum vtilitatem ſpectat dictum opus,
condicionibus,& pactis prædictis. Et renunciando etiam exceptioni doli
mali,reſtitutioni,& fori priuilegio,& cuilibet alij, ſuæ legitimæ defenſio-
ni,pro quibus attendẽdo,& obſeruãdo obligauerunt oĩa ſua bona,de qui-
bus conſtituerunt ſe poſſeſſores pro cõi Parmę;& pro ſingulis ad quos ſpe
ctat vtilitas,& negocium.actum Parmæ in domo cõis.teſtes.D.Rolandus
Martinertus.D.Iacobinus fil.q.D.Thebaldi de S.Marco.Vghuzonus quõ
dam Iacobi de Pauarano,& Guilielmus Bonati.

De

HAYKOBA ELEKTRONNA
ОНУЖИМЕНТ ЛЕЧНИКОВА

De rocha Valis Sazulinæ episcopatus, & districtus ciuitatis Parmæ manutenenda, & recuperanda pro communi Parmæ.

POteſtas teneatur recuperare, manutere, & defendere caſtrum Vallis Sazulinæ, & rocham eius ꝑ cõi Parmæ, cum omnibus ſuis hoĩbus, iuribus, & iuriſdictionibus, paſcuis, montibus, vallibus, ſyluis, & boſchis ad dictũ caſtrũ, & rochã ptinentibus. Et dare operã efficacẽ, ꝙ oẽs poſſeſſores, hoĩes, iura, & iuriſdictiones, q̃ vnquã fuerunt habitæ, & detentæ ꝑ ipsũ caſtrũ, & rochã recuperent, & ꝑ cõi Parmæ teneantur, & defendãtur.

De caſtro Pizofredi recuperando, manutenendo, & defendendo.

POteſtas teneatur caſtrum Pizofredi, cum ſpaldis, & cum oĩ iure, & defenſionib⁹ ſuis recuperare, & in cõi Parmæ tenere in ꝑpetuũ ſine aliqua diminutione. Et teneat̃ poteſtas facere fieri caſtrũ ĩ glodono dicti caſtri, altum in duob⁹ taxellis expenſis cõis, ſi factũ non eſt. Et hoĩes dicti caſtri, qui ſunt ibi, qui venient ad habitandũ, & habitabunt ĩ eo, ſint liberi, & abſoluti ab oĩbus conditionibus, factionibus, & oneribus cõis Parmæ, tanq̃ ciues ciuitatis Parmæ; & aliqs comes, marchio, cataneus; vel aliqs ciuis Parmæ nõ poſſit, nec ꝺbeat habere domũ, nec caſamẽtũ ĩ dicto caſtro, nec aliqꝺ i⁹ ĩ acceſſib⁹, vel ſpaldis ipſi⁹ caſtri, aliqua occaſione, vel iure.

De Caſtro Montis Clari qualiter debeat habitari.

POteſtas teneat̃ infra quindecim dies ſui regiminis ponere cõſilium generale, prius obtẽta licentia ſup̃ hoc a ꝑſ. D. nr̃o, qualiter caſtrum Montis Clari debeat habitari pro ſecuritate ſtratæ; ſaluo, ꝙ ſi ĩuenirentur aliqui volentes ſpontè habitari in dicto caſtro pro ſecuritate dictæ ſtratę, ſint priuilegiati a communi Parmę, ſicut ſunt homines de Belforte.

De caſtro Belfortis, manutenendo, & defendendo.

PPteſtas teneatur, & debeat caſtrum Belfortis cum oĩbus honoribus ſuis, iuriſdictionibus, & priuilegijs defendere, manutenere, & obſeruare ꝑ communi Parmæ, & noĩe dicti communis, tanq̃ caſtrum cum iuriſdictionib⁹, & bonis ſuis pertinens ad cõe, & populum Parmę.

De caſtro Grondulæ manutenendo, & defendendo pro communi Parmæ.

CVm Sereniſ. Impator D. Federicus ſecund⁹ diuina fauẽte clemẽtia Impator, caſtrũ Grondulæ ep̃atus Parmę, cum hoĩb⁹, curia, iurib⁹, honorib⁹, & oĩb⁹ paſcuis, aqs, & vtilitatib⁹ ſuis toto diſtrictu ſuo, & oĩbus alijs, q̃ ad dictum caſtrum pertinere noſcuntur, dederit, & conceſſerit ſm̃ formã priuilegiorum ſupraſcriptorum cõi Parmæ, teneatur, & debeat dict⁹ poteſtas ciuitatis Parmæ, qui nunc eſt, vel ꝑ tpa fuerit, caſtrũ prædi-

p̃dictũ defendere, manutenere, & cõſeruare ſub dñio, & iuriſdictione cõis, & populi Parmæ, non obſtãtib⁹ contradictionib⁹, vel ĩpedimẽtis aliqbus.

De iuribus, & iuriſdictionibus, quæ, & quas cõe Parmæ habet in terris militũ.

STatutum, & ordinatum eſt, ꝙ oẽs hoĩes terrar̃ militum, & ipſę terræ, qui, & quæ ſunt, ſeu erant ſub iuriſdictione conſulum militum, & vt ipſa iuriſdictio tota tã in ciuilib⁹, q̃ ĩ criminalibus, & ipſum officium, quod fiebat ꝑ conſules, & officiales p̃dictos in ſolidum, ſint ſub iuriſdictione cõis Parmæ; ita ꝙ ipſæ terræ, & ipſi hoĩes ſint, & reſpondeãt, & conueniant̃ in ciuilibus, & criminalibus ſub iuriſdictione cõis Parmæ, ſicut alij hoĩes aliarum terrarum ep̃atus Parmæ, in quibus cõe Parmæ, & populus habet mer̃, & mixtum impium; & hoĩes ipſar̃ terrar̃ ſcribant̃ in focis ad camerã communis, ſiue ad eccleſiolã, vel aliter ĩ libris, in quib⁹ ſunt ſcripti alij hoĩes dicti ep̃atus Parmæ; ſiue ꝑ modum taſſationis ſalis, ſiue aliter.

Ite ꝙ amodo in dictis terris non eligant̃ conſules, notarij, neq; correrij, nec aliqui officiales; nec poteſtas ꝑ militibus in terris militum poſſit eligi, qui ſm̃ formã ſtatutorum conſueuerunt eligi; excepto ꝙ miſtrales habeãt, & habere compellant̃ ſm̃ ꝙ compelluntur ex forma ſtatutor̃ communis Parmæ habere aliæ terræ ep̃atus Parmę; & poſſint ẽt conſtituere ſyndicos, qui ꝑ eis in ciuitate Parmæ agant, & eos defendant vniuerſaliter, ſi, & q̃n fuerit opportunum. Item vt videat̃ eſſe cum maiori p̃rogatiua ſub iuriſdictione communis Parmæ, & vt non vexent̃ p̃ſſuris, iniurijs, & violentijs magnatum, & nobilium, qui habent, & conſueuerunt habere ad faciendum in dictis terris, & ẽt cuiuſlibet alterius pſonę; ꝙ tãtum poſſint conueniri in ciuilibus, & criminalibus ſub poteſtate ciuitatis Parmæ, ſeu aliquo ex ſuis iudicibus; & ſi requirerent̃, vel in aliquo ꝑcederetur contra eos ſub aliquibus alijs officialibus cõis, ipſo iure nullus ſit proceſſus; ita ꝙ eis p̃iudicium non fiat, nec ſit in fauore iſtor̃, nec eor̃ qui accuſarent, nec alteri⁹ alicuius perſonæ. Et poteſtas, & iudices ſui teneantur, & debeant defendere cum ſpeciali fauore ipſos hoĩes ipſarum terrarum agentes, & fugientes a violentijs, iniurijs, ſeu tortis, tam vniuerſaliter, quam ſingulariter.

Itẽ ꝙ aliqui de p̃dictis terris decætero in perpetuum non p̃ſumant aliquas poſſeſſiones vẽdere alicui magnati, vel nobili, vel ciui Parmę, vel alicui foraſterio; ſeu non ſubiecto iuriſdictioni cõi Parmæ; nec aliquod ius quod habeant in prædictis terris alicui prædictę conditionis vendere, nec transferre aliquo titulo, nec præſumant fieri vaſalli aliquorum dominor̃ vllo modo. Et ſi contrafactum fuerit, quicquid daretur, venderet̃, vel concederetur, vel fieret contra hanc prohibitionem, veniat in commune Parmæ, & precium quod haberentur ex eo. Et vaſalli, qui fierent, & dñi qui recipient eos in vaſallos, & notarij qui facerent inſtrumenta, & teſtes qui adeſſent, puniantur, ſicut continetur in ſtatutis communis, & ſuis additioni-

tionibus, in quibus ꝓhibetur, ꝙ vaſalli de nouo non recipiant. Et nihilominus omnia quæ fierent in contrarium, vt præfertur, ſint ipſo iure nulla.

Item ꝙ in aliqua de p̃dictis terris, nec in territorio alicuius earum, poſſit in perpetuum fieri aliqua turris fortilicia, nec caſtrum, nec aliqua domus fortis per aliquẽ magnatẽ nobilẽ, nec p aliquẽ ciuẽ Parmæ, nec p aliquẽ foraſteriũ, nec aliquẽ alicui⁹ cõditionis. Et quocunq; modo puenerit ad notitiã D. poteſtatis, vel ſuoꝝ iudicũ fieri cõtra p̃dicta, vel aliquod p̃dictoꝝ, ipſe poteſtas ifra tertiã diẽ mittere teneat ex illis de ſua familia, & facere deſtrui illud totũ, & quicquid factũ eſſet, vel fieret contra hãc ꝓhibitionẽ, & condẽnare quẽlibet contrafacientẽ ꝓ qualibet vice ĩ trecentũ lib. Parmeñ. & ipſos condẽnatos realiter, & pſonaliter cõpellere ad condẽnationẽ ſoluendã ifra xv. dies poſt q̃ ea fecerit. Et facere teneat condemnationes de contrafacientib⁹, ifra decẽ dies poſtq̃ ſibi fuerit notificatũ; & ſi habere nõ poterit ipſũ contrafacientẽ, ponere in bãnũ ꝑpetuale cõis, & oĩa ſua bona in cõe Parmæ facere deuenire. Et intelligat fortilicia, quodlibet ædificium, quod fiet de nouo in loco alto, podio, ſeu monte; & q̃libet domus habens altè ſolarium, vel quæ haberet muros altos per xii brachia.

Item prædicta oĩa, & ſingula debeant perſonaliter per poteſtatem Parmæ, & populũ Parmæ obſeruari; & quotiens poteſtas nõ obſeruauerit oĩa p̃dicta, & ſingula; & non fecerit per ſuos iudices obſeruari, perdat de ſalario ſuo centum libr. Parmen. in quibus condemnari debeat per ſyndicos communis Parmæ, deputatos ad ſyndicandum poteſtatẽ, & eius familiã.

Item ꝙ terræ militũ, & hoĩes ipſaꝝ terraꝝ, & oĩs iuriſdictio ipſaꝝ, & paſcua intelligant eſſe, & ſint ꝑpetuò cõis, & populi Parmæ, cũ oĩb⁹ ſuis iuribus, & iuriſdictionib⁹, nõ obſtãte aliqua conceſſione facta de ipſis, vel alterа eaꝝ alicui ſingulari pſonę, vniuerſitati, vel loco. Et ſi quis tractaret, dicere, vel ordinaret, vel arrẽgharet, ſeu narraret ĩ conſilio, vel alibi contra p̃dictа, vel aliqd p̃dictoꝝ, quomin⁹ ipſi ſint, & eſſe debeãt cõis, & populi Parmę, vt ſupius eſt exp̃ſſum in hoc capitulo, & alijs capitulis de hac materia loquentib⁹, condẽnet ꝑ poteſtatẽ in quinquaginta libr. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & ſi poteſtas nõ condẽnauerit vt ſupra dictũ eſt, condemnet per ſyndicos cõis tpe ſyndicat⁹ ſui in ducentis libr. Parmen. Verũ tñ p p̃dicta ſtatuta mentionẽ faciẽtia de terris militũ, hoĩb⁹, & pſonis ipſaꝝ terraꝝ, non deroget aliq̃b⁹ iuribus, iuriſdictionibus, priuilegijs, & ĩmunitatibus ipſis militibus, & hoĩbus; vel alicui ex eis de iure cõpetẽtibus, & vſitatis hinc retro, dummodo approbata, ſint vel approbent per p̃f. D. nr̃m.

De caſtro Mariani, communis, & populi Parmæ.

POteſtas Parmæ teneat, & debeat defendere, & manutenere caſtrũ, fortilicium, & hoĩes de Mariano vltra Taronem cum oĩbus, & ſingulis iuribus, iuriſdictionibus, vaſallis, bonis, & rebus pertinẽtibus ad

ad dictum cõe, & populum in dicto caſtro, & occaſione eiuſdem. Et ſi qd de ipſis, iuriſdictionibus, vaſallis, bonis, & rebus teneretur, vel occupatum eſſet ab aliqua perſona; illud totum recuperare, & reducere teneatur, & debeat ſub dñio, & iuriſdictione communis, & populi Parmæ; non obſtãte aliqua præſcriptione, vel temporis tranſcurſu; & facta tamen notitia de prædictis præfato D. noſtro, & ab eo obtenta licentia ſuper prædictis.

De caſtro de Seraualle communis, & populi Parmæ.

POteſtas ciuitatis Parmæ teneatur, & debeat manutenere, & defendere, & conſeruare caſtrum, & territorium de Seraualle vltra Taronẽ ſub dñio, iuriſdictione, & poteſtate cõis, & populi Parmę, cũ oĩbus, & ſingulis iuribus, & iuriſdictionibus, caſamentis, vaſallis, rebus, & bonis pertinentibus ad dictũ cõe, & populũ Parmæ ex cauſa dicti caſtri; & ſi aliquid de dictis iuribus, iuriſdictionibus, vaſallis, bonis, rebus, & caſamentis teneret, & occupatũ eſſet ab aliqua perſona, illud totũ recuperare, & reducere teneatur, & debeat ſub dñio, & iuriſdictione cõis, & populi Parmę; nõ obſtante aliqua præſcriptione, vel temporis tranſcurſu; facta tñ prius notitia de prædictis præf. D. nr̃o, & obtenta licentia, & cætera prout ſupra.

De caſtro Torrello, & de Caſtro de Curte, ſiue de Guardananone, communis, & populi Parmæ.

POteſtas ciuitatis Parmę teneat, & d̃beat manutenere, d̃fendere, & cõſeruare caſtrũ, & territoriũ de Curte, ſiue de Guardananone vltra hẽtiã, & caſtrũ Torrelli dictoꝝ cõis, & populi Parmę, cũ caſamẽtis, terris, & bonis ad dicta caſtra, & dictũ cõe, & populũ pertinẽtib⁹, ſub dñio, & ptãte dictoꝝ cõis, & populi Parmę. Et ſi aliqd d dictis caſtris, terris, caſamẽtis, & petijs terraꝝ, bonis, & reb⁹ occupatũ eſſet, vel detineret ab aliquo; illud totũ recupare, & reducere teneat, & debeat dict⁹ poteſtas ſub dñio, & poteſtate dictoꝝ cõis, & populi; nõ obſtãte p̃ſcriptione aliqua, ſeu aliquo tpis tr̃aſcurſu; facta tñ prius notitia, & obtẽta licẽtia, & cætera ꝓut ſupra.

De Turricella ripæ Padi communis, & populi Parmæ.

POteſtas ciuitatis Parmæ teneatur, & debeat recuperare, manutenere, defendere, & conſeruare Turricellã ripę Padi, quæ eſt apud Coltarum, cum oĩbus, & ſingulis caſamentis, & petijs terræ, bonis, & rebus pertinẽtibus ad ipſã terrã, & ad dictũ cõe, & populum, ſub dñio, & poteſtate dictorum cõis, & populi. Et ſi aliquid de prædictis caſamentis, petijs terrę, bonis, & rebus detentum, vel occupatum eſſet, illud totum recuperare, & reducere teneatur, & debeat dictus D. poteſtas ſub dñio, & poteſtate dictorum communis, & populi; non obſtante aliqua p̃ſcriptione, ſeu tpis tranſcurſu; facta tamẽ prius notitia, & obtenta licentia ꝓut ſupra.

De

De turribus,& casamẽtis de Copermulis,et de Cohentio cõis, & populi Parmæ.

POteſtas ciuitatis Parmæ teneatur,& debeat recuperare, manutenere, defendere, & conſeruare turres de Copermulis, & de Cohentio epatus Parmæ,ſub dominio,& ptãte dictorum cõis,& populi, cum omnibus caſamentis,petijs terrarum,bonis,& rebus pertinentib⁹ ad ipſas terras,& ad dictum cõe,& populũ in ipſis partib⁹,& ſi aliquid ex ipſis turribus,petijs terrar⁹,bonis,& reb⁹ detineret; vel occupatum eſſet ab aliqua perſona,illud totum recuperare,& reducere teneat dictus poteſtas ſub dominio dictorũ cõis,& populi Parmæ, non obſtante aliqua præſcriptione, ſeu tpis tranſcurſu;facta tamen prius notitia,& obtenta licentia vt ſupra.

De paſcuo communis, & populi Parmæ.

POteſtas ciuitatis Parmæ teneat,& debeat recuperare, manutenere, defendere,& cõſeruare paſculũ,ſeu paſcuũ dictor⁹ cõis,& populi cũ oĩbus,& ſingulis terris,herbis,& iuribus dicti paſcui, ſeu paſculi ſub dñio,& ptãte dictor⁹ cõis,& populi;& ſi aliquid de dicto paſcuo,herbis,& iuribus eiuſdẽ detineret,vel detentũ eſſet ab aliquo, illud totũ recuperare, & reducere teneatur,& debet dictus D.poteſtas ſub dominio, & poteſtate communis,& populi Parmæ,non obſtante præſcriptione aliqua,ſeu tpis tranſcurſu,facta tñ prius notitia,& obtenta licentia, & cætera ꝓut ſupra.

De molendinis communis,& populi Parmæ.

POteſtas ciuitatis Parmæ teneat,& debeat manutenere,defendere,& conſeruare molẽdina dictorũ communis,& populi,ſpecialiter illa; q̃ ſunt ad portã de Bononia ciuitatis ĩ nauillio communis,quod ĩde diſcurrit,& labit,cum oĩbus,& ſingulis ædificijs,& caſamentis ad ipſa molẽdina pertinentibus,ſub dominio,& poteſtate dictorũ communis, & populi Parmę.Et ſi aliquid de dictis molendinis,caſamentis,& ędificijs,& iuribus detineret,vel occupatum eſſet ab aliquo,illud totum recuperare, & reducere teneat,& debeat ipſe poteſtas ſub dominio,& poteſtate dictorum communis,& populi;non obſtãte præſcriptione aliqua,ſeu tpis trãſcurſu; facta tamen prius notitia,& obtenta licentia,& cætera prout ſupra.

De hoſpitalibus Sanctorum Hilarij,& Alberti cõis,& populi Parmæ.

POteſtas communis Parmæ teneat, & debeat manutenere, defendere, & cõſeruare dicto communi,& populo hoſpitalia S.Iacobi,aliàs S.Hilarij de capite pontis,& S.Alberti de porta S. Chriſtina, & domos,caſamenta,petias terrarum,molendina, res,& bona,ac iura ſpiritualia,& temporalia pertinentia ad ipſa hoſpitalia,& quodlibet eorum. Et ꝙ poteſtas qui nunc eſt, vel ꝓ tẽpore fuerit,& D.Antiani communis, & populi

puli Parmæ cum ipſo D.poteſtate teneantur,& debeant ſingulis annis examinare,& videre diligenter ĩtroitus,fructus, & reddit⁹ dictor⁹ hoſpitaliũ; & ordinare,& diſponere,ꝙ tales redditus,fructus,& introitus ipſorum hoſpitalium conuertant in vſum,& alimenta pauper⁹, & in emptione pdiorum,ſeu rerum ĩmobilium.Ac etiã facere,& curare pdicti D.poteſtas, & Antiani debeãt,ꝙ in ipſis hoſpitalibus obſeruet debita hoſpitalitas, & pauperum receptio per rectores ipſorum hoſpitalium,ſecundum quod patiẽtur facultates fructuum,& reddituum ipſorum hoſpitaliũ ſingulis annis.

De domibus S.Boui,communus, & populi Parmæ.

POteſtas ciuitatis Parmæ teneatur,& debeat manutenere,defendere, & conſeruare domos,& caſamenta, quæ dicuntur S.Boui,exiſtẽtia in porta S.Chriſtina apud palatium de Arena;& ipſas domos, & caſamenta non permittere ab aliquibus occupari.

De domo monetæ communis,cum coherentibus, & pertinentijs.

POteſtas teneatur domum monetæ,quæ eſt in porta de Parma, cum oĩbus ſuis coherentijs,& pertinentijs tenere, & manutenere pro cõi Parmæ,ſĩ quod continet in inſtrumento pub.ſcripto p Vbaldũ notarium;nec a cõi permittere ſeparari,nec aliquo modo, vel ingenio in aliquẽ trãsferri,nec cõſentire,ꝙ hoc capitulũ aliquo ingenio poſſit abſolui.

Qualiter,& vſq; ad quod tempus habentes iuriſdictionem colligendi aliqua pedagia,debeant venire coram poteſtate;& de promiſſione,& fidantia dandis per eos.

OMnes,& ſingulæ ſpeciales perſonæ,q̃ colligunt, vel colligi faciunt pedagia in ciuitate,vel diſtrictu Parmæ,q̃ dicant eſſe ſua,ꝑ terram, vel per aquã,aliqua conſuetudine, vel iure vſq; ad carniſpriuium quolibet anno veniant corã poteſtate,vel ſuo vicario,& debeãt dare ĩ ſcriptis locum in quo colligunt,& causã qua colligunt, & debeant facere ꝓmiſſionem,& obligationem vſq; ad dictũ tẽpus,& fideiuſſionẽ pſtare, ꝙ non fient aliquæ robariæ in dictis terris,in quibus pedagia colligunt; nec in eor⁹ territorijs,& de ipſis robarijs emendandis q̃ fient,& de malefactoribus capiendis;& fiat de pdictis vnus liber,qui ꝓ cõi ppetuo conſeruet;& quicunq; non venerit;vt dictum eſt,ad dandum fideiuſſores,& ipſos non dederit vſq; ad dictum tempus,cadat a ſuo iure;& illud ius conuertatur in cõe,& pro cõi colligatur,cum cõe emendari faciat robarias,& ius colligẽdi pedagia conſueuerit concedi,& peruenire pro ſtratis ſecurandis Et poteſtas teneat videre diligenter infra dictum tempus oĩa iura oĩum, & ſingulorum,q̃ venient ſĩm formã dicti ſtatuti;& facere ipſa examinari diligenter,& terminari,quid,& quãtum poſſit accipi de iure;& vbi, & a quibus, & qua-

& qualiter; & quo iure de quibus rebus debeat accipi pedagium. Proponẽ do in consilijs generalibus, & per ipsa sententietur illud de iure, quod possit, & debeat colligi; & quantum, & a quibus, & vbi iuxta instrumentum sententiæ pedagiorum inter Cremonenses, & Parmenses, quæ sentẽtia obseruet in totum. Et vltra p̃dictam sententiã vbi distinguit aliquid non tollat. Et facta p̃dicta determinatione ponat sic in statuto cõis Parmæ, vt apte sciatur, vbi pedagia debeant colligi, & qualiter, & qñ. Et quicunq; aliter, vel vltra aliquod pedagium collegerit, puniat in auere, & in persona arbitrio potestatis, inspecta qualitate delicti, & personarum. Et quilibet possit accusare, & habeat medietatẽ banni, si condemnatio fuerit pecuniaria. Et teneat potestas facere cridari p ciuitatẽ pub. quolibet anno de mẽse Ianuarij, q̃ p̃dicti p̃dictę cõditionis venire debeãt corã ipso, & se scribi facere, & fideiussores dare, vt superi⁹ continet. Et dictus liber ĩ quo p̃dicta scribent, seruetur in camera cõis Parmæ perpetuò. Et de massario in massarium assignet, & scribat p vnũ ex notarijs potestatis ad reformationem cõsiliorum.

Quod potestas possit sibi facere dari omnia castra, & fortilicia pro bono pacis, & statu pacifico.

OMnes, & singuli de ciuitate, & episcopatu Parmæ teneantur, & debeant dare D. potestati ciuitatis Parmæ turrim, domum, caltrum, & fortilicias suas pro bono, & pacifico statu cõis, & populi Parmæ conseruando, ad pœnam, & bannum libr. mille Parmen. & plus, & minus ad voluntatem D. potestatis. Et hoc si fuerint requisiti a dicto D. potestate, & obtenta fuerit licentia super hoc a præfato D. nostro.

Quòd Potestas inquirat, si aliquod bischicium, vel discordia est inter homines ciuitatis, & episcopatus Parmæ.

POtestas primo mense sui regiminis teneatur inquirere, si aliquod bischicium, discordia, zelosia, vel mala voluntas est, seu sit inter homines aliquos ciuitatis, vel episcopatus Parmæ; & si inuenerit, possit, & teneatur illud, & illam remoueri facere, & ad concordiam reduci facere. Et possint illi tales inter se inimicitiam habentes, vel discordiam, pacem facere, etiam si minores fuerint; dum tamen fiat per ipsos minores ipsa concordia in præsentia D. potestatis, vel alicuius ex iudicibus suis; etiam dato q̃ non habuerint curatores.

Quòd Potestas non possit ponere, nec tenere aliquem in confinibus.

POtestas ciuitatis Parmæ non possit, & teneat non ponere aliquẽ in cõfinibus, nec positũ tenere. Saluo, q̃ offensor nõ debeat ire in cõtra offensi. Et similiter offensus nõ vadat in cõtrata offensoris. Et qui contrafecerit, soluat ꝑ bãno xxv. libr. Parmen. & sĩm istas conditiones potestas

testas tenere possit in confinibus offensorem, & offensum. Saluo, q̃ nõ possit prohibere eos venire in platea communis, & eius confines. Et saluo, q̃ nec offensor vadat sub porticu domus offensi, nec èconuersò. Et contrata determinetur arbitrio potestatis. Et saluo, q̃ si offensor, & offensus fuerunt in eadem vicinia, q̃ sit in arbitrio D. potestatis prohibere offensorem ire ad ecclesiam, si fuerit posita in eadem vicinia, de qua fuerint ambo. Et nõ possit potestas ponere, nec tenere aliquem in confinibus vltra tempus sui officij, nec permittere, q̃ aliquis vltra tempus suis officij debeat in confinibus remanere. Et similiter non possit potestas ponere, nec tenere filios alicuius ciuitatis Parmæ mortui, nec aliquem de sua parte, vel latere. Saluo, q̃ possit præcipere illi, cui offensio facta fuerit, & filijs etiam hæredib⁹ occisi, q̃ non vadant in strata, seu contrata, vel vicinia illa, in qua moraretur ille, ex cuius parte offensio peruenerit. Et si potestas contrafecerit, & hoc capitulum non obseruauerit, & non fecerit obseruari, perdat de suo salario ducentum libr. Parmen, in quibus per syndicos communis debeat condẽnari, & de hoc absolui non possit; & si absolueretur, dicta absolutio non valeat, nec teneat vllo modo.

Item nõ possit aliquem ciuem Parmæ extrahere de ciuitate, occasione alicuius discordiæ, seu guerræ inceptæ suo tempore, vel alieno, nec extrahi permittere, saluis statutis bannitorum communis. Et saluo, q̃ si partes morarentur nimis propè, potestas possit alongare secundum modum, & qualitatem personarum. Et eodem modo teneatur potestas, & sibi liceat de illis de episcopatu Parmæ, qui morantur in eadem terra.

Item non habeat locũ, nec intelligatur, q̃ potestas possit dare confines alicui de ciuitate, vel epatu Parmæ, si compellat ipsum stare in ciuitate, vel districtu Parmæ causa boni status; vel quia ducat, vel duci faciat blauam extra districtum Parmæ, vel prohibeat venire aquã ad ciuitatem Parmę.

Item si appensatè alicui offensio facta fuerit, q̃ pars illius, cui offensio facta fuerit, non compelli possit dare securitatem illi, qui offensam fecerit, nec alicui personæ, quæ sit de domo sua ex parte patris; & hoc locum habeant in offensionibus factis, & faciendis.

Item illud capitulum non habeat locum, nec habere possit aliquo modo, si ille cui facta fuerit offensio, erat bannitus, vel condemnatus pro maleficijs tempore offensæ sibi factæ; sed inter alios locum habeat.

De modo, & forma obseruandis in represaliys concedendis pro communi Parmæ.

QVando, & quotiens petitum fuerit ab aliqua persona ciuitatis, & districtus Parmæ, vel aliũde, q̃ per potestatem, vel commune Parmæ concedantur sibi represaliæ, seu licentiæ represaliarum cõtra hoies alicuius ciuitatis, vniuersitatis, vel loci; vel cõtra aliquam speciem

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОБЩИНА МЕДНИКОВА

lem perſonã, quæ fuerit de extra iuriſdictionẽ cõis Parmæ, de capiẽdo, ſe
detinendo de rebus tantum, vel de perſonis, & rebus alicuius, vel aliquo
qui eſſent de extra iuriſdictionem, ꝓ eo, ꝙ talis petens diceret, oſtenderet
vel allegaret ſe captum, detentũ, dãnificatũ; vel de ſuo occupatũ, vel abla
tum, vel ius habere nõ poſſe in illa terra, vel loco contra hoĩes, cui⁹ dict
repreſalias, & licentiã poſtularet; dicta licentia ſolo modo poſſit concedi
& concedatur de voluntate cõſilij generalis cõis, & populi Parmę, in quo
ſint ad minus centũ conſiliarij, & tres partes eor in concordia; ſi dictæ li
centiæ, & repreſaliæ dari, & concedi debebunt, faciendo partitũ inter eo
ad ſcrutiniũ cum fabis, & faxolis. Et aliter non debeant repreſalię concedi
nec dari ꝓ cõi alicui, nec aliquid aliud in fraudẽ repreſaliar; nec poſſit cõ
mitti aliqua auctoritas, vel baylia aliquibus ſapientibus auctoritate alicuⁱ
conſilij, ꝙ poſſint concedi repreſaliæ; ſed ſolo modo hoc fieri debeat in cõ
ſilio centum vt ſupra, & ſit ꝑciſum; facta tñ primo notitia de prædictis D.
noſtro, & ab eo obtenta licentia ſuper eis.

Itẽ ꝙ quilibet de ciuitate, & diſtrictu Parmę caueat ſibi, cũ quo, vel qui
bus cõtrahat, vel mercatũ faciat; videlicet, cũ hoĩbus de alienis ciuitatib⁹,
terris, vel locis, vt illi, vel illis; ſeu ab illo, vel illis, cui, vel quibus dederit, re
quirat, ita ꝙ repreſalię propterea non oriantur. Et poteſtas, nec cõe Parmę
ſe intromittat; nec repreſalias concedat ea occaſione; ſaluo, ꝙ ſi cõe alicuⁱ
ciuitatis, terræ, vel loci fuerit requiſitum ex parte cõis Parmæ, ad petitionẽ
perentis, & illi tali iuſtitiã, & ius denegaret ſummariũ; ꝙ prædicto ciui Par
mæ repreſaliæ concedant. Et ẽt teneat poteſtas, q̃ citius poterit infra duos
menſes ſui officij facere publicari, & ꝑcipi per ciuitatẽ Parmæ, & burgos,
ꝙ nemo de iuriſdictione cõis Parmæ vadat in aliquam terrã, cuius hoĩes
habeant repreſalias contra cõe, & hoĩes ciuitatis Parmæ; faciendo ſpecifica
ri, cridari, & diuulgari in crida, ea q̃ fecerint. Et ſi quis de iuriſdictione cõis
Parmæ iuerit poſtea in terrã prædictã nominatam in cridamentis, & ſibi
malè ceſſerit, ſibi ipſi debeat imputari. Et teneatur poteſtas non concede-
re tali eunti cõtra prędictã cridã, ob hoc litteras, nec repreſalias ꝓ commu
ni. Et omnes terræ, ciuitates, & loca, & perſonæ, quæ habent repreſalias cõ
tra cõe, & hoĩes de Parma ſcribantur in vno libro ad eccleſiolam, ſiue ca-
meram communis Parmæ; vt ſciatur quæ terrę, loca, & ciuitates; & qui ho
mines habent repreſalias contra commune, & homines Parmæ.

De eodem.

ITẽ ꝙ poteſtas non poſſit, nec debeat dare, vel concedere licentiam, vel
fidantiã aliquib⁹ mercatoribus, nec alicui pſonæ de aliqua ciuitate, ter-
ra, vel loco, contra q̃, vel quẽ hoĩes huius terræ habẽt repreſalias, vel eis
pro cõi Parmę ſunt conceſſæ, vel in poſter concedentur. Et teneatur ipſe
poteſtas ſacramento ꝑciſo non concedere, nec concedi ꝑmittere, ꝙ repre-
ſaliæ

ſaliæ concedant alicui, vel aliquibus infra quindecim dies vltimos ſui regi
minis. Et oẽs, & ſinguli de ciuitate Parmę, & ẽpatu, quib⁹ conceſſæ ſunt re
preſalię, vel concedent ꝓ cõi ꝑ formã ꝑdicti capituli; vadant ad cameram
cõis infra dies quindecim poſt conceſſionem ſibi factã de ipſis repreſalijs,
& faciãt ſcribi in libro cõis conceſſionem repreſaliar, & qualiter ſibi facta
eſt dicta conceſſio, & Mileſimũ, Indictionem, & diem, & conceſſionem,
& nomen notarij, qui fecit inſtrumentũ conceſſionis. Qui liber inde com
poſitus ponat ad camerã cõis ſeruãdus ꝑ maſſarios cõis, ſeu officiales eccle
ſiolæ. Et de maſſario in maſſariũ; & de tpe in tẽpus; & conceſſiones q̃ non
eſſent modo ꝑdicto ad camerã in dicto libro ſcriptę, non valeãt. Et nemi-
ni liceat eis vti. Et notari⁹ qui ſcribet in dicto libro aliquã cartã conceſſio-
nis, ſcribat nomen ſuũ, & nomen notarij, qui facit cartã conceſſionis, Mi-
leſimũ, Indictionẽ, & diẽ. Et in dicto libro conceſſionis repreſaliarũ cuius
libet debeat ſcribi id, & totũ, ꝙ occupabit, vel detinebit occaſione dictar
repſaliar infra quinq; dies poſt occupationẽ, vel detentionẽ. Et ẽt ſcribat
illud, quod occaſione dictarũ repreſaliar habuit, vel habebit. Et qui hoc
capitulũ non obſeruauerit; cadat a iure ſuo, & reſtituat rẽ ablatã cũ pœna
dupli, ei cui abſtulerit, vel cõi, ſi non fuerit alius actor. Et quilibet poſſit ac
cuſare, & habeat medietatẽ banni. Et iſte liber ſit perpetuus, & continuus
in veteribus conceſſionib⁹, & futuris. Et vt ſciantur, & ſciri poſſint nomina
illor, quibus repreſalię ſunt conceſſę, & concedentur, & quantum habue-
rit, & ꝓceperit cui conceſſę fuerint repreſalię occaſione ear. Et quęſtiones,
& cauſæ, q̃ fient, vel cõtingerint amodo occaſione repſaliarũ, debeant co-
gnoſci, finiri, & terminari ꝑ vnum ex iudicibus poteſtatis. Et ſaximẽta quę
fient prędicta occaſione, non relaxentur ſine parabola poteſtatis, vel iudi-
cum ſuorum; nec hoſpites res ſaxitas detineant, niſi modo prędicto.

Quòd Poteſtas habeat pro diffidatis hoĩes cuiuſlibet terræ, qui prohibeant ire homines Parmæ in ſuam fortiam, quòd non veniant in ciuitate, vel diſtrictu Parmæ.

SI homines alicuius vniuerſitatis prohiberent homines Parmæ ire, &
redire per ſuam ciuitatem, fortiam, & diſtrictum, cum perſonis, vel re
bus; poteſtas Parmæ teneatur, & debeat prohibere homines illius ter
rę, vniuerſitatis, vel loci venire, & redire ſimiliter per fortiam communis
Parmę, & etiam in ciuitate, & per ciuitatem Parmę.

Itẽ ſi aliquis de iuriſdictione cõi Parmę iuerit in locũ prohibitũ, ſeu ad
locũ, ad quẽ diuulgatũ fuerit per ciuitatẽ Parmę hoĩes ciuitatis Parmę ſe-
curè ire non poſſe, & ſibi malè ceſſerit, poteſtas non ĩtromittat ſe, nec lĩas,
nec nunciũ, nec ambaſciatorẽ tranſmittat, nec aliqđ impedimentũ faciat
alicui. Et nemo de iuriſdictione cõis Parmę capiat aliquẽ foraſteriũ, nec ei
iniuriet, nec in auere, vel perſona, vel alio modo, ſine parabola poteſtatis,

vel alicui⁹ ex iudicib⁹ ſuis eũ detineat. Et ſi impedierit, vel cęperit aliter, te-
neat᷑ reſtituere ablata, & oẽ dãnum; & ẽt ſi cęperit obtenta licentia, reꝑſer-
tet perſonã, & res ante poteſtatẽ cõis Parmæ, ſeu aliq̃ ex iudicibus ſuis,
quorũ debeat eſſe cognitio q̃ſtionũ, & emergentiũ occaſione reꝑſaliaꝝ.

De eodem.

SI aliquis de iuriſdictione communis Parmę fuerit dãnificatus ĩ aliquo
extra iuriſdictionẽ communis Parmę occaſione alicui⁹ promiſſionis
vel obligationis factę alicui foraſterio ꝑ aliquẽ de iuriſdictione com-
munis Parmæ, poteſtas teneat᷑ ꝑcisè illũ de iuriſdictione ſua compellere ſa-
tisfacere illi iuriſdictionis ſuę de oi dãno, quod habuerit occaſione ꝑdicta.
Et ſi non venerit, teneatur ſibi dare in ſolutum de bonis eiuſdem, cuius oc-
caſione fuerit damnificatus pro omnibus damnis, & expenſis.

Quòd ſi aliquæ repreſaliæ dicantur concedi, vel ſint conceſſæ contra cõmune Parmæ, poteſtas teneatur ad petitionem aduocatorum, & mercatorum facere fieri ſyndicum pro cõi ad prohibendum.

SI quæ repreſaliæ conceſſæ ſunt, ſeu intelligant᷑, vel dicant᷑ debere con-
cedi ꝑ aliq̃ vniuerſitatẽ, terrã, vel locũ, vel ſingularẽ ꝑſonã, vel cõe ali-
cuius ciuitatis, contra cõe Parmæ, ſeu contra aliquos ciues, & mercato-
rẽ ciuitatis Parmæ; poteſtas teneat᷑ ꝑcisè ad petitionẽ, requiſitionẽ, & in
ſtantiã aduocatoꝝ mercadantiæ, & mercatoꝝ, & cuiuſlibet ciuis Parmæ,
facere fieri ſyndicũ, vel ſyndicos pro cõi Parmæ in conſilijs opportunis ꝑ
uidũ, & diſcretũ, ſeu probos, & diſcretos cũ ſolẽnitatibus iuris. Qui vadat
quo fuerit opportunũ tꝑibus ordinandis expenſis cõis ad defendendũ, &
ſeu ad opponendũ de iure in contrariũ, ne aliquę reꝑſalię concedant᷑ con-
tra commune, ciues, & mercatores Parmę. Et ſi q̃ conceſſæ fuiſſent, ipſas
ꝑcuret annullari, & caſſari facere; vt ciues, & mercatores ciuitatis, & epat᷑
Parmę poſſint ſecurè ire, & redire per terras alienas, & in eis morari. Et
maſſarius communis preſens, & qui ꝑ tpe fuerit, poſſit, teneatur, & debeat
ſoluere, & ſatisfacere ſecundum formam, & modum ſolutionis ambaſcia-
torum; non obſtantibus aliquibus ſtatutis in contrarium loquentib⁹, dum
tamen prædictæ fiant de conſcientia, & voluntate præfati Domini.

De regiſtro faciendo pro communi Parmæ per notarios reformationum cõis Parmæ, in quo ſcriptæ ſunt conceſſiones repreſaliarum, & litteræ quæ mittuntur cõi a commune repreſaliarum.

VT mercatores, & alij ciues ciuitatis Parmę ſcire poſſint ad quas ter-
ras, partes, & loca eis interdictũ, ſeu piculoſum eſt ire; poteſtas, &
iudex q̃ preerit officio reformationum, ſacramẽto ꝑciſo teneat᷑, &
debeat facere, & ꝑcurare, q̃ ꝑ notarios reformationũ cõis Parmæ fiat, &
fieri

fieri debeat vnus liber de chartis pecudinis ligãdis in aſſidibus, dandus, &
aſſignandus maſſario cõis, & conſeruandus, & continuandus perpetuò in
camera cõis, & de maſſario in maſſariũ. In quo libro ſcribi, & regiſtrati de-
beant oẽs repreſaliæ, & interdicta, q̃ conceſſa ſunt, ſeu in poſter⁹ conceden
tur contra cõe Parmæ, ſeu aliquos ciues ciuitatis Parmæ, & diſtrictus eiuſ-
dẽ ab aliqua ciuitate, vel loco, ſeu dño. Et oẽs litteræ, & ambaſciatæ, q̃ diri-
guntur, ſeu dirigentur cõi Parmæ, in quibus contineat᷑ de aliquibus repre-
ſalijs, ſeu alijs interdictis concedendis contra cõe Parmæ, & reſponſiones,
q̃ per cõe Parmę fient ipſis litteris, & ambaſciatis, & bannimenta, & cridę,
q̃ ob hoc fient per cõe Parmæ, & oẽs litteræ licentiarum, & ſuſpenſionũ,
q̃ de dictis repreſalijs, & interdictis miſſæ fuerint cõi, & hoĩbus Parmę, ſeu
per cõe Parmæ alicui alij cõi, & alijs hoĩbus; & etiam aliæ litteræ, quæ ſiue
per cõe Parmæ mittuntur, ſiue cõi Parmæ mittuntur ab alijs, quæ videren
tur eſſe vtiles cõi Parmæ, & neceſſarię debere regiſtrari in dicto libro, ſimi
liter ſcribantur, & regiſtrentur. Et q; dicti notarij reformationum teneant᷑,
& debeant ſcribere in vno libro papireo, ſiue membrano omnes prouiſio
nes, quæ fieri contingent per dños Antianos cõis, & etiã locationes datio-
rum, & rerum dicti cõis, quæ contingent fieri; & etiã oĩa alia fienda, & quę
fieri occurrent in aliquo ſpectantia cõi Parmæ in pœna libr. xxv. Parmeñ.
applicandoꝝ cõi Parmę, qua pœna ſoluta ſemel, & pluries, ad prædicta ni
hilominus teneantur, & compelli poſſint. Et quem librum regiſtri dimit
tere teneantur, ſiue ad banchum reformationum, ſiue ad eccleſiolam cõis
ibi ꝑpetuò remãſuꝝ, & ſine ſolutione vlla ſibi fiẽda ꝑ cõe, & cũ ſubſcriptio
nib⁹, & ſignis eoꝝ notarioꝝ, q̃ regiſtrabũt de talibus conceſſionib⁹, & ꝑui
ſionib⁹, vel quos cõtigerit regiſtrare vt ſupra; & hoc capitulũ ſit ꝑciſum.

De ambaſciatoribus mittendis pro cõi Parmæ; & expenſis cõis ad petitionẽ ſpecialium perſonarum pro factis petentium.

SI aliquis laicus de ciuitate, vel epatu Parmæ iurauerit corã poteſtate,
dicens ſe non poſſe habere ius ſuum in aliqua ciuitate, vel loco extra
iuriſdictionẽ cõis Parmæ, vel de ſuo occupatum, vel poſſeſſiones ha-
bere, quas non ꝑmittatur gaudere; & de hoc fecerit fidẽ per teſtes idoneos,
& ꝙ occaſione qua poſtulat, nũq̃ habuit ambaſciatores, nec expẽſas cõis,
poteſtas teneat᷑ ꝑponere ĩ conſilio cõis, & populi, ꝙ cõe illius ciuitatis, vel
loci, quod ex parte cõis Parmæ requiri poſtulauerit, debeat requiri expen-
ſis cõis, ꝙ illum talẽ ciuẽ ſubiectum cõi Parmæ audiant, defendãt in iure,
& poſſidere ꝑmittant pacificè, & quietè quicq̃d habet in fortiã illius cõis,
vel loci. Et ſi negotiũ pro quo poſtulabit᷑, ꝙ requiſitio fiat per vnum amba
ſciatorem fuerit valimenti libr. cẽtum Parmen. vel infra, ſufficiat, ꝙ requi-
ſitio fiat ꝑ litteras cõis; & ſi fuerit maioris valoris centum libr. imperialiũ,
ſufficiat ꝑ duos ambaſciatores ſm̃ modum ꝑdictum. Et tales requiſitiones

possint fieri expensis cõis ad petitionem specialiũ personarũ, placendo m
iori parti consiliariorũ. Et nec in p̃dictis casibus, nec in aliquibus alijs dent
alicui ambasciatores expensis cõis, nisi ille talis petens fuerit subiectus iuri
dictioni cõis Parmæ, & soluerit, & fecerit factiones cõis. Et teneatur pote
stas facere, q̃ ambasciatores cõis, qui mittentur p̃ talibus requisitionibus
faciendis referant in consilio generali cõis Parmæ illud, quod fecerint; &
quod fuerit eidem responsum, & debeat sibi credi. Et possint repreſaliæ cõ
cedi, si placuerit consilio generali; si nõ fuerit adimpletum illud, quod fue
rit postulatum. Et ambasciatores non possint mitti ad petitionem alicuius
specialis personæ, nisi prædicto modo; saluo q̃ pro negotijs cõis Parmæ
possint ambasciatores mitti ad voluntatem consilij generalis; & etiam p̃
negotijs specialiũ personarum possint ambasciatores transmitti extra præ
dictos casus, qui superius continetur expẽsis cõis ad voluntatem duarũ par
tiũ cõsilij generalis dicti cõis, & populi, facto partito inter eos ad scrutiniũ
cũ fabis, & faxolis; & p̃ aliquo negotio alicuius personæ specialis non fiat
requisitio expensis cõis, nisi semel de prædictis; tamen anteq̃ fiant, fiat præ
fato D. notitia, & prout mandauerit, ita fiat, & non aliter.

De modo, & forma electionis ambasciatorum.

ELectio ambasciatorum, qui ibunt, vel ire debebunt pro cõi, fiat, &
fieri debeat per Antianos, seu præsidentes negotijs cõis Parmæ, in
præsentia D. potestatis, vel eius vicarij secretè ad scrutiniũ; & eligãt,
& mittantur cõiter, & equaliter pro ambasciatis cõis. Et nemo eligatur in
ambasciatorem, qui roget se eligi. Et scribãtur electiones ambasciatorum
in libro cõis, & dies motus ipsorum ambasciatorum; & dies reuersionis eo
rum per notarios massarij communis. Et si aliquis eligatur contra formã
capituli; non habeatur pro ambasciatore, nec solutio fiat ei per massarium
cõis Parmæ. Et hoc capitulum sit præcisum. Et quotiens electio fiet aliquo
rum ambasciatorũ, Antiani, & præsidentes prędicti, qui tunc eligere debẽt
dictos ambasciatores, teneantur iurare ad sancta Dei Euangelia, q̃ eligent
in ambasciatores, illos, quos credent esse legales, probos, & discretos com
muni, & populo Parmæ, & non aliter. Verum tamen circa electionem, &
missionem ambasciatorum seruentur ordines præfati Domini.

De salario dando ambasciatoribus, & alijs officialibus.

MAssarius, & Thesaurarius cõis Parmæ teneat̃, & possit licitè, & im
punè dare, & soluere sine damno, præiudicio & periculo suo, de
denarijs, & auere cõis Parmę oĩbus, & singulis ambasciatoribus,
& officialibus euntibus, seu ituris in aliqua, seu aliquas ambasciatas dicti
cõis, seu pro ipso cõi, seu pro aliquibus negotijs dicti cõis, equestribus, &
pedestribus intra ẽpatum dictæ ciuitatis, vel extra dictum episcopatũ ad
partes

partes quascunq; p̃pinquas, vel remotas, pro salario ipsorũ ambasciatorũ,
notariorũ, seu officialiũ singulis diebus oẽ id, & totum, quod terminatum,
& decretum fuerit per Antianos, & præsidentes negotijs cõis, q̃ nũc sunt,
vel pro tpe fuerint; facto partito de quantitate salarij, & de personis mittẽ
dis inter dictos præsidentes ad scrutinium secretum cum fabis, & faxolis.
Et aliter nemo mitti possit, nec aliqua solutio sibi fieri; & q̃ nullus amba
sciator cõis, & populi Parmæ vt supra, sub vinculo sacramenti possit per
se, vel alium tpe suæ ambasciatæ aliquid p̃ se, vel alio impetrare, vltra, vel
præter ambasciatam sub pœna libr. centum Parmen. & q̃ sic impetrata, &
obtenta per ipsum ambasciatorem vltra, vel præter ambasciatam per di
ctos Antianos, & præsidentes sibi commissam, per dictum potestatẽ Par
mæ, & eius officiales nullatenus obseruentur, & hoc capitulum sit præci
sum, & præcisè debeat obseruari.

*Quòd vnus ex cancellarijs communis debeat scribere ambasciatas amba
sciatorum cõis, & diem motus, & reuersionis ambasciatorum.*

PEr vnum ex cancellarijs cõis Parmæ debeãt scribi omnes ambascia
tæ ambasciatorum, qui mittent̃ p̃ cõi Parmæ in vno libro per se; &
dies motus, & dies reuersionis; vt sciat̃ si aliquis ambasciator debue
rit aliquid restituere de eo quod receperit a massario, seu thesaurerio cõis;
& quid debuerit recipere, si distulerit vltra terminũ suæ primæ solutionis.

De electione arbitrorum communis, & eorum notarij, & eorum salario.

OMnes arbitri qui debuerint eligi ex parte cõis Parmæ ad cognoscẽ
dum cum arbitris aliarũ ciuitatum, vel locorũ, q̃ sunt extra iurisdi
ctionẽ cõis Parmę, & eorũ notarij, debeãt eligi de ciuitate Parmę p
D. potestatẽ Parmæ, & p̃sidentes negotijs cõis Parmæ, facto scrutinio iter
ipsos p̃sidentes secretè cũ fabis, & faxolis; & inter ipsos arbitros esse debeat
vnus prouidus iudex, & habeant, & habere debeant a cõi Parmæ pro eorũ
salario quicquid terminatum fuerit per dictos potestatem, & præsidẽtes.

*Quòd omnes officiales tam ordinarij, quam extraordinarij per præsidentes
negocijs communis Parmæ eligantur.*

OMnes officiales cõis tã ordinarij, q̃ extraordinarij eligant̃ p̃ p̃siden
tes negotijs cõis Parmę; seruata sẽp in hoc volũtate, & beneplacito
p̃f. Illustriss. D. nr̃i, & hoc capitulũ sit p̃cisum, & absolui nõ possit.

Per quantum tempus cessare debent officiales ordinarij.

OMnes officiales ordinarij communis cessent post depositũ officiũ
per vnum annum, & si quis receperit aliquod officium contra for
mam huius capituli, soluat pro banno libr. decem Parmen. Et qui-

libet possit eum accusare, & habeat accusator medietatē banni, & potestas teneatur auferre dictū bānum ei, q̄ contrafecerit sine remissione, & cassetur ab oī officio computato anno a tpe depositi officij. Et hoc locum habeat, & seruetur etiā in officio mercatorū; ita quod officiales communis cessent modo prædicto ab officio mercatorum, & è conuersò; videlicet, q̄ officiales mercatorū cessent similiter ab officijs cōis. Et qui fuerit officialis mercatorū cessetur eodē modo ab officijs mercatorū. Et si potestas non fecerit hoc capitulum obseruari per syndicos cōis, syndicetur in xxv. lib. Parmeñ. p̄ quolibet, & qualibet vice. Et hoc capitulum prēcisè debeat obseruari. Et si quis certo tpe exercuerit aliquod officium ordinarium; & illud non compleuerit, fortè propter infirmitatem, vel absentiam, vel aliam causam; & alius substitueret ad dictū officiū loco eius, siue in consilio generali, siue p̄ formam alicuius statuti, vel prouisionis, siue quia tanquam de personis coniunctis in statuto nominatis, quæ possent facere officium pro illo ex forma dicti statuti; tunc ille solus intelligatur cessare per vnum annum finito dicto officio; qui maiori tempore illud officium exercuerit,

Quòd semper legantur illi, qui cessare debent, quando eliguntur aliqui officiales ordinarij, & statuta prohibentia ipsos eligi, vel aliquos.

QVādo, & quotiens fit electio de aliquib⁹ officialibus, legant̄ semp illi qui cessare debuerint in cōcione p̄sidentiū negotijs cōis; & etiā legantur statuta prohibentia aliquos officiales eligi.

De his qui non possunt eligi in aliquo officio ordinario, vel extraordinario.

ALiquis non possit eligi in aliquo officio ordinario, vel extraordinario cōis, qui non sit de iurisdictione cōis Parmæ, & qui nō possit conueniri sub cōe Parmæ in ciuilibus, & criminalibus; seu qui fecerit, vel fieri fecerit aliquod homicidium. Et qui non subtinuerit onera, vel factiones communis, ipse, vel pater eius, & qui non sit maior xviij. annorum. Et si de aliquo fieret electio contra formam huius capituli; nulla sit. Et quicquid continetur in ipso capitulo præcisè debeat obseruari. Et si quis contra formam huius capituli aliquem elegerit; puniatur in cētum soldis Parmeñ. & D potestas faciat de prædictis inquisitionem.

Quòd quicunq; habuerit aliquod breue, possit eligere in officio patrem, filium, & seipsum.

QVicunq; habuerit aliquod breue eligendi aliquem officialem, possit eligere, patrem, filium, & fratrem, & seipsum si voluerit; dummodo qui eligetur sit maior decem & octo annorum; nec sit de personis in superiori, & proximiori statuto contentis.

Quòd

Quòd nemo præsumat facere aliquas scripturas in libris communis, vel actis, nisi officiales electi.

NEmo p̄sumat decætero facere aliquas scripturas in libris, vel actis corā aliquo iudice, vel officiale cōis; nisi solum modo qui fuerint vt supra in officio electi, vel nisi tales scripturæ factæ fuerīt de voluntate, & conscientia taliū officialium, vel talium notariorū sic electorū; & qui contrafecerit soluat pro banno xxv. libr. Parmeñ. & expellatur ab officio, & scripturæ, & totum quicquid factum fuerit contra formam huius capituli; pro irritis habeantur, & nulli prodesse valeant, vel obesse.

Quòd nemo possit eligi ad aliquod officium ad vocem.

ALiquis officialis communis non eligatur in aliquo officio cōmunis, & populi, in aliquo consilio generali, vel speciali communis, & populi, vel alibi, vel aliter, vel alio modo ad vocem. Et potestas teneatur non permittere aliquem eligi ad aliquod officium ad vocem. Et si contrafactum fuerit, electio nulla sit. Et si potestas permiserit fieri contra prædicta perdat de suo salario centum libr. Parmeñ.

Quòd nullus possit in aliquo officio notariæ eligi; nisi fuerit scriptus in matricula notariorum.

NVllus possit eligi, vel deputari in aliquo officio ordinario, vel extraordinario ciuitatis Parmæ pro notario, qui non sit scriptus in matricula, & collegio notariorū ciuitatis Parmæ; & si contrafactū fuerit, non valeat, & cassetur a dicto officio; & q̄ nullus possit eligi ad officiū præconsulatus notariorū, nisi pater ipsius fuerit ciuis, & oriundus ciuitatis Parmæ, vel nisi fuerit procurator. Et hoc capitulum sit derogatorium statutis dictæ matriculæ notariorum, si quæ forēt in contrariū his edita.

De electione rationatorum communis.

ITem statutum, & ordinatum est, q̄ eligantur quattuor prouidi, & legales ciues literati, in kalendis Ianuarij per Antianos cōis Parmæ, qui sint maiores vigintiquinq; annorum, qui scribant, & faciant omnia, quæ spectant ad dictum officium rationariæ; ac teneant, saluent, & custodiant omnes libros bannorum, & actorum communis, qui sibi dari, & assignari debeant per officiales communis, qui electi in principio eorum officij teneantur, & debeant iurare de exercendo eorum officium benè, & legaliter; & de saluando, & custodiendo omnes, & singulos libros bannorum, & actorum, qui ad eorum manus peruenerint, occasione eorum officij bona fide sine fraude, & de restituendo, & consignando integraliter successoribus suis omnes dictos libros, qui ad eorum manus peruenerint.

De

De electione superstantis, seu massaroli communis.

DOminus potestas in mense Ianuarij teneatur facere eligi vnũ bonum, & legalẽ virũ deputandũ pro superstante, seu massario laborerioꝝ cõis, ad faciendum fieri laboreria, quæ debent fieri expẽsis cõis, ad scribendum oẽm suã rationẽ faciendã occasione dicti officij. Qui superstans, siue Massarolus sit maior triginta annorum, & habeat dictus superstans singulo mense pro suo salario libr. quatuor imperialium. Et fiat eius electio per dominos præsidentes negotijs communis Parmæ.

De electione Potestatis de terreno.

AD custodiã pratoꝝ de terreno eligatur vnus prouidus vir p̃ potestate, & in potestatẽ de terreno per Antianos cõis Parmę. Et nullꝰ possit eligi ad dictũ officium, qui non sit maior xxv. annoꝝ, & duret eius officiũ per annũ. Qui potestas teneat dicta prata custodire continuè a kalendis mensis Martij, vsq; ad kalendas mensis Octobris; & teneatur, & debeat idẽ potestas accusare quemlibet dãnificatem in dictis pratis cum bestijs, vel aliter; & contra ipsos procedere, vel procedi facere. Saluo q̃ non possit accusare aliquem, nec aliquis condemnet pro aliquo dãno dato in dictis pratis sine voluntate illius, vel illorum, cui, vel quibus dam-num datum fuerit; & habeat, & habere debeat pro eius salario, & mercede duos imperiales pro quolibet plaustro fęni, quod cõducetur de dictis pratis, & non plus, sub pęna, & banno arbitrio D. Potestatis Parmæ.

De electione Potestatis canalis communis, & canalis Taronis.

POtestas Parmæ in primo mense sui regiminis, teneatur facere eligi vnũ bonũ, & legalẽ virũ, & discretum in potestatem canalis cõis, & duos custodes ad custodiam dicti canalis, q̃ potestas sit maior. xxx. annoꝝ, & custodes sint maiores xxx. annorum; & duret eorum officiũ per sex menses, & habeat pro eorum salario id quod eis deputabit, & determinabitur per D. potestatẽ, & Antianos cõis; & fiant eorum electiones eisdẽ modo, & forma, quibus fiet, & fieri debet electio Massaroli cõis Parmæ; & illud idem obseruetur in electione potestatis, & custodũ canalis Taronis, quod appellatur nauilium, & de salario ipsorum, non obstante aliquo statuto aliter loquente de electione communis.

De electione correrium.

OMnes qui sunt, & esse, vel fieri voluerint correrij cõis Parmę, singulis annis infra decem dies mensis Ianuarij, teneantur, & debeãt dare eoꝝ noĩa, & pronoĩa in scriptis in sua porta, & vicinia, D. potestati, vel eius vicario. Et de hoc dictus D. potestas teneat facere fieri quadã cridam

cridã minutim per ciuitatẽ circa principium mensis Ianuarij, & habitis in scriptis noĩbus illoꝝ, qui voluerint esse correrij. Dñs potestas, vel eius vicarius, vna cũ præsidentibus cõis, teneat, & debeat examinare, & approbare illos, qui fuerint idonei ad dictum officiũ exercendum. Et nullus possit approbari pro idoneo, qui non sit ciuis Parmæ, vel non steterit continuè in ciuitate Parmæ per quinq; annos proximè præteritos, & qui non substinuerit onera, & factiones cõis, vel qui sit minor xxv. annoꝝ, vel qui sit famulus, vel scutifer alicuius, vel qui non habeat in bonis xxv. lib. Parmẽ. ad minus, vel qui vadat ad laborandum ad p̃cium in terris alienis. Et oẽs illi, qui per dictos præsidentes sic fuerint approbati, teneantur iurare corã D. potestate, vel eius vicario eoꝝ officium benè, & fideliter exercere, & facere, & referre ambasciatas eorum, sĩm q̃ debuerint ex forma statutoꝝ; & consignare oĩa pignora, q̃ ad manus eorum peruenerint, sĩm q̃ debuerint, & non accipere aliquid pro eoꝝ ambasciatis, vel pignorationibus, quas facient, vltra, vel aliter, q̃ in statutis cõis contineatur. Et de prædictis oĩbus teneantur præstare fideiussores idoneos. Et hoc facto scribantur nomina, & pronoĩa oĩum, & singulorum correrioꝝ, qui fuerint approbati, & qui iurauerint, & fideiussores præstiterint vt supra, in duobus libris p̃ notarios reformationum, quoꝝ vnus sit penes dictum D. potestatem, & alĩ penes rationatores cõis. Et qui non fuerit scriptus in dictis libris, & approbatis fideiussionibus præstitis vt supra, non possit exercere officium correriorũ, nec facere aliquã ambasciatam ex parte alicuius officialis communis Parmæ, in pœna, & banno libr. xxv. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice. Possint tñ Antiani communis Parmæ in dicta electione, propter necessitatem correriorum nunc deficientium in ciuitate Parmæ, prouidere, p̃ut eisdem melius videbitur, & placuerit, non obstante suprascripto statuto.

De officio correriorum.

ADobuiandum fraudibus, & maleficijs correriorũ, nullus correriꝰ decætero audeat, vel p̃sumat facere aliquã ambasciatã, vel p̃ceptũ ex parte alicuius officialis cõis Parmæ ad petitionem alicuius, nisi primo, & ante oĩa habuerit in scriptis in cedula tenorẽ, & formam illius præcepti, vel ambasciatæ, q̃ facere debebit, in qua contineatur dies scriptuꝝ dictæ cedulæ; & quo die, & hora, & corã quo aliquis citatus comparere debeat; & ad cuius petitionem, q̃ cedula possit scribi per quãcumq; ẽt priuatã persõnã; dum tñ subscripta sit per vnum ex notarijs illius officialis, ex parte cuius fieri debebit dictum præceptum, vel ambasciata, q̃ subscriptionem quilibet notarius illius officialis possit, & teneatur facere etiã sine præsentia illius officialis, & sine aliqua solutione. Et correrij teneantur portare dictam cedulam, & facere ambasciatam, & præceptum secundum formam illius cedulæ; & ipsam cedulam dimittere ei, cui fecerit dictam amba-

ambaſciatã, vel ad domum habitationis ſuæ, vel ad domum in qua ſolitus erat habitare cum familia ſua, ſi familiã dimiſerit; & hoc locũ habeat tam in ciuitate, q̃ in ep̃atu Parmæ. Saluo, q̃ omnes ambaſciatæ, vel præcepta, q̃ fierent alicui perſonaliter in ciuitate præſente illo, ad cuius petitionem fieret ambaſciata, vel præceptum valeant, & teneant, ẽt abſq; eo, q̃ tenor præ dictæ ambaſciatæ, vel præcepti ſibi dimittatur in ſcriptis. Et ſi aliquã ambaſciatã, vel præceptum facerent in ciuitate, vel diſtrictu contra formam huius capituli, non valeat, nec teneat ipſo iure. Et correrius teneatur ad reſtitutionem oĩs damni, quod ſequeretur ex inde. Et quæ dicta ſunt de cedulis in ſcriptis cuilibet, vel ad domum eius dimittendis, ſeruari debeant; etiã ſi q̃plures, & plures citabuntur, vel requirerentur ad petitionem alicuius, ita q̃ quilibet prædictorum habeat ſuam cedulam per ſe. Saluo q̃ vna cedula ſufficiat pro omnibus in vna, & eadem domo habitantibus.

Item habeant locum prædicta, & ſeruentur etiam in illis, qui citarẽtur ad aliquod cridamentum primi, & ſecundi decreti; ita q̃ eis detur, & relinquatur cedula perſonaliter, vel ad domum vt ſupra. Saluis, & reſeruatis ſẽper alijs contentis in præſentibus ſtatutis, quo ad citationes, & relationes per correrios factas, & fiendas.

De eodem.

ITem quilibet correri⁹ teneatur ſacramento reddere quãlibet ambaſciatã, q̃ fecerit per ep̃atum infra tertiã diem ſine fraude, ſi iuerit longè a ciuitate per quindecim miliaria, vel circa, & ante, ſi ante redire poterit. Et ſi fuerit longè a ciuitate per xv miliaria infra quintam diem; in pœna, & banno viginti ſoldorum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, quę pę na applicetur illi, ad cuius petitionem fieri debuerit dicta ambaſciata.

Item teneant̃ dicti correrij ĩfra dictũ terminum trium, vel quinq; dier⁹, oĩa pignora, q̃ acceperit in ep̃atu Parmæ cõſignare officiali cameræ pignorum, qui officialis, vel eius factor teneantur, & debeant ſcribere conſignationes dict⁹ pignor⁹, & qualitatem ipſor⁹ pignor⁹, & qualiter ipſa pignora depoſita ſunt penes ipſum officialẽ, vel factorem, qui officialis de dictis pignoribus teneatur reddere rationem illis quorum intererit.

Item teneant̃ dicti correrij non retinere aliquod pignus penes ſe vltra terminos ſupradictos, ꝓtextu ſatisfactionis ſuæ mercedis; nec etiã pignori ponere, vel penes aliquam perſonã recommendare, ad petitionem ipſor⁹ correror⁹, pœna, & banno decem libr. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, cuius pœnæ medietas applicetur ei, qui pignoratus fuiſſet, alia medietas cõi. Poſſint tñ dicti correrij pignora quæ accipient in ep̃atu Parmæ; ſi ea portare, vel conducere non poſſent in ciuitate Parmæ, recommendare penes Miſtralẽ illius villæ, in q̃ acceperint dicta pignora; vel penes vnum, vel duos bonos vicinos dictæ villæ, non ad petitionem ipſor⁹ correror⁹, ſed

ſed ad petitionem creditor⁹, pro quibus acceperint dicta pignora. Et hoc facto, teneantur facere ſcribi recommendationem dictæ pignorationis ꝑ notariũ dicti officialis, ex cuius parte facta fuerit dicta pignoratio vt ſupra.

Item teneantur dicti correrij non petere, nec recipere ab aliqua perſona pro mercede ſui laboris aliquid vltra, vel aliter, quam in ſtatutis contineatur, pœna, & banno viginti ſoldorum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, cum reſtitutione eius quod vltra acceperint; quam pœnam incurrant; etiam ſi de voluntate eius, ad cuius petitionem iuiſſent, maiorem ſolutionem recepiſſent, quam recipere debuiſſent.

Itẽ dicti correrij teneant̃ non recuſare aliquod p̃ceptum, vel ambaſciatã, aut aliq̃ pignorationẽ, ſeu detentionẽ in aliqua parte ciuitatis, diſtrict⁹, & ep̃atus Parmæ; dum tñ dicta ambaſciata ſit ſcripta, vel ſubſcripta vt ſupra ꝑ notarium officialis, in pœna, & banno xxv. libr. Parmeñ. ꝑ quolibet, & qualibet vice, cuius pœnę medietas ſit cõis, & altera ei⁹, q̃ dictũ p̃ceptũ, citationẽ, ſeu executionẽ fieri volebat; & hoc niſi dicti correrij habuerint iuſtã causã infirmitatis, vel aliã, non eundi ad faciẽdum p̃dictã citationẽ, ambaſciatã, vel executionẽ, q̃ cauſa determinet̃ per officialem de medio.

Item teneantur dicti correrij non petere, nec recipere ſolutionem ſuæ mercedis in totum, vel in partem pro aliqua ambaſciata, vel præcepto, requiſitione, ſeu executione reali, aut perſonali, vel ammonitione per eos fiẽdis, nec partem ipſius ſolutionis, nec pignus recipere occaſione prædicta; donec redierint, & ſcribi fecerint ambaſciatam, quam fecerint, pœna, & banno decem ſoldorum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Itẽ teneant̃ dicti correrij, oẽs, & ſinguli portare in capitib⁹ continuè, tã dieb⁹ feſtiuis, q̃ iuridicis, capellinas rubeas cũ arma, & inſignijs cõis diſcopertas de die, & ꝑ totã diẽ, ſub pœna ſoldor⁹ Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice ipſor⁹; & q̃ nullus correrius poſſit pignorare, vel detinere aliquẽ, vel aliquos, ad inſtantiã, vel petitionẽ alicuius priuatæ perſonæ, aliqua cauſa, niſi ei quẽ detinere, & pignorare voluerit, oſtendiderit, ſi petita fuerit per eum licentia de pignorando, vel detinendo, in ſcriptis ſubſcripta ꝑ notarium officialis, vel ſignata, ſub pœna ſoldorum viginti Parmeñ.

De ſalarijs, & mercedibus correriorum.

DE qualibet ambaſciata, q̃ fecerit correrius in ciuitate ſub palatio cõis, & extra ipſũ palatiũ vſq; ad caput pontis lapidũ vers⁹ plateã, vel vſq; ad eccleſiã S. Thomæ, vel vſq; ad eccleſiã S. Chriſtinæ, vel ad eccleſiam maiorem, vel vſq; ad eccleſiam Sancti Pauli, vel vſq; ad eccleſiam S. Bartholomei de glaria, vel infra longitudinẽ dict⁹ termin⁹ circũquaq;, debeãt, & poſſint habere correrij pro ſua mercede ꝑ qualibet perſona, q̃ citauerint, vel requiſiuerint duos impiales tantum. Saluo, q̃ ſi eſſent plures in vna domo, computent̃ tantũ ꝑ vna perſona, & a dictis terminis

minis vltra in ciuitate tres impiales, & extra ĩ burgis, & ſub burgis debeat habere tantum quattuor imperiales pro qualibet perſona q̃ requiſiuerint. Saluo, q̃ ſi dicti correrij debuerint citare plures in vna, & eadem vicinia vltra dictos terminos, vel eccleſias, & fuerint a trib⁹ ſupra, tũc debeãt habere ꝑ quolibet, quẽ citabũt, vel monebunt duos impiales tantũ, & nõ vltra.

POtestas, & thesaurarius cõis nõ possit, nec debeat aliqđ debitũ facere noĩe cõis, nisi de volũtate cõsilij generalis, aut Antianoꝝ ꝑsidentiũ negotijs cõis, quoꝝ consensus, vel duaꝝ partiũ ipsoꝝ facto partito ad scurtiniũ secretũ sufficiat, notando debitũ, & ꝙtitatẽ, & quare sit debitũ prædi-

ꝓdictũ, & creditorẽ, & ꝙtitatẽ doni. Et nulla securitas possit fieri noĩe cõis ꝙ aliquo dbito, nisi ĩ cõsilio generali facto ad cãpanã sonatã sine fraude, & si ante fieret nõ valeat, nec teneat cõe, sed ꝙ fecerit dbitũ, soluat illud đ suo.

Qualiter thesaurarius non possit soluere aliquod debitum vetus cõis, sine voluntate consilij generalis, vel sine bulleta.

THesaurarius cõis sine voluntate cõsilij generalis, aut sine bulleta D. potestatis, & Antianoꝝ, non possit soluere aliqua debita cõis ante tempꝰ sui officij contracta. Et si debuerit proponi ĩ aliquo consilio de aliquo debito veteri persoluendo, tunc debeant exprimi, & publicari in consilio oĩa debita vetera communis, & fieri propositio in ipso de ipsis debitis, vel parte ipsorum ꝓsoluendorum, & quibꝰ, & aliter solui non possit.

De pane dando carceratis per commune Parmæ.

ITem singulis carceratis, qui per tpa erunt in carceribus cõis, qui nõ habebunt vnde aliter possint substentari, quorum noĩa singulis mensibꝰ per Dños potestatem, & Antianos cõis, habeant, amore D. nostri Iesu Christi detur cuilibet eorum, quolibet die vnus panis de duobus denarijs, qui panis ponatur in manibus dictorum carceratorum per massariũ communis, sm̃ ꝙ per dictos Dños Potestatem, & Antianos fuerit ordinatũ; & dictꝰ massariꝰ possit emere licitè dictum panem, & dictã expensã facere.

De vno pallio emendo pro cõi pro festo B. Mariæ Virg. de mense Augusti.

ITem emat dictꝰ massariꝰ vnum palliũ ꝙ cõi in vigilia B. Mariæ Virg. de Augusto, quod offeratur ad altare B. Mariæ Virg. in Ecclesia maiori Parmeñ. & mansurum ibidem, seu in sacristia dictæ maioris Ecclesiæ ad honorem, & reuerentiam ipsius Virginis Glorioſæ.

De salario, & mercede dando per massarium, seu thesaurarium cõis, singulis brentatoribus, qui ibunt ad extinguendum ignem.

SIngulis brentatoribus qui ibunt, iuerint, & aquam portauerint in brẽtis ad extinguendum ignem in ciuitate, & burgis, det, & soluat thesaurarius, seu massarius communis de denarijs, & auere communis pro quolibet eorum, & qualibet vice duodecim imperiales.

Quòd massarius, seu thesaurarius cõis non faciat aliquod depositum de denarijs communis super aliquibus tabulis.

NEc massariꝰ, nec thesaurariꝰ cõis, nec aliqs officialis cõis, nec aliqua alia ꝑsona audeat, vel ꝑsumat dponere, vel deponi facere aliqđ de đnarijs cõis vndecũq; puenerit sup tabulis cãpsoꝝ, nec ĩ aliquo loco, seu apud aliquẽ aliũ; nisi penes ipsũ massariũ, seu thesaurariũ cõis parmę.

Quòd omnes condemnationes, & banna ſoluantur maſſario, ſeu theſaurario communis.

OMnes condemnationes, & banna omnia, quę, & quas D. poteſtas, & eius familia, & quilibet officialis communis fecerint de aliquo, vel aliquib⁹, ſeu quæ īpoſuerint qualicunq; de cauſa, ſolui debeāt, & dari maſſario, ſeu theſaurario cōis Parmæ nomine communis, & alibi, ſeu aliter ſolui non debeant; & aliquis, vel alter alibi ſoluere non compellatur; dū tm̄ prædicta non præiudicent pactis theſaurarij dicti communis.

Quòd notarij cameræ communis ſe ſubſcribant in cancellationibus condemnationum.

NOtarij, ſeu rationatores cōis per ſacramētum teneantur ſcribere, & ſubſcribere in quaternis, & libris condemnationū, & bānor⁹, quę debuerint cancellari, qualiter illa condemnatio ſoluta fuerit, & cui maſſario, ſeu theſaurario, & per quem, & qua die ſoluta fuerit, & qua de cauſa banna cancellata ſint; & ſi non fuerit per eos hoc capitulum obſeruatum, poteſtas teneatur ſibi auferre centum ſoldos Parmeñ.

Quòd maſſarius, ſeu theſaurarius communis det cartas officialibus cōis, & notarys pro condemnationibus ſcribendis.

MAſſarius, ſeu theſaurarius cōis teneatur, & debeat de denarijs, & auere cōis Parmæ dare quaternos, & cartas omnibus officialibus cōis, & notarijs more ſolito pro condemnationibus ſcribendis.

Qualiter maſſarius, ſeu theſaurarius cōis, & etiam maſſarolus, teneatur reddere rationem adminiſtrationis ſui officij.

MAſſarius, ſeu theſaurarius, & etiā maſſarolus cōis in fine cuiuſlibet menſis, teneant, & debeant reddere rationē adminiſtrationis ſui officij, quattuor Antianis cōis extraordinarijs, legendo, & declarando diſtinctè ſingula capitula introitus, & expenſarum; ita q̄ ſi inuenerint, q̄ ipſi, vel aliquis eorum aliquid illicitè expendiderint, vel fraudē aliquā commiſerint, condemnentur per D. poteſtatem in reſtitutione eius, in quo deliquerint, cum pœna quadrupli; & poſſint prædicti Antiani ad voluntatem ſuā, & quotienſcunq; eis placuerit, habere libros introitus, & diſpendij cameræ ad prædictam rationem examinandā, ēt in abſentia dictorum maſſarij, ſeu theſaurarij, & ēt maſſaroli, & quorumcunq; aliorum officialium camerę. Et poteſtas teneatur circa finē cuiuſlibet mēſis facere publicā rationē, vt ſciatur quantitas, quæ de auere cōis remanſerit penes eos; & de quibus publicationibus, & quantitate fiat publica ſcriptura per vnum ex notarijs reformationum, & per vnū ex rationatoribus cōmunis Parmæ;

Parmæ; & ſi poteſtas non fecerit hoc capitulum obſeruari, vel non obſeruauerit, condemnetur in libr. vigintiquinq; Parmeñ. ℔ quolibet menſe.

De officio notariorum rationariæ, ſeu eccleſiolæ communis Parmæ, aut exactionis ad banchum lupi.

NOtarij rationariæ, ſeu eccleſiolæ cōis Parmæ, aut exactionis ad bā chū lupi, teneantur, & debeāt ſine vlla difficultate, vel tarditate, & ſine aliquo precio, vel ſolutione, oſtēdere cuilibet petenti omnes libros, & acta cōis ſibi deputatos, & deputata; & pmittere, q̄ quicunq; poſſit inuenire, & videre ſcripturas, & acta, q̄ videre voluerint p ſe, vel p aliū; dū modò dicti libri non moueant⁹ de ſtationibus, ſiue archiuijs cōis. Et ſi quis voluerit habere copiā de dictis ſcripturis, bānis, vel actis, teneantur dicti notarij ei tradere, & aſſignare in publicā formā, faciendo expreſsā mentionē, de quo libro ipsā ſcripturā ſumpſerint; vel extraſerint. Et poſſint dicti notarij, & eis liceat pcipere, & habere ab eo cui fecerint, & dederint copiā de p̄dictis, de quolibet exēplo bāni ciuilis quattuor īperiales ab eo qui cancellabit⁹ de bāno; & ſi cōmunale, miſtrales, & hoīes alicuius vicinię fuerint poſiti in aliquo bāno ℔ factis ſui cōis ℔ priuatis negotijs, ſi fuerit duo bāniti inſimul, accipere poſſint ℔ quolibet ipſor⁹ quattuor imperiales; & a duobus bānitis vſq; in ſex, poſſint accipere duos īperiales ℔ quolibet, & ab inde ſupra quotcunq; fuerint, poſſint accipere duodecim īperiales, & non vltra. Si verò nomina non fuerint expreſſa, non poſſint accipere niſi quattuor impiales de exēplatura, ſeu cancellatura dicti bāni; & de cācellatione condemnationū corporaliū poſſint percipere, & habere notarij exactionis, & lupi ſoldos decē īperialiū. Notarij vero cācellariæ, ſeu eccleſiolæ cancellare teneant⁹ ipſas condēnationis, ℔ vt ad eos ſpectabit gratis; qa sūt ſalariati, & de alijs ſcripturis, & actis quibuſlibet poſſint recipere ſolutiones, & ſatisfactiones ad rationē ſex īperialium ℔ qualibet facie ſcripta ſatis plenè; & de qualibet fideiuſſione p̄ſtita pro banno ciuili, poſſint recipere, & habere ſex impiales; & de expletura verò bannor⁹ criminalium, & condēnationū criminaliū poſſint pcipere dicti notarij ad rationē ſoldi vnius, & denarior⁹ ſex pro qualibet carta plena, & non vltra pro eorū mercede.

In quo loco ſtare debent notarij rationariæ, & eccleſiolæ, & libros, & acta communis tenere.

NOtarii, ſeu officiales rationarię, aut eccleſiolæ cōis ad eorū officiū exercendū debeant ſtare ſub pede turris cōis, in quo fit, & exerceat officium rationariæ dicti communis iuxta palatium vetus dicti communis, in quo loco fieri debeant armaria pro communi, pro libris, & ſcripturis quorumcunq; ipſorum conſeruandis, & tenendis; ita q̄ cuilibet ſit facile inuenire illas ſcripturas, & acta, quæ, & quas voluerit.

Qualiter libri bannorum, & condemnationum, & aliorum ſpectantium cõi Parmæ debeant aſſignari notarijs, ſeu officialibus rationariæ vt ſupra, & de pœna non aſſignantium.

OMnes, & ſinguli notarij D. Poteſtatis, & alior̃ quorumcunq; officialiũ, qui rogabunt̃, vel fuerint rogati, aut ſcripſerint perſonaliter de aliquib⁹ condẽnationibus, vel bãnis corporalibus, vel pecuniarijs cuiuſcunq; quantitatis, aut de aliquibus prouiſionibus, vel reformationibus, vel aliquibus alijs ſpectãtibus, vel ꝑtinentibus cõi Parmæ, teneant̃, & debeant quinternos condẽnationũ, & bãnor̃ ſtatim cum publicatę, vel publicati fuerit ſine mora ĩ cartis mẽbranis, & ꝓuiſionũ, & reformationũ, & alior̃ vt ſupra ſpectãtiũ, & ꝑtinentiũ cõi Parmæ finito eor̃ officio infra tres dies aſſignare, & reddere in libro ſtatim ſubſcripto ꝑ eos, cũ appoſitionib⁹ ſignor̃ eor̃ notarior̃, ſeu officialiũ rationariæ, ſeu eccleſiolę cõis, ſub pęna libr. xxv. Parmeñ. ꝑ quolibet. Et poteſtas teneat̃ fieri facere dictã cõſignationẽ, & traditionẽ; & inqrere, ne fraus vlla cõmittat̃ in ipſa aſſignatione, & traditione; & ẽt inquirere contra oẽs, & ſingulos notarios, & officiales, qui non aſſignaſſent integraliter vt ſupra, & eos punire, & cõdemnare in dictis libris xxv. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. Saluo, q̃ prædicti notarij, & officiales non teneantur aſſignare libros, nec notas breuiariorum ſuorum.

Qualiter omnia nomina, & pronomina dictorum bannitorũ pro maleficio, vel pro ludo, debent ſcribi in vno libro pro ſe, & aſſignari notarijs, ſeu officialibus rationariæ dicti communis.

OMnia noĩa ſĩgulor̃ bãnitor̃ ꝑ maleficijs, & ludis, cũ ꝓnoĩbus ſcribant̃ ĩ vno libro ꝑ notarios maleficior̃, anteq̃ aſſignẽt libros ſuos notarijs, ſeu officialib⁹ rõnarię. Qui notarij, ſeu officiales rõnarię debeãt ipſos libros tenere, cuſtodire, & ſaluare; ſicut & alios libros alior̃ officialiũ cõis, & de ipſis facere copiã poſtulãtib⁹; & ĩ quolibet dictorũ librorũ qñ ſcribit̃ ꝑ notariũ maleficiorũ, ſcribat̃, & cõtineat̃ ſub quo ptãte, & quo anno, & męſe bãniti fuerint, & qua de cauſa, & in quãta q̃titate bãniti ſũt.

De eximendis carceratis de carceribus ſingulis annis in feſto Paſchatis, & Natiuitatis.

VT carceratorũ calamitas digna miſericordia cõſoleat̃, maximè eorũ qui pauperes ſunt, & condemnati in quantitate pecunię, q̃ ſoluere non poſſint, ſtatutũ, & ordinatũ eſt, q̃ in feſto natiuitatis D. nr̃i Ieſu Chriſti, & in feſto Paſchatis reſurrectionis eiuſdem D. noſtri Ieſu Chriſti, Poteſtas, & Antiani ciuitatis Parmæ ſingulis annis teneantur, & debeant videre, & examinare diligenter noĩa, & ꝓnomina eorũ, qui eſſent in dictis

in dictis carcerib⁹ ex aliqua cauſa criminali pecunialiter cõdẽnati, & eos, & conditiones, & qualitates eor̃ carcerator̃ ſub vinculo ſacramẽti mittere ĩ ſcriptis Illuſtriſ. Principi D. nr̃o, vt ꝓuidere poſſit illos, q̃ ſibi videbũt.

De celebratione feſtiuitatis Beatæ Mariæ Virginis de Auguſto.

FEſtiuitas Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, ad cuius reclamationem, & ſpem viuũt omnes hoĩes ciuitatis, & diſtrictus Parmæ, fiat annuatim de menſe Auguſti; & quilibet ciuis Parmæ, & incola, & habitator dictæ ciuitatis, ſaltem vnus de qualibet domo, vel familia ciuitatis Parmæ, teneat̃, & debeat venire, & eſſe in vigilia B. Mariæ Virginis de Auguſto ad ipſum feſtũ celebrandũ, & ad ipſum feſtũ, & eccleſiã portare, & dimittere cãdelã, ſiue canellã, & ire quilibet vt ſupra cũ vicinis ſuæ vicinię; & q̃libet vicinia ciuitatis Parmæ, ſeu vicini eiuſdẽ teneant̃, & debeant, qñ deferunt canellas, ſiue cãdelas ad ipſum feſtum, portare, ſeu portari facere cõ faloné ſuæ viciniæ, & ſub ipſo confalone vadãt, & ire teneant̃ oẽs vicini vt ſupra ad dictũ feſtum. Et duo ex tubatoribus cõis debeant eſſe, & ſtare in porta, & ſub portã Eccleſiæ maioris ꝑdictæ, & ire cum tubis ſonãdo obuiã cuilibet; & hoc pęna, & bãno decẽ ſoldor̃ Parmeñ. pro quolibet contrafaciente, & nõ portãte vt ſupra, & qualibet vice, applicãda iuxta deliberationẽ Dñor̃ Antianor̃. Et teneant̃ poteſtas, & Antiani facere venire corã ſe, vel aliquo ex ſuis iudicib⁹ infra octauã feſtiuitatis ꝑdictę poſt ipſum feſtũ, conſules cuiuſlibet viciniæ, & inquirere diligenter ẽt ꝑ ſacramentum cõſulũ ab eis, de illis ſuæ vicinię, qui nõ iuerit, vel nõ venerint ad dictum feſtũ, & canellas, ſiue cãdelas non portauerint modo ꝑdicto; & eos ſic repertos non veniſſe, & nõ portaſſe vt ſupra, facere deſcribi ſuꝑ vno libro penes Antianos, & ab eis exigi facere pęnas ſupradictas; & illi quos inuenerint non fuiſſe, & canellas, ſiue candelas non portaſſe, condẽnati ſint ipſo iure in pęna ꝑdicta, & condẽnatio exigat̃ vt dictum eſt, ẽt ad petitionẽ rectoris, ſeu maſſarij fabricæ prædictæ maioris Eccleſiæ pñtis, vel qui pro tpe fuerit. Et inſuper poteſtas, & Antiani teneantur, & debeant conuocare ſapientes, & habere in ea quantitate, quæ ſibi videbitur ꝑ quindecim dies ante feſtum ꝑdictum, & prouidere quid ſit faciendum pro honore dictæ feſtiuitatis; & quod curratur ad pallium, & alia fiãt, vt moris eſt; & q̃ fiãt expẽſis communis duo cerei de cera, qui ambo ſint tanti ponderis, quod valeant libr. decem imperialiũ, computatis in dicta ſumma cereis, ſeu duperijs portandis ad dictum feſtum ꝑ Dños poteſtatẽ, & Antianos. Et q̃ emat̃ vnum pallium aureum, quod pallium, & quos cereos D. poteſtas, & Antiani Parmę, qui per tpa fuerint, teneant̃ portari facere, & offerant, & dentur, & donentur, & dimittantur in vigilia feſtiuitatis prædictæ altari B. Mariæ Virginis. Qui cerei ſeruentur, & accendantur in feſtiuitatibus, & ſolemnitatibus ꝓ diuinis officijs corã altari ꝑdicto celebrandis; & q̃ de ꝑdictis contentis in

prẽsenti ſtatuto, teneatur, & debeat facere fieri cridam minutim p ciuitatẽ die p̃cedẽti vigiliã dictæ feſtiuitatis, ne aliquis valeat p̃tẽdere ignorantiã.

Quòd quilibet plebatus, & quælibet terra baptiſmata, vel præuoſtata offerant ſuum cereum ad dictum feſtum.

QVilibet plebatus, & quẽlibet terra preuoſtata, & quælibet terra, ſiue eccleſia baptiſmata, vel hoĩes ipſar̃ terrar̃, & eccleſiar̃ ep̃atus Parmę, tenean̄, & debeãt facere fieri vnũ cereũ de cera quinq; lib. cerę ad minus, quos cereos miſtrales, ſeu cõſules ipſar̃ terrar̃ teneant̄, & debeãt adducere, dare, & offerre ſingulis annis ad eccleſiã in vigilia feſti uitatis p̃dictæ, in quibus cereis ſint ſcripta noĩa cuiuſlibet plebat⁹, qui fecerit eos fieri, ſub pẽna libr. quinq; Parmẽſ. applicãda, & diſponẽda vt ſupra dictũ eſt, de pẽnis ciuiũ non euntiũ, & non portantiũ candelas ad dictum feſtum, quam pẽnã incurriſſe intelligan̄, & incurrant ipſo iure, & facto; & q̃ de eis fiat deſcriptio ſuper libro, & exactione prout de dictis ciuibus dictũ eſt, & vlterius ad præſentationem, & oblationem cerei dictæ eccleſię; & quod ad prædicta, & quodlibet eor̃ teneantur, & cogi poſſint omnes, & ſinguli de plebatu, & qualibet terra baptiſmata, & preuoſtata vt ſupra, qui, vel quæ defecerit; & ſeruentur, & accendantur tp̃ibus debitis in dicta eccleſia, vt apertè videan̄ vſq; ad annum; & cõpleto anno auferan̄ ex indè per maſſarium laborerij S. Mariæ prædictæ, & ſubſequenter alij cerei ponantur ibidem loco ipſor̃; & de prædictis D. poteſtas teneatur facere fieri cridas, & proclamationes bis in duobus diebus Sabbati ante vigiliam dictæ feſtiuitatis, vt de his poſſit haberi notitia per diſtrictuales.

Quòd Poteſtas teneatur facere cuſtodiri feſtum in vigilia B. Virg. Mariæ, quando candelæ portantur.

POteſtas qui per tp̃a fuerit, teneat̄, & debeat facere cuſtodiri per famĩliã ſuã in vigilia feſtiuitatis B. Mariæ virginis ipſum feſtũ, q̃ñ cãdelæ portan̄, quouſq; portatę fuerint; ita quod aliquod turpe, in honeſtum, vel enorme non fiat ad ipſum feſtum; & q̃ hoĩes non proijciant cãdelas vnus cõtra alter̃, ſed quilibet offerat ante altare reuerenter, vt debẽt; & quicunq; proiecerit candelas vnus contra alter̃, vel de manu alteri⁹ ab ſtulerit, condẽnetur per poteſtatẽ in viginti ſoldis Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatẽ banni, & poteſtas faciat præconizari publicè, & minutim per ciuitatẽ, & burgos, q̃ p̃dicta oĩa, & ſingula modo p̃dicto debeant obſeruari p vnum diem ante vigiliã feſtiuitatis prædictæ.

Itẽ teneat̄ p̃dictus D. poteſtas decætero annuatim mittere vnũ de ſuis collateralib⁹ cum familia, & berouarijs ſuis ad cuſtodiendũ eccleſiã S. Mariæ fratrum Carmelitar̃ de die, & de nocte, ne fiat illic aliq̃d turpe, vel inhoneſtũ, nec aliq̃d aliud ĩ opprobriũ Saluatoris ĩ eccleſia, vel ꝑpè eccleſiã.

De

De feſtiuitate Beati Hilarij celebranda.

POteſtas teneatur vinculo ſacramẽti ante feſtum B. Hilarij per octo dies proponere coram D. Antianis communis, quomodo, & qualiter ipſum feſtum honorabilius, & melius debeat celebrari; & ſĩm q̃ eis placuerit, fiat, & executioni mandet̄ per dictum D. poteſtatem, in quo feſto expendi poſſint libr. quinq; imperialium pro duperijs, & cera ad dictum feſtum portandis per dictos Dños poteſtatẽ, officiales, & Antianos.

De obſeruatione, & veneratione feſtiuitatis Aſcenſionis D. noſtri Ieſu Chriſti, & D. noſtræ Virginis gratioſæ D. S. Mariæ, S. Lucæ Euãgeliſtæ, S. Petri Martyris, B. Frãciſci confeſſoris, & S. Ioã. Bapt.

SI Deũ cũ sãctis ſuis laudare iubemur, dignũ profecto, iuſtũ, & ſalutare nobis exiſtit; vt ſibi in his a q̃bus ciuitas, & populus Parmæ reficit̄, in memoria eor̃ laudis feſtiuę venerationis, & gr̃as annis ſingulis referamus; hac igit̄ conſideratione induti, ſtatuim⁹, & ordinamus ad ꝑpetuã moriã, & obſeruationẽ ꝑpetuã, q̃ in feſto Aſcenſionis D. & Saluatoris nr̃i Ieſu Chriſti, q̃ in eccleſia fratrũ ſeruor̃ annis ſingulis celebret̄, in feſto B. Ioan. aduocati cõis, & populi Parmę, ac defenſoris eiuſdẽ in eccleſia dom⁹ mãſionis S. Ioan. de Capite pontis de menſe Iunij, & in feſto S. Boui, & in feſto B. Mariæ fratrum de Martorano, & in feſto Dñæ S. Mariæ Blãchę; cũ hoc, q̃ qa hoſpitale S. Boui p̃dicti eſt cõis Parmæ, oblatio, q̃ fit in feſto ipſius, conuertat̄ in refectione dicti hoſpitalis, iuxta deliberationẽ ſyndicor̃ cõis; & in feſto purificationis Virg. Mariæ, quod in eccleſia fratrũ de mõte Carmelo ipſius ciuitatis de menſe Februarij annis ſingulis celebrat̄, ĩ feſto S. Petri Martyris, qđ ĩ eccleſia fratrum p̃dicator̃ dictę ciuitatis annis ſingulis celebrat̄ de menſe Aprilis, in feſto B. Frãciſci, q̃ in eccleſia fratrũ minor̃ ſęꝑè dictę ciuitatis de mẽſe Octob. annis ſingulis celebrat̄, in feſto B. Caterinę Virg. q̃ ad monaſterium S. Caterinę p̃dictæ ciuitatis de mẽſe Nouẽb. annis ſingulis celebrat̄, & in feſto S. Agnetis, qđ ad monaſteriũ S. Agnetis p̃dictæ de menſe Ianuarij celebrat̄, annis ſingulis ſint feriæ ſolẽnes; & ius p̃ poteſtatẽ, & eius iudices, & aliquos aduogadros, conſules, ſeu officiales cõis Parmæ non reddat̄; & q̃ poteſtas cum ſuis iudicibus, ſocijs, Antianis populi, iudicis generalis gabellæ groſſæ, aduogadror̃, mercator̃, & alijs aduogadris, & cõſulibus iuſtitiæ dictæ ciuitatis, ad p̃dictas feſtiuitates, oẽs, & ſingulas, dictis annis venire perſonaliter teneant̄, cũ duperijs, cãdelis, & tubis ad eccleſias p̃dictas ĩ mane hora miſſar̃, oblationes facturi q̃ honorabili⁹ poterint, & videat̄ expedire, nõ expẽdendo niſi ſolũmodo libr. v. ĩpialiũ ꝑ qualibet oblatione, ad laudẽ & gloriã D. nr̃i Ieſu Chriſti, totiuſq; cęleſtis curię; & ad augmentũ, & exaltationẽ Illuſtriſ. & Excell. D. nr̃i D. Ducis Mediolani, &c. & dictę ciuitatis Parmę, & populi ei⁹ fęliciter augmẽtãdo.

Item

Itē ꝙ festum Corporis, & sanguinis Christi fieri, & celebrari q̄ solēnius, & honorabilius fieri pōt, in qua festiuitate expendat̄ duperij xv. videlicet, tres pro Dn̄is Potestate, Capitaneo, & Referendario libr. trium pro quolibet, & duodecim pro Antianis libr. duar̄ ꝑ quolibet dimittendis celebrato festo ipso ad altare S. Sebastiani, conuertendos in vtilitatem capellæ, q̄ fit ad honorem S. Sebastiani secundum deliberationem dictæ capellæ.

De modo soluendi factiones, & onera in ciuitate Parmæ, & quod quilibet soluat in illa vicinia, in qua habitat.

QVilibet soluat, & soluere teneatur, & sustinere onera, & factiones communis in ea vicinia, in qua habitat tēpore impositionis oneris, & grauitatis cum familia sua, & ante per vnum mensem, soluendo in ea porta, in qua est ecclesia suæ viciniæ; & aliqua vicinia non habeat, nec sustineat onus pro illis, qui non habitauerunt in eadem, & non possint compelli aliter ad soluendum, & hoc capitulū sit prēcisum.

Quòd omnia onera, & factiones ciuitatis, & ep̄atus imponantur, & diuidātur, & exigantur secundū quòd placuerit duabus partibus vicinorū.

SI contingeret aliquod onus, & grauitas īponi, vel diuidi debere in aliqua vicinia, vel quarterio vicinar̄ ciuitatis Parmę, vel in aliqua terra, villa, vel loco ep̄atus Parmæ ꝑ negotijs cōis, vel dictar̄ viciniar̄, & locorū; tale onus, & grauitas imponi, exigi, & diuidi debeat sm̄ quod placuerit duabus partibus vicinor̄, qui congregati fuerint in loco publico occasione p̄dicta, citatis prius oībus vicinis per consules, & mistrales viciniar̄, & locor̄ sono cāpanæ præmisso; dum modò ad ipsam congregationē interfuerint duæ partes vicinorum, inter quos fiat partitum ad scurtinium, si consultores fuerint diuersi; & de eo quod reformatum fuerit inter vicinos ciuitatis, fieri debeat publica scriptura, & aliter factum non teneat. Et potestas, & iudices teneantur hoc capitulum facere obseruari; & hoc locum non habeat in emendatione damnorum datorum, & robariarum, sed illa emendentur secundum formam statutorum cōis Parmæ.

Quòd quilibet soluat, & substineat onera, & factiones in ea villa, in qua habitat tempore æstimi generalis.

QVilibet soluat, & substineat onera, & factiones in ea terra, in qua fuerit ęstimatus, & taxatus, seu comprehensus tpe prouisionis, & æstimi generalis districtus Parmæ, quæ, & quod fieri debeat de septennio in septennium, non obstāte ꝙ postea vadat habitatū alibi; & hoc non habeat locum in ciuibus, qui iuerint ad stādum in villis ep̄atus Parmæ causa laborerij terrar̄, & colligendi fructus, & redditus eor̄; dum modò tales ciues substineant onera, & factiones in ciuitate Parmæ.

Quòd

Quòd consules viciniarum ciuitatis, vel mistrales villarum epis̄copatus, non possint grauari pro vicinis suis, nec aliquis alius pro eis.

DOminus potestas, sui iudices, & alij officiales cōis, ordinarij, vel extraordinarij sacramento p̄ciso non possint, nec debeant cōpellere consules alicuius viciniæ ciuitatis, mistrales alicui⁹ villæ, nec aliq̄ aliā specialē personā ciuitatis, & districtus Parmæ, ad soluendum ꝑ aliqua p̄sona, vel faciendum aliq̄ grauitatē, vel onus, q̄, vel quod īponeret̄ pro aliquo laborerio, vel debitis cōis, vel pro aliqua alia causa, q̄ dici, vel excogitari possit; nec cogere aliquē, vel aliquos, se, & sua bona obligare pro alio, seu alijs p̄sonis; nec pro sua vicinia, terra, vel villa in aliqua quātitate pecuniæ, vel promissionē facere aliqua occasione; sed vnusquisq; portet, & portare debeat pro seipso tantum; sed solum teneant̄ ipsi consules, & mistrales dare in scriptis iudici, vel officiali ad exactionem deputato, illos, qui onus, & grauitatem soluere deberent; & si potestas, vel iudices sui, vel aliquis alius officialis compelleret aliquem consulem, vel mistralem, vel specialem personam grauarent pro alio, condemnentur contrafacientes in ducentum libris Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & hoc capitulum sit præcisū, ita ꝙ absolui non possit per aliquod consilium generale, vel speciale.

Qualiter illi qui morātur in domibus positis in duabus vicinis, possint eligere, in qua ipsarum velint substinere onera, & factiones cōs.

SI aliquis morat̄ in aliq̄ domo posita in duabus vicinijs, ille talis cuius erit dicta domus, seu qui habitauerit, eligat, & eligere possit corā vicario D. potestatis, vbi substinere possit, & debeat onera, & factiones; nō obstante, ꝙ maior, vel minor pars dictæ domus sit in ipsis vicinijs, vel altera ear̄; & vbi elegerit in illa duar̄ viciniar̄, q̄ elegerit, in ea soluere teneantur; & postq̄ ille talis, qui in dicta domo habitauerit elegerit, non possit postea reuocare electionem prædictā; saluo, ꝙ dicta electio fieri nō possit tēpore impositionis alicuius oneris facti dictis vicinis, vel eorum alteri, in præiudicium alicuius dictorum vicinorum in ipso onere.

Quòd iudices D. potestatis possint, teneantur, & debeant procedere ad petitionē cuiuslibet consulis, & massarij vicinorū, & mistralis, seu syndici villarum ep̄atus, contra non soluentes onera, & factiones.

OMnes iudices potestatis teneantur, & debeant ad petitionē, & instantiam cuiuslibet consulis, & massarij, syndici, & mistralis, & cuiuslibet alterius viciniæ, & villæ, procedere contra personas, & bona illorum, quib⁹ impositæ fuerint de iure aliquæ factiones, vel onera per commune Parmæ, vel per vicinos viciniæ, & villarum; & ab eis exigere tā sortem, quam expensas, summariè, & sine strepitu, & figura iudicij.

Qua-

Qualiter vicini villarum obligati pro vicinis suis, qui sint conseruati indēnes de debitis per syndicos villarum, possint alios vicinos cogi facere ad dicta debita soluenda.

SI aliqui vicini villarū, terrarū, vel locorū ep̄atus Parmæ essent, vel erunt obligati, in aliquibus debitis villarū suarū, de quibus per habentes legitimū mandatū sint conseruati indemnes per consules villarū, hoc ipso oēs, & singuli vicini villæ, ét si in ipso instrumento debiti non sint nominati, intelligantur, & habeantur ipso iure obligati; quemadmodum, & sicut si in instrumento prædicti debiti scripti, & noīati essent; & sic aduersus eos possit, & debeat fieri executio dicti debiti, quemadmodum potest fieri contra obligatos in dicto instrumēto. Et hæc executio fieri debeat p quoslibet officiales cōis, contra ipsos ad petitionem cuiuslibet obligati in instrumento. Et teneantur, & debeant omnes officiales communis procedere contra omnes, & singulos vicinos; & omnes cogere iure remedijs realiter, & personaliter ad petitionem cuiuslibet obligati, eos extrahere de obligatione; & ipsum de ipsa obligatione conseruare indemnem, ad liberam voluntatem obligati hoc quærentis; & etiam ad petitionem creditoris.

Qualiter qui habitant in villa de Fano, teneantur substinere onera, & factiones communis Parmæ.

CVm villa de Fano esse consueuerit cōis Parmæ, potestas teneat̄ p̄cisè facere cum effectu, q̄ oēs, & singuli, qui habitabunt in aliqua parte dictæ villæ, quæ est cōis, & ep̄atus Parmæ, respondeant communi Parmæ, & substineant onera, & factiones cōis; & quilibet habitans in aliqua parte dictæ villæ, quæ est cōis, & ep̄atus Parmę, licet de alieno districtu fuerit oriundus, non habeat aliq̄d priuilegiū alicuius immunitatis, quod per quoddā statutum conceditur venientibus de alieno ep̄atu ad habitandū in districtu Parmæ; nisi vsq; ad quinq; annos, a tempore quo talis venerit ad habitandum; quia sub prætextu dicti priuilegij dicta villa perdi solebat, & tolli communi Parmæ; & eadem obseruentur, & locum habeāt in Cella Crotorum, & contra homines, qui habitabunt in ea.

De immunitate danda singulis venientibus de alieno districtu, in districtū Parmæ ratione culturæ terrarum.

OMnes, & singuli veniētes de alienis ciuitatibus, vel episcopatib⁹ ad habitandū in ciuitate, vel districtu Parmę rōne culturæ terrarū, habeāt, & habere debeāt, & intelligāt ipso iure, & facto, exēptionē, & immunitatē decē annorū, cōputandorū a tpe quo venerint ad habitādum in ciuitate, vel districtu Parmæ rōne p̄dicta, ab oībus oneribus p̄sonalib⁹, realibus, & mixtis; dūmodo q̄ venerint ad habitandū vt supra, cōpareant coram

corā Dñis Potestate, & Antianis; & ab eis obtineant litteras īmunitatum, quas dicti D. potestas, & Antiani statī sine difficultate concedere teneanē; & p̄ quib⁹ litteris notarij ipsorū dñorū, & ptāris, & Antianorum, possint habere, & percipere solum soldos. v. īperialium, & nō vltra. Et ptās teneat̄ singulis mēsib⁹ facere hoc statutū publicè cridari p̄ ciuitatē a tubatorib⁹ cōis.

De immunitate dāda habitantibus, & habitare volētibus in alpibus de la Cissa.

VT trāseūtes p alpes de la Cissa sīnt securi ī eundo, & redeūdo, oēs, & sīguli, tā ciues, q̄ rustici, & ét forasterij qui ibunt ad habitādum ad ecclesiā S. Mariæ de la Cissa, sīt absoluti, & īmunes ab oīb⁹ oneribus, realib⁹, p̄sonalibus, & mixtis vsq; ad xxx. annos, cōputādos a die quo īcēperint habitare; & si nō īuenirent̄ aliqui volētes ire sponte ad habitādū ibidē, hoīes, & cōe de Berceto, de Valbona, de Corchia, de Berguto cōpellāt̄ mittere, & facere habitare ibidē quattuor masinatas de suis; scilicet, vnā de qualibet terra ī p̄dicto loco per ptātē, & stare, & habitare in dicto loco cogantur; & si potestas non adimpleuerit p̄dicta, perdat de suo feudo libr. quinquaginta Parmen. in quibus debeat syndicari; & hoc capitulum sit præcisum, & potestas teneatur publicè facere cridari per ciuitatem.

De immunitate concessa omnibus, & singulis iudicibus de collegio iudicum, & scholaribus studentibus in iure ciuili, & canonico, & syndicis generalibus communis Parmæ.

OMnes iudices, qui sunt, & qui p̄ tpe fuerint scripti in collegio iudicū ciuitatis Parmæ, & oēs studentes in iure ciuili, vel canonico, nō teneant̄ ire, vel mittere in aliquos exercitus, vel caualcatas, nec facere aliquas custodias diurnas, vel nocturnas; sed sint īmunes ab oīb⁹ oneribus p̄sonalibus, q̄ benignitas eis ideò concedit̄, vt benignè, & misericorditer amore Dei, & ītuitu pietatis, debeant p̄stare, & p̄bere gratis, & sine vllo p̄cio eorū patrociniū pauperibus, viduis, orphanis, & miserabilib⁹ personis ad eos recurrentib⁹, & eis sālubre consiliū dare sup his de q̄bus fuerint requisiti ab ipsis; ac ét teneant̄, & debeant q̄cunq; surgent ad arenghādum p̄ factis cōis, semper consulere id quod credant fore iustū, & rationabile, & æquū, & semper esse de illo partito in oībus consilijs, & congregationibus sapientū, q̄ crediderint fore melius, & magis æquū, iustū, & rōnabile; & eandē īmunitatem habeant syndici quattuor generales cōis Parmę.

De immunitate concessa medicis, physicis, & ciroicis, & scholaribus studentibus in ipsis artibus.

MAgistri in arte Physicæ, vel ciroici, & alij experti, & practicātes in ipsis artibus; & scholares studentes ī ipsis artib⁹, vel altera earum, p̄ntes, & futuri, non teneant̄ ire, nec mittere ī aliquos exercitus, vel

vel caualcatas; nec facere, vel fieri facere aliquas cuſtodias diurnas, vel nocturnas, ſed ſint ĩmunes ab oĩbus oneribus perſonalibus. Saluo, q̃ ſi cõtingeret fieri exercitus, vel caualcatas, D. poteſtas qui pro tpe fuerit, poſſit cõpellere magiſtros, & medicos vtriuſq; artis in illo numero, qui ſibi videbitur, ire, & ſtare in dictis exercitibus, & caualcatis ad curam oĩum perſonarũ, cũ illo ſalario, quod ſtatuet eis de cõi per dictum D. poteſtatem, & Antianos, facto partito ad ſcurtinium ſecretum de perſonis ipſorũ medicorũ mittendis, & numero, & ſalario eorum, & habeant ĩmunitatẽ eis conceſſam. Et hęc intelligantur habere dicti medici, vt benignè, gratis, & miſericorditer curare debeãt omnes pauperes ĩfirmos, & miſerabiles perſonas venientes ad eos in ciuitate Parmæ, & ſalubre conſiliũ petentibus dare.

De immunitate, & abſolutione hominum de Bargono.

CVm hoĩes, & vniuerſitas hoĩum de Bargono continuè grauent̃, & onera, & dãna multa ſubſtineant, p̃parando ligna neceſſaria ad faciendũ fieri ſalinã, q̃ p̃ cõi fit in territorio de Bargono, & deferẽdo eã ad ciuitatẽ Parmæ p̃ p̃cio competenti, & relinquant laboreria ſua; ſtatutũ eſt, q̃ dicta occaſione vniuerſitas, & hoĩes de Bargono pro recompenſatione dictæ damnificationis eorũ, ſint, & eſſe debeant liberi, & abſoluti ab omnibus oneribus, factionibus, & grauitatibus ſtratarũ, pontium, & laborerioꝝ, & aliorũ grauaminum, & onerum perſonalium, quouſq; ad grauamina ſalinæ facienda pro communi Parmæ cogantur, & non aliter.

De priuilegijs religioſorum, eis per commune Parmæ conſeruandis.

RElegioſis fratribus domus fratrum Humiliatorum, ſororibus Sancti Dominici, ſororibus minoribus fratribus tertij ordinis Seraphici S. Franciſci; Qui appellantur fratres de pœnitentia; & fratribus hoſpitalis Rodulphi Tancij de Parma; & cuilibet dictorum locorum debeant obſeruari inuiolabiter per D. poteſtatem, & quoſcunq; officiales cõmunis Parmæ, & iudicẽ gabellæ groſſæ, & dicti communis, præſentes, & futuros, omnia priuilegia eis, & cuilibet eorũ ab Eccleſia Romana conceſſa; ita q̃ contra formam dictorum priuilegiorum realiter, vel perſonaliter aliquatenus grauari, inquietari, vel moleſtari non poſſint; & idem locum habeat, & ſeruetur in omnibus alijs, & ſingulis religioſis, pijs locis, ac perſonis, quæ habent priuilegia eis a Romana Curia conceſſa.

De priuilegio, & baylia conceſſis proconſuli notariorum ſuper conceſſione breuiariorum.

COnſiderata publica, & euidenti vtilitate tam notariorũ, q̃ oĩum, & ſingularũ perſonarũ ciuitatis, & diſtrictus Parmæ, quæ maximas vtilitates cõſecutæ fuerũt, & conſequi poterũt in futurũ, ex vigore infraſcripti

fraſcripti regalis priuilegij conceſſi p̃conſuli, & collegio notariorũ ciuitatis Parmæ, ex quorũ priuilegiorũ beneficijs, hoĩes, & p̃ſonæ ciuitatis, & diſtrictus, conſecutæ fuerunt ius ſummariũ, & expeditum in habendo, & obtinendo inſtrumenta ſpectãtia, & p̃tinentia ad eaſdẽ p̃ſonas, & eodem modo conſequi poterunt in futurũ. Statutũ, & ordinatum eſt, q̃ dictũ infraſcriptũ priuilegiũ, ſeu inſtrumentũ priuilegij, deinceps ſit ſtatutũ tronchũ, & p̃ciſum, & p̃ ſtatuto troncho, & p̃ciſo, & firmo debeat obſeruari; & habeat locum in p̃teritis, præſentibus, & futuris, cuius priuilegij talis eſt tenor.

Ioãnes Dei gratia Boemiæ, & Polonię Rex, Luciburgen. comes, Briſſię, Parmæ, & cætera Dñs. Notum oĩbus facimus per præſentes, q̃ exhibita nobis pro parte proconſulis notariorũ ciuitatis Parmæ fidelium dilectorũ noſtrorũ petitio continebat, q̃ cum ſæpè contingat, & ab hinc retrò cõtingerit, q̃ Notarij ciuitatis, & diſtrict⁹ Parmæ deceſſerunt, & in poſterũ decedere poterunt, abſq; eo q̃ depoſuerint in breuiarijs ſuis inſtrumẽta, de quib⁹ rogati fuerint; & breuiaria ſua, ſeu prothocola relinq̃runt, de quibus inſtrumenta extraxi, & in publicã formã reduci nequeunt, niſi ſuper id fuerit oportunè prouiſum; ita q̃ p̃ſonæ, ad quas p̃tinent, vel pertinere valerẽt ipſa inſtrumenta, habere non poſſunt, & expleri non poſſunt p aliũ notarium; tũ q̃a notæ, ſeu cædulæ ipſorũ notariorũ mortuorũ non inueniuntur in breuiarijs ipſorũ, tum quia nõn inueniunt̃ conceſſa alicui, ad expletionẽ ipſorum inſtrumentorũ per aliquẽ, qui hoc facere poſſit, q̃ eſſe, & redundare poſſet in graue damnum, & p̃iudicium hoĩbus, ad quos ipſa inſtrumenta ſpectãt, ſuper quibus notis per eos fuit humiliter ſupplicatum, vt opportunum habere remediũ dignaremur. Nos igitur volentes indemnitati p̃dictarum talium perſonarum, q̃ ex defectu prædicto poſſent iuribus ſuis priuari, publica vtilitate, ratione, & ęquitate ſuadente, conſulere, dictorumq; p̃conſulũ, & collegij ſupplicationibus inclinati. Statuimus, ordinamus, firmamus, & decernim⁹, q̃ oĩa, & ſingula inſtrumenta, de quibus conficiendis rogati fuiſſent aliqui notarij, vel rogarent̃ in poſterum, q̃ non reperirẽtur in breuiarijs ipſorum notariorum mortuorum; dummodò reperiãtur ſcripta in notis, ſeu cedulis manu propria ipſorum notariorum, examinatis prius ipſis notis, ſeu cedulis per ipſum proconſulem p̃ntem, vel futurũ, cum illis notarijs, & ſapientibus de dicto collegio, quos ipſe proconſul elegerit ad p̃dictã examinationẽ faciendã, qua examinatione facta per ipſum p̃conſulẽ p̃ntem, vel qui pro tpe fuerit, & ſapientes, tales cedulæ, & notæ illæ; videlicet, q̃ videbunt̃ p̃dictis p̃conſuli, & ſapientibus eſſe bonę, & iuſtæ, approbate fuerint p eos, poſſint, & debeant licitè, & impunè poni, & ſcribi in breuiarijs, in ea forma, ſm̃ q̃ notarij defuncti ſimilia inſtrumenta ſoliti erant imbreuiare; & poſſint expleri, & reduci in formã publicam per quẽlibet aliũ notarium, cui p̃dicta breuiaria notæ, & cedulæ cõmitterent̃ p̃ p̃dictos p̃conſulẽ, & ſapientes, cũ voluntate tn, & beneplacito hæredum talium

talium notariorꝫ defunctorꝫ, ſeu ꝑpinquorꝫ, & proximorꝫ ipſorũ; & illud ſeruari debeat ĩ totũ ĩ cõmiſſione quorũlibet inſtrumentorꝫ, & breuiariorꝫ in dictis defunctorũ breuiarijs poſitorꝫ, ſcriptorũ manu propria eorundẽ; vt ea valeãt de dictis breuiarijs extrahere, & in publicã formã reducere. Et ẽt idẽ obſeruet ĩ cõceſſione quorũlibet breuiariorꝫ oĩum notariorꝫ, qui ſe abſentarent, vel abſentaſſent, & abſentes ſtarent a ciuitate, & diſtrictu Parmæ; & q; talib⁹ inſtrumẽtis ſic poſitis ĩ breuiarijs, & notis, ſeu cedulis notariorꝫ defũctorũ, & de dictis breuiarijs ſic poſitis ĩ breuiarijs, & notis, ſeu cedulis notariorꝫ defunctorũ; & de dictis breuiarijs conceſſis ſic extractis vt ꝑmittit̃, & expletis in pub. formã, vt dictum eſt, adhiberi poſſit, & debeat fides bona, ac ſi fuiſſent ĩbreuiata, & expleta ꝑ tales notarios ſic defunctos, vel viuos abſentes. Et q; ꝑdicta ponant̃, & ſcribi poſſint, & debeãt ꝑ quemcunq; notarium in volumine ſtatutorũ cõis, & populi Parmæ dicti collegij, & ꝑ ſtatuto ꝑciſo, vltimo, & derogatorio debeant obſeruari, non obſtãtibus aliquibus ſtatutis, ꝓuiſionibus, reformationibus, vel ordinamentis cõis, & populi Parmæ, q̃ ꝑdictis, vel eorũ alicui viderent̃ ĩ aliquo obuiare, ẽt ſi de ipſis oporteret, vel deberet mentionẽ fieri ſpecialem, quibus oĩbus quo ad ꝑmiſſa volumus eſſe, & intelligi auctoritate præſentiũ derogatum. In quorꝫ teſtimonium, atq; robur preſentes conſcribi lr̃as, & Regię noſtrę maieſtatis ſigillo iuſſimus cõmuniri. Datũ Parmæ anno a Natiuitate eiuſdẽ Dñi Milleſimo trecẽteſimo trigeſimo primo die octauo menſis Maij.

Item, quia hacten⁹ cõtingit, & in futurum contingere poſſet, q; aliquis notarius rogaret̃ conficere aliquod inſtrumentũ, ſeu aliqua inſtrumenta, q̃ inſtrumenta conficienda darentur, & traderentur ipſi notario in ſcriptis notata, ſeu ſcripta per contrahentes, vel per aliũ notarium, vel per aliã perſonã, & tales notarij ſic rogati moriunt̃, anteq̃ ponant dicta inſtrumenta in ſuis prothocolis, vel ſuis notis manu ꝓpria ipſorũ notariorum ſic rogatorꝫ; verũ tñ dicti notarij ſic rogati apponant ſua ꝓpria manu milleſimũ, indictionẽ, & diẽ, vel apponant teſtes rogatos ĩ confectione, ſeu publicatione inſtrumenti, vel ſubſcribant ſua manu dicto inſtrumento conficiendo, ſeu notæ ipſius inſtrumẽti ſic datæ in ſcriptis illi notario decedẽti; ita q; pót ſatis euidẽter apparere, q; notari⁹ ſic defunctus fecerit, vel rogat⁹ fuerit facere ĩſtrumentũ de dicto cõtractu ſic dato in ſcriptis per appoſitionẽ ꝑdictã, ꝑdictorũ milleſimi, indictionis, & diei, vel appoſitionem teſtium, vel ꝑ ſubſcriptionem ipſius notarij, q; ſi aliquo tpe apparuerit talẽ caſum contingiſſe, vel in futurum contingere, proconſul notariorũ qui nunc eſt, & qui ꝑ tpe fuerit, in conſilio maioris partis ſuorũ conſulũ, & aliquorꝫ notariorꝫ expertorꝫ, poſſit, & debeat tales notas, & cedulas, in quibus reperirent̃ ſcripta, ſeu ſcripti inſtrumẽta, ſeu contract⁹, notata, ſeu notati ꝑ quamcũq; ꝑſonã, & ſubſcriptionẽ ꝑ notariũ fidedignũ defunctũ, vel ꝑ appoſitionẽ ꝑdictã milleſimi, ĩdictionis, & diei, vel loci, & teſtiũ; poſſit cõcedere dictam

ctã cedulã, ſeu notã, ſeu contract⁹ notatos in ipſa cedula, ſiue nota ĩbreuiãda, & in publicã formã redigẽda, cuilibet alij notario fidedigno; ſi ꝑdicto ꝓconſuli, conſulib⁹, & notarijs qui fuerint cũ ipſo ꝓconſule, videbit̃ dictã cedulã, ſeu notã ſuſpitione carere; & ille notarius cui conceſſum fuerit ꝑ dictũ ꝓconſulẽ modo ꝑdicto, poſſit licitè, & impunè ipſas cedulas, & contractus ponere in breuiarijs, & reducere in publicam formam, ſicut ſi ab initio talis cõtractus fuiſſet inuentus, & ſcriptus in breuiarijs dicti notarij defuncti; & prædicta locum habeant in præteritis, præſentibus, & futuris.

Item verbis appoſitis in dictis priuilegijs, & ſtatuto, pro cõi vtilitate ſtatuerunt, & ordinauerunt, q; ſicut ꝓconſul notariorꝫ pót concedere breuiaria notariorꝫ defunctorꝫ, vel abſentiũ alicui alij notario ad petitionem, ſeu cum voluntate, & beneplacito hæredũ; ita & eodẽ modo poſſint cõcedere breuiaria, & inſtrumenta explenda de ipſis breuiarijs, cuilibet notario fidedigno ad petitionẽ cuiuſlibet ꝑſonæ, cuius intereſt, vel intererit, expleri, & publicari aliquod inſtrumentũ ſcriptũ, ſeu notatũ in dictis breuiarijs, & expletis, & publicatis ipſis inſtrumentis, dicta breuiaria incontinẽti reſtituãt̃ dictis hæredibus, vel ꝓpinquis. Ita q; dicta conceſſio non extendatur niſi ꝓ inſtrumentis ſic petitis; niſi cõceſſio ſit generalis, ſeu generaliter de oĩb⁹ breuiarijs dicti notarij defuncti, vel abſentis; cum voluntate, & beneplacito hæredum, vel propinquorꝫ dictorꝫ notariorꝫ defunctorꝫ, vel abſentiũ.

Itẽ quia hactenus contingit, & adhuc contingere poterit, q; aliqui notarij moriunt̃, & poſt mortẽ ipſorꝫ notæ, & breuiaria taliũ notariorꝫ defunctorꝫ remanent penes mulieres, vel penes alias perſonas ignorãtes, ꝑ quas ꝑſonas ipſæ notæ, & breuiaria malè cuſtodiuntur, & periculum eſt ne ipſa breuiaria, & notæ defraudent̃, & ne iura hoĩum, & perſonarꝫ habentium inſtrumenta in ipſis breuiarijs pereãt. Statuerunt, & ordinauerunt, q; quotienſcunq; ꝓconſul notariorꝫ, qui ꝓ tpe fuerit, inueniet, ſeu intellexerit aliqua breuiaria, ſeu notas aliquorꝫ notariorꝫ mortuorꝫ eſſe penes aliq̃ perſonã, q̃ penes notarium fidedignum, poſſit dictus proconſul cum volũtate, & conſilio maioris partis conſiliariorꝫ, auferre, vel auferri facere dicta breuiaria, & notas, & ipſas, & ipſa concedere ſaluanda, & cuſtodienda penes aliquẽ notarium fidedignum; ita tñ q; hæredes notariorꝫ defunctorꝫ, & tales ꝑſonæ apud quas eſſent dicta breuiaria, poſſint eligere, & noĩare illum notarium, apud quẽ dicta breuiaria, & notæ permanere debeant; & ille notarius qui ſic electus fuerit per ipſos hæredes, vel per perſonas, apud quas eſſent dicta breuiaria, & notæ, præferantur notarijs aliter eligendis; dummodo ille notarius ſit idoneus, & fidedignus, & ſcriptus in matricula notariorꝫ ciuitatis Parmæ. Et talis notarius eligendus per dictum proconſulẽ, vel per dictos hæredes cum voluntate, & ex conceſſione dicti proconſulis, poſſit dicta inſtrumenta ſcripta, & notata in dictis breuiarijs, & cedulis imbreuiare, & explere ſicut in alijs ſtatutis continetur. Et ſi ex dictis no-

notarijs defunctis remanerent, seu essent aliqui filij, vel filij filiorꝫ talis ꝙta tis, ꝙ non possent, vel scirent exercere artem notariæ tpe concessionis dictorꝫ breuiariorꝫ; & postea filij, vel filij filiorꝫ peruenirent ad ætatẽ, & scientiam, per q̃ scirent, & possent artem notariæ exercere; & tunc vellent dicta breuiaria, & notas alijs notarijs concessa, & concessas, sibi restitui, & concedi, & idonei notarij fuerint, proconsul qui pro tempore fuerit teneatur, & debeat facere restitui dicta breuiaria, & notas dictis filijs, vel filijs filiorꝫ notarijs idoneis sic petentibus; & ipsa breuiaria, & notas, & instrumenta in ipsis contenta explenda, & publicanda eisdem filijs, vel filijs filiorum notarijs concedere teneatur dictus proconsul.

Itẽ cũ aliqñ contingerit, seu contingere possit, ꝙ aliqui notarij rogẽtur conficere aliqua instrumenta, & posit rogationẽ, & anteq̃ ponãt instrumẽta, & contractus in breuiarijs, contingerit, & contingere poterit, ꝙ ille notarius pp infirmitatẽ, & pp ammissionẽ visus, vel oculorꝫ, & manus, nõ poterit tales contractus imbreuiare, nec explere, ꝙ quotienscunq; talis casus acciderit, possit talis notarius sic rogatus cũ voluntate ꝓconsulis, & consũlũ notariorꝫ, vel maioris partis ipsorꝫ concedere dicta instrumenta, & contractus imbreuianda, & imbreuiandos, & explenda, & explendos cuilibet alij notario fidedigno; & tale instrumentũ sic ibreuiatũ, & expletũ valeat, & teneat, sicut si fuisset imbreuiatũ, & expletũ ꝑ dictũ notariũ rogatũ.

De priuilegio, & immunitate Antianorum cõis, Aduogadrorum, Consulum iustitiæ, & Aduogadri, & Consulum mercantiæ.

ANtiani communis Parmæ quorũ consilio tractari debeant negotia cõis, & Aduogadri, & Consules iustitiæ cõis, & Aduogadri, & Consules mercadantiæ qui oẽs habent iurisdictionem a cõi Parmæ, cognoscendi, & diffiniendi in q̃stionibus ciuilibus, non teneant ire, vel mittere in aliquos exercitus, vel caualcatas, nec facere, vel fieri facere aliquas custodias diurnas, vel nocturnas; sed sint immunes ab oĩbus oneribus personalibus durante eorum officio, & sit præcisum. Nec possint prædicti D. Antiani detineri personaliter ex aliqua causa publica, vel priuata; excepta causa status, vel capitali, durante eorum officio.

De immunitate magistrorum, repetitorum, & scholarium artis grammaticæ.

VT magistri artis grammaticæ, repetitores, & scholares, melius, & feruentius doceant, studeant, & studere possint. Statutum est, ꝙ ipsi, & quilibet eorum continuè docentes, vel studentes in dicta arte, non teneantur ad aliquos exercitus, vel caualcatas; nec facere, nec fieri facere aliquas custodias diurnas, vel nocturnas; & sint immunes ab omnibus oneribus personalibus.

Quòd

Quòd licitum sit cuilibet docere, legere, & studere in septem liberalibus artibus, & in iure canonico, & ciuili, & medicinæ.

SI aliquis in aliqua facultate septem liberalium artium, decretorum, decretalium, vel medicinæ, physicæ, vel cyroicæ, docere, studere, & legere voluerit, nullo modo possit prohiberi, non obstante ꝙ sit conuẽtatus in illa arte, in qua docere voluerit.

De numero scholarium, quot possint habere repetitores subsui disciplina in arte grammaticæ.

NVllus repetitor, qui sit cũ aliquo magistro artis grãmaticę in scholis, possit habere in sui disciplina vltra quinquaginta scholares in grãmatica, sub pœna libr. xxv. Parmen. pro quolibet repetitore, & qualibet vice, in quã pœnã cadat ẽt doctor, & repetitor scholariũ, qui contra hoc capitulum fecerit, & fieri permiserit. Et quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, & teneatur secretus ad voluntatem suam.

Quòd quilibet possit docere in arte grammaticæ, non obstante, quòd non sint magistri conuentati.

AD vtilitatem hoĩum ciuitatis, & ẽpatus Parmæ habentium filios docendos in arte grammaticali. Statutum est, ꝙ quilibet ciuis Parmæ, vel etiam forensis, possit legere, & docere in arte grãmaticali licitè, impunè, non obstante ꝙ non sit magister conuentatus, & nõ obstãte aliquo statuto magistrorum dictæ artis grammaticæ, & sit præcisum.

Quòd capitula mysteriorum, & artium approbentur semel in anno per sapientes ad hoc eligendos.

OMnia, & singula capitula, & ordinamenta mysteriorꝫ, & artium, & collegiorꝫ ciuitatis Parmæ, debeant approbari singulis annis de mense Ianuarij per sapientes ad hoc eligendos per Antianos cõis Parmæ, in pñtia D. Potestatis Parmæ, vel eius vicarij, in eo numero, & q̃titate qui ipsis Dñis Antianis videbit. Qui D. Antiani teneant eligere dictos sapientes, & correctores de melioribus, & sufficientioribus, & magis idoneis ad corrigenda dicta capitula; & facta dicta electione, dicti sapientes sic electi teneant corrigere, & approbare oĩa statuta, & ordinamenta cuiuslibet artis, & collegij, q̃ cognouerint, & crediderint esse iniqua, & iniusta; aut contra cõem vtilitatẽ, aut contra formã alicuius statuti cõis, q̃ capitula oĩum dictarꝫ artiũ, & collegiorꝫ, dictus D. potestas faciat dictis sapientibus exhiberi, vt possint ꝑ eos corrigi vt supra; & illa sola statuta quæ per dictos sapientes fuerint approbata, & quæ non sint contra formã alicuius statuti cõis, obtineantur in ipsis artibus, & collegijs vsq; ad vnum annum

proximū; ita q̄ vsq; ad dictū terminū anni non possint facere aliqđ aliud statutū, vel ordinamentū. Illa vero statuta quæ fuerint reprobata debeant cancellari, ita q̄ apertè appareant cancellata, siue reprobata; & nullæ additiones esse debeant in ipsis statutis vltra substantiam prioris litteræ, nisi illæ additiones essent per vnum ex notarijs reformationum scriptæ.

Quòd Potestas teneatur manutenere artes, mysteria, & collegia ciuitatis Parmæ.

POtestas teneatur, & debeat sacramẽto præciso tenere, manutenere, & defendere artes, mysteria, & collegia ciuitatis Parmæ, & homines qui sunt de dictis collegijs, & mysterijs, & artibus, in eorum iurib⁹, honoribus, & iurisdictionibus; & non pati, q̄ contra prædictos inducatur asetum, vel fiat aliter q̄ in statutis communis Parmæ continetur.

De consilio habendo per D. Potestatem super rusticis, qui venerunt ad habitandum in ciuitate Parmæ.

POtestas Parmæ infra mensem post publicationē præsentiū statutorum debeat congregare Antianos, & viginti sapientes per Antianos eligendos; & ab ipsis consiliū petere super rusticis, qui venerunt ad habitandū in ciuitate Parmæ; videlicet, vtrū sint cōpellēdi redire in episcopatū, vel non; & vsq; ad quot tēpus, & de quibus rusticis debeat illud intelligi; scilicet, de illis qui veniunt ad habitandum in ciuitate Parmę a quinq; annis citra, vel longiori, vel breuiori tempore; & secundum quod placuerit dictis Antianis, & sapientibus, facto partito inter ipsos ad scurtinium cum fabis, & faxolis procedatur, & executioni mandetur in totum.

Quòd fideiussores non possint molestari a communi, si principales fuerint in fortiam communis.

NEmo qui existit, vel exisserit fideiussor pro aliquo penes commune Parmæ detineatur personaliter; nec ad aliquid cōpellat', donec principales debitores exisserint in fortiam communis, & sint apti ad soluendum; & hoc etiam habeat locum in illis, qui fideiubebunt p̄ aliquibus qui conduxerint, aut emerint aliquid a communi Parmæ.

Quòd nullus compellatur aliquid vendere communi, nec de possessione exire, sine pretij satisfactione.

SI per cōe Parmæ ex forma alicuius statuti facti, vel quod fiet, vel aliter debebit fieri aliquod laboreriū, seu via per terram, seu domum alicuius, vel alterius de episcopatu Parmæ, seu aliqua emptio fieret per commune Parmæ de aliquibus terris, domibus, casamentis, vel possessionibus; aut alijs rebus mobilibus, & immobilibus alicuius; prædicti

cti, tales qui compellant' vendere, seu destruere occasionib⁹ p̄dictis nō possint cōpelli vendere, seu destruere, nisi prius eis fuerit integraliter satisfactū de p̄cio p̄dictar⁹ rer⁹, sm̄ æstimū factum de eis per bonos, & legales hoies, qui habeant notitiā p̄dictar⁹ rerum. Et potestas sacramento teneatur, & debeat tales defendere, nec aliqua violentia, seu tortum fiat eis contra formā huius statuti, & hoc capitulū sit p̄cisum sine exceptione seruandū, si aūt p aliquos officiales Illustris. D. nostri, & cōis Parmæ, vel aliquem ipsorū præ dictis contrafiet; cadat in pœnam dupli eius rei, quæ vendita fuerit, cuius pœnæ medietas sit cōis, & alia medietas applicetur parti coactæ.

De domibus emendis per thesaurarium, seu massarium communis Parmæ, quæ destruentur occasione ignis.

SI contingeret, q̄ Deus auertat, q̄ ignis accenderet', seu accendat' in aliqua domo ciuitatis Parmæ, vel burgor⁹, & cōtingerit occasione ignis ipsius extiuguendi, aliq̄, vel aliquas domos de cohærentib⁹ deuastari; vel aliquæ aliæ domus causa dicti ignis, & de ipso igne arderent, vt dictū est; seu damnū quod contingerit causa dicti ignis, vel deuastationis, secundū q̄ voluerit, pro cōi Parmæ debeat emendari expensis cōis Parmæ.

Quòd liceat cuilibet ascendere domos D. Potestatis, & palatium qualibet hora diei.

LIcitū sit cuilibet impunè ascendere domos, seu hospitium D. potestatis, & palatiū vetus cōis a mane vsq; ad sero qualibet hora diei; & potestas teneatur, & debeat facere stare aperta hostia, per quæ possit intrari, & ascendi hostia ipsa, & domos, & palatia; & si potestas non obseruauerit prædicta, condemnetur in libr. centum Parmen̄. pro qualibet vice.

Quòd mulieres non cogantur venire in palatium, nisi in casu torturæ.

QVòd aliqua mulier non possit per potestatē, vel aliquos alios officiales cōis, vel eor⁹ familiares cōpelli venire in palatiū, nec ī domibus cōis Parmæ modo aliquo, casu, vel ingenio; nisi essent ī casu per quem sm̄ formam statutor⁹ cōis Parmæ, & sm̄ formam iuris deberet poni ad torturā; sed si contingeret, q̄ deberet fieri inquisitio per potestatē, vel p aliquos officiales cōis, per quā deberent examinari aliquæ mulieres, ipse veniant in ecclesiam S. Vitalis, vel S. Petri, vel S. Georgij, vbi, vel ad domum dictar⁹ mulier⁹ fiat inquisitio per officiales cōis; & si contingat aliq̄ mulierem esse in casu, quo debeat detineri, ponatur, & detur in custodia vni monasterio, vel penes propinquos suos præstita ab eis bona, & idonea securitate de præsentando eam coram D. potestate, vel eius iudicibus, vel officialibus, vel alibi; & si mulier venire voluerit in palatio, vel in domibus communis, vel officialium, non possit procedi contra eam; & si contrafecerit

cerit ſoluat pro banno libr.centum Parmeñ. Et ſi aliqua mulier fuerit requiſita per aliquem, vel ad poſtulationem alicuius aliqua de cauſa, poſſit reſpondere per procuratorem; & prædicta non habeant locum in gauris publicis, nec in trecolis, nec in pullarolis.

Quòd nullus percutiatur per Poteſtatem, vel eius familiam, nec aliquem officialem communis.

POteſtas, & eius iudices, & ſocij, familiares, & quilibet alij officiales cõis teneantur nõ percutere aliquem de ciuitate, vel epiſcopatu Parmæ, nec tubatores, vel correrij cõis, nec aliquam aliam perſonã, nec eis aliquam villaniam facere, vel dicere, vel blaſphemare; niſi eſſet in rixa, quæ aliter diuidi non poſſit; & ſi in percutiendo contrafecerint, condẽnentur contrafacientes in quinquaginta libr. Parmeñ.

De officio ſalinarum, & douannæ ſalis communis.

POteſtas, & Antiani teneant, & debeant p̃cisè, & ſine tenore in cõi, & pro cõi Parmę tenere oẽs, & ſingulos puteos ad cõe Parmę ſpectãtes, inuẽtos, & inueniẽdos per eẽpatum Parmæ, ex quibus, ſeu ex quorũ aqua ſalina fit, & fieri poteſt, & ſalinam, & omnes fructus facere in ſolidũ in cõe venire; & q̃ dictæ ſalinæ, & putei aquæ ſalſæ nullo modo poſſint alienari, nec obligari, nec in alium transferri aliquo modo, vel ingenio.

Item vnus prouidus vir notarius mittatur ad ſtandum cum ſuperſtante deputando in futurum per D.poteſtatẽ, & Antianos ad faciendum fieri ſalinas in epiſcopatu Parmæ, qui mittatur ſingulis tribus menſibus ſucceſſiuè de porta in portam, & cuius notarij officium ſit ſcribere quantitates vaſorum, qui fient, & facere menſurari ſalinam cuiuſlibet menſis, & ſcribere quãtitates ſalis, & ſalinæ, quando reponuntur in ſalario, & ſcribatur etiam dicta quantitas ſalis per dictum ſuperſtantem.

Itẽ ſcribat dictus notarius oẽs expenſas, quas faciet dictus ſuperſtans in ipſa ſalina coquenda, & facienda, & q̃titatẽ lignor̃, & q̃ emet, & a quibus emit, & p̃tium quod dabit in ipſis, & in fine officij ſui teneat̃ portare, & p̃ſentare vicario D.poteſtatis oẽs ſcripturas, quas fecerit occaſione dicti officij; vt ſciri poſſit quantitas ſalinæ, & expenſa cuiuſlibet menſis; & ceſſent dicti ſuperſtantes, & notarij a dicto officio per ſex menſes poſt depoſitum officiũ; & procurent, & faciant, q̃ tota ſalina quæ fiet pro tempore ſui officij ducatur Parmam, antequã diſcedant de Salſo pro veniendo Parmam.

Item det dictus notarius victuralibus qui ſalem ducent duas bulletas eiuſdem tenoris, continentes quantitatem ſalinæ, quæ eis dabitur pro ducendo Parmam, altera quarum præſentetur vicario D.poteſtatis; & altera maſſario deputato ad douannam ſalis, & ſalem recipiendo, & ſcribat tenorem illarum bulletarum in libro ſuo.

Item

Item quod maſſarius cõis poſſit, & debeat de denarijs, & auere cõis facere omnes expenſas neceſſarias in puteis ſalinarum aptandis, & remundãdis, & manutenendis, & de nouo cauandis, in domibus aptandis, coperiẽdis, & de nouo conſtruendis, ſi opus fuerit in lignamine, cupis, & quadrelis; & de alijs opportunis emẽdis, & in ſatisfiendis magiſtris, & laborerijs, & ſuperſtanti notario, & correrio, qui deputarentur ad prædicta, & in vaſis aptandis, & de nouo faciendis, quotiens opportunum fuerit, & in omnibus alijs ædificijs conſtruendis pro vtilitate communis.

De facto Douannæ Salis.

SAl cuiuſcunq; conditionis ſit, amodo vendatur p̃ cõi, & in douanna cõis per ſuperſtantes ad hoc per cõe, & populum Parmæ deputãdos, & non aliter, nec alibi, in ciuitate, vel burgis, nec in eẽpatu Parmæ; niſi p̃ douannã ſalis, & ad vtilitatẽ douannæ ſalis cõis. Et poteſtas qui nunc eſt, & qui p̃ tp̃e fuerit, hoc p̃cisè obſeruare, & obſeruari facere teneat̃; ita tamen q̃ hoc capitulum non poſſit mutari, nec corrigi per ſtatutarios, ſeu p̃ cõſilium communis, & populi, nec aliquo modo qui dici, vel excogitari poſſet modo, vel in futurum; & capitulum quod loquitur de ſtatutis præciſis obſeruandis, in hoc capitulo vendicet ſibi locum.

Itẽ cũ dictis ſuperſtantib⁹ ſtet, & ſtare debeat vnus notarius maior trigĩta annis, qui mittet̃ ſingulis menſib⁹, & ceſſet a dicto officio per ſex menſes poſt depoſitum officium, qui notarĩ⁹ ſcribat totã quantitatem ſalis foraſterij, & etiã ſalinæ, quã dicti ſuperſtantes reciperent, faciendo vnum librum de ſale, & alius de ſalina; & ſcribat ſimiliter omnes expenſas, quas dictus ſuperſtans faciet in ſale foraſterio per ſe, & in ſalina per ſe.

Itẽ ſcribat dictus notarius oẽs denarios, qui peruenerint ad man⁹ dicti ſuperſtantis, hoc modo; videlicet, q̃ fiãt ad ſcrineum quod eſt in douanna cõis, vel aliud faciendum de nouo, tres clauaturæ cum tribus diuerſis clauibus, vnam quarum teneat ſuperſtans douãnæ, alterã dictus notarius, & alterã vnus ex iudicibus D.poteſtatis; & oẽs denarij qui fient de ſalina, & ſale, ponantur in dicto ſcrineo, ipſo exiſtente clauato cum dictis clauib⁹, per foramen, quod fiet ex parte ſuperiori dicti ſcrinei; & omni ſero in præſentia vnius de famulis dicti D.poteſtatis conclauetur dictus ſcrineus, & numerentur denarij, qui reperientur in ipſo, & ſcribantur.

Itẽ ſcribat, & ſcribere teneat̃ dict⁹ notarius totã q̃titatem ſalis, & ſalinæ, q̃ ſingulis diebus vendet̃ qualitercunq; in groſſum, vel ad minutum, ita q̃ in fine menſis ſcribi poſſit quantitas, quæ fuerit vendita quolibet die.

Item q̃libet p̃ſona, quæ duxerit, ſeu ducere volet ſalem veniendo a ciuitate Regij, vel Mutinæ, ſeu deuerſus ipſas ciuitates, vel deuerſus ſuos eẽpat⁹, vel ab alijs ciuitatibus, vel deuerſus alias ciuitates debeat venire, & tranſire, & venire, & facere tranſitum palã per ſtratã Claudiã rectè, per quã itur

de ciuitate Parmæ Regium,& non exire de ipſa ſtrata;& ſi contrafecerit, teneatur feciſſe in fraudem,& puniatur in xxv.libr.Parmeñ.pro quolibet, & qualibet vice,& perdat ſalem,beſtias, & plauſtra, ſeu aliud inſtrumentum,in & ſuper quo,vel quibus dictum ſal duceretur;& quilibet poſſit accuſare,& habeat medietatem banni,& credatur accuſatori cum vno teſte; & hoc habeat locum in omnibus alijs ſtratis publicis, per quas homines veniunt ad ciuitatem Parmæ,ſecundum quod inferius declaratæ ſunt.

Iteꝫ ꝙ ꝗlibet perſona,ꝗ voluerit de aliena ciuitate,vel eꝑatu ſalem in ciuitate Parmæ conducere,illu ſalẽ ꝑcisè conducat,vel conduci faciat ī ciuitate Parmę ad domũ cõis,& reꝑſentet eũ ſuperſtantib⁹, qui ꝑ tpe fuerint ad dictã douãnã cõis,& anteꝗ intret ciuitatẽ,conductores teneant notificare douãnerijs,ꝙ habent ſalẽ ad portã ciuitatis;& ꝙ eũ volunt conducere ad douãnã cõis;& tunc cũ licentia dictor douãnerior intrẽt ꝑ illã portã, & per illã ſtratã, & ſine aliqua mora veniant ad dictã douannã cum ipſo ſale;& ipſi teneantur illum diſcarigare incontinenti,vel ea die,& nõ alibi; nec ipſum ſalẽ poſſint reponere in aliquo alio loco,niſi ſolum modo ad dictã douannã cõis;& non credatur de licentia, niſi habuerint bulletã factã per illos,qui ſtabunt pro tpe ad dictam douannam;& qui contrafecerit puniatur vt ſupra,& quilibet poſſit accuſare,& habeat medietatem banni,& credatur accuſatori cum vno teſte;& nullus audeat,vel præſumat illum ſalem vendere aliquo modo,vel ingenio in eꝑatu Parmæ, vel in ciuitate publicè,vel occultè;ſed integrè illum ad ciuitatem Parmæ conducat ad douannã,vt dictum eſt;& conduci faciat per ſtratas publicas, per quas homines veniunt ad ciuitatem,& ſi exeunt de ſtrata publica præſumantur feciſſe in fraudem,& hoc totum in pœna,& banno libr.xxv.Parmeñ.pro quolibet,& qualibet vice;& ſalem,& beſtias,& inſtrumẽtum perdat vt ſupra, & hoc locum habeat in qualibet perſona ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ. In foraſterijs autem qui conduxerint de alieno epiſcopatu ſalem, vel duci fecerint,cõcedatur ipſum ſal extrahere de ciuitate, vel epiſcopatu per vias rectas,vel ordinatas per commune Parmæ,ſoluendo douannerijs cõmunis pro quolibet ſtario datium,quod per commune,eſt,vel fuerit ordinatum,habendo bulletas,ſiue ſigillum ipſius douannerij, & non aliter, vel alio modo.

Item ꝙ quælibet perſona,quæ ſalem ad ciuitatem Parmæ conduxerit, illum palam,& totum aſſignet douannarijs in ciuitate Parmæ, & non debeat in ipſo fraudem committere in aliqua parte,palam,& priuatim,in pœna,& banno libr.quinquaginta Parmeñ.& perdendi ſalem,& beſtias, & inſtrumenta,vt ſupra;& quilibet poſſit accuſare vt ſupra, & habeat medietatem banni,& credatur accuſatori cum vno teſte.

Iteꝫ totus ſal qui ducit,vel conducitur alio modo deuerſus Mombardonum,per ſtratã de Mõbardono venire debeat, & duci per ſtratam de Coliculo,

liculo,& non per aliam ſtratam,ſeu viam,& introire ciuitatem per portam de S.Franciſco,& non per aliam portam, & non exeundo dictã ſtratam aliqua de cauſa;& qui contrafecerit ſoluat pro banno pro quolibet,& qualibet vice decem libr.Parmeñ.& perdat ſalem,& beſtias, & inſtrumentum vt ſupra;& credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte. Illud idẽ obſeruetur in ſale qui ducitur per ſtratam de Linario, qui intrare, & duci debeat per ſtratam de Vlmazolo,intrando, & non exeundo per ſtratam, niſi per portam Nouam ſub banno prædicto.

Item ꝙ totus ſal qui ducitur de verſus Regium,venire debeat,& duci in ciuitate Parmæ per portam Sancti Michaelis de archu, & non per aliam viam;& non exire ipſam ſtratam aliquo modo,ſub pœna,& banno ſępius declarato. Sal vero qui ducitur de verſus Berſellum duci debeat per ſtratam de ponte de Sorbulo, & intrare per portam de Bononia ſub prædicto banno.

Item quicunq; fecerit ſalem,vel ſalinam in epiſcopatu,vel diſtrictu Parmæ,teneatur,& debeat ipſam ſalinam,ſeu ſalem totaliter ducere, ſeu conduci facere in ciuitate Parmæ ad douannam ad vendendum, & hoc ſub pœna,& banno librarum quinquaginta Parmenſiũ pro quolibet,& qualibet vice;& ſi quis reperiretur ipſum ſalem, vel ſalinam extrahere,vel extrahi facere extra ciuitatem Parmæ, & non ducere ipſum per ſtratam rectã, perdat ſalem,& ſalinam,& inſtrumentum,& beſtias vt ſupra,& puniatur in quinquaginta libr. Parmeñ.

Item quicunq; voluerit ducere ſalem in ciuitate Parmæ,nullatenus debeat ipſum ſalem conducere in ciuitate Parmæ, ſiue in burgis dictæ ciuitatis abſq; nuntio douannæ ſalis communis, & hoc in pœna, & banno libr.decem Parmeñ.pro quolibet, & qualibet vice,& perdat ſalem, & beſtias,& inſtrumenta vt ſupra.

Et ꝙ nemo debeat vendere ſalinam,vel ſalem in epiſcopatu Parmæ, & qui contrafecerit,ſoluat pro banno decem libr.Parmen.pro quolibet, & qualibet vice;& perdat ſalem,beſtias,& inſtrumenta vt ſupra; & quilibet poſſit accuſare,& habeat medietatem banni,& credatur accuſatori cum vno teſte;niſi hoc eſſet pro douanna, & vtilitate douannæ communis,& de voluntate Antianorum.

Item ꝙ quicunq; duxerit ſalem in ciuitate,ſit affidatus in auere, & in perſona in veniendo,ſtando,redeundo,& diſcedendo, remoto omni obſtaculo,& quolibet alio.Exceptis bannitis pro maleficio; dum tamen veniat in ciuitate cum nuncio douannæ ſalis communis vt ſupra, & hoc fecerit ſine fraude,quæ fraus ſit arbitrio D. poteſtatis.

Item quicunq; reperiretur congregare,ſeu coadunare ſalem, ſeu facere caneuam ſalis in aliquo loco ciuitatis,vel epiſcopatus Parmæ, ſoluat pro banno quinquaginta libr.Parmen.pro quolibet,& qualibet vice, & ſalem amittat;

amittat,& ille in cuius domo dictus ſal fuerit congregatus, ſeu caneua facta ſalis,tantundē ſoluat pro bāno,& perdat ſalem;& quilibet poſſit accuſare,& habeat medietatem bāni,& credatur accuſatori cum vno teſte.Caneuam ſalis intelligatur facere quicunq; habuerit vltra vnum ſtarium ſalis,Saluo q̄ hoc locum non habeat in his,qui feciſſent ipſum ſalem in epiſcopatu,cauſa ducendi ipſum ſalem ad douannam communis,nec in alijs qui emiſſent ad douannam ſalis,aut habuiſſent ab ipſa douanna.

Item nulla perſona audeat, vel præſumat emere ſalem in ciuitate Parmæ,vel in diſtrictu Parmæ,vel alibi pro ſuo manducare,vel vſu;niſi ad douannam communis,& in locis ordinatis per douannerios,nec aliquid facere in fraudem emptorum,& qui contrafecerit,ſoluat pro banno decem libr.Parmeñ.pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice.

Item q̄ D.poteſtas,& Antiani poſſint eligere quattuor ſapientes cum vno notario qualibet vice,qua volet rationem ſalis, & ſalinæ communis examinare,quæ ratio tantum ad plus examinetur quolibet menſe; & etiā ratio plurium menſiū poſſit ad voluntatem D.Poteſtatis, & Antianorum colligi,& differri ad examinandum in vna vice;& quilibet ipſorum ſapientū,& notarij habeat quolibet die ad plus duodecim imperiales, & ad examinandū ſolā rationem ſalinæ poſſint ſtare per vnam diem, in qua etiam die terminetur ſi poterunt rationē ſalis forāſterij,& douannæ cois; & hoc ſit arbitrio Dñorum Poteſtatis,& Antianorum,qui D.poteſtas poſſit etiā prouidere de mora tantum diei,ſi propter magnitudinem rationis no poſſit fieri examinatio in vna,vel duabus vicibus,vel diebus.

Vt videatur,& videri poſſit, quid lucratur de ſale foraſterio,& quātum de ſalina,quæ fit ad puteos ſalinarum communis. D.poteſtas teneatur ſacramento præciſo,& debeat facere vendi, & poni ſalem foraſterium per ſe per vnum ſuperſtantem, qui non habeat aliquid facere cum illo ſuperſtante,qui electus fuerit,& ſuperſtiterit ad recipiendum, & vendendum ſalinas puteorum communis;& facere teneatur,& faciat, ita q̄ ſimili modo ſciatur,quid lucrari poterit ſingulis tribus menſibus,& hæc omnia,& ſingula teneantur adimplere per ſacramentum,quòd ſi non fecerit, teneatur,& debeat ſyndicari in centum libr.Parmeñ.Et ſimili modo teneatur, & debeat facere fieri rationem de ſale foraſterio per ſe,& de ſalina puteorum per ſe.

Qualiter menſuratores debeant eligi, & quantum duret eorum officium.

MEnſuratores ſalis,& ſalinę communis,& correrij, qui ſtare debēt ad douannam ſalis,& ſalinæ,eligantur per Dominum Poteſtatē, & per Dominos Antianos,quando ſuperſtans,& notarius eligun tur, & ceſſent per annum.

Qui,

Qui,& quot homines debeant eligi ad douannam ſalis,& ſalinarum communis,& de eorum ſalario.

DEcætero eligantur ad breuia in cōſilio communis, & populi quattuor prouidi viri eodem modo, & forma quibus eligitur maſſari⁹ communis,duo quorum ſtare debeant ad douannam ſalis communis,& alij duo ad douannam ſalinarum,vnus quorum , qui deputatus ſit ad quamlibet douannam ſciat ſcribere;& debeāt prædicti officiales habere tantum,quantum ſuperſtantes,qui pro tempore fuerint ad prędictas douannas,& habere,& percipere conſueuerunt,qui quattuor teneant̄ idoneam ſecuritatem præſtare ad rationem plenariè faciendam;& teneantur continuè a mane vſq; ad campanelam communis , bona fide ſuum officium exercere,& ſint maiores triginta annis,quorum officium duret per ſex menſes,& ceſſent per vnum annum a depoſitione officij .

Item via per quam itur circa foueam, debeat inglarari , ita q̄ beſtiæ , & homines cum eiſdem beſtijs poſſint ire,& redire amodo per ipſam viā cum lignis opportunis ad coquendum ipſam ſalinam .

Item homines,& familię exiſtentes,& habitantes in ipſa terra de Salſo de ioco, non teneantur ad aliquam reparationem , ſeu inglarationem alicuius ſtratæ in aliquo,ad quam vellent compelli per aliquos homines,ſeu aliqua communalia epiſcopatus Parmæ,ſeu per aliquem ſuperſtantem,& officialem communis;ita quod poſſint ſupereſſe, & intendere ad ligna neceſſaria ducenda ab ipſis ſalinis coquendis.

Item pro maiori,& euidentiori vtilitate communis,& iurium, & iuriſdictionum dicti communis defenſione,poteſtas teneatur compellere cōmune,& homines de Corticellis,facere fieri,& facere per homines dictæ terræ,& ipſis hominibus,tres, vel quattuor domos ſuper ripa Brugnolæ p̄ directum putei,& muri de nouo factorum pro communi Placentię vltra ipſum flumen,quæ domus fiant inter ipſam Brugnolam,& viam, quæ eſt ibi deſuper.Et familiæ,quæ habitabunt in eis domibus, & qualibet ipſarū, ſint,& eſſe debeant immunes ab omnibus collectis,oneribus,grauaminibus,& factionibus communis Parmæ hinc ad decem annos,& quilibet q̄ reperietur habere terras,ſeu poſſeſſiones in dictis locis , in quibus dictum eſt debere fieri,teneatur dictus D.poteſtas facere vendi dicto communali,& hominibus de Corticellis pro iuſto precio,ſecundum ęſtimum bonorum virorum,vel ipſos facere ſic concordes cum ipſo communali , & hominibus de Corticellis,quod ipſas domos facere poſſint in ipſis locis ſecūdum quod dictum eſt; & ſi tales qui reperirentur habere ius in dictis locis,prædicta non adimpleuerint,vt dictum eſt;teneatur tunc poteſtas illū talem,vel tales compellere adimplere prædicta modo prædicto.

Item q̄ nullus de ciuitate Parmæ,& eius diſtrictu audeat,vel præſumat vendere,

vendere, vel alienare, seu aliquo modo concedere aliquas terras, vel posses siones, seu iura ad eum pertinentia in illis locis, & terris, in quibus sal fit, vel fieri possit, alicui homini cuiuscunq; conditionis existat, qui nō sit subditus iurisdictioni communis Parmæ.

Item q; D. Potestas qui nunc est, vel pro tempore fuerit, teneatur, & debeat singulis sex mensibus vna cum Antianis communis, & populi Parmæ, secundum quod placuerit ipsi Dño Potestati, & Antianis ire ad vidē dum puteos, & salinas communis Parmæ; & ad videndum si quid pro eis, vel circa ea fuerit faciendum, in honorem, & vtilitatem communis, & populi, & ad habendum veritatem aquarum sine mora ad ipsas salinas fieri faciendas, ad hoc vt honor, & iura communis melius defendantur, & manuteneantur pro cōi, & populo Parmæ, & præcisè debeat hoc obseruari.

Item quòd nulla laboreria, & omnia prædicta, quæ in prædictis, & circa ea occurrent, tam pro puteis salis habendis, & inueniendis, quā etiam emendis, in quibus essent, seu reperiri possent aquæ salsæ, & domibus, & vasis aptandis, & faciēdis, possint fieri de denarijs, & auere communis per superstantem, qui pro tempore fuerit, nisi secundum q; D. Potestati, & Antianis, & sapientibus, qui cum eo ibunt ad dicta negotia vidēda placuerit, & videbitur conuenire.

Item q; D. potestas mittat, & mittere teneatur quattuor prouidos viros, bonos, & legales, qui sciant scribere, & legere loca, in quibus fuerint salinę communis; videlicet, ad quemlibet ipsorum locorum, vnum eorum, singuli quorum stare debeant ad illum dictorum locorum, ad quem fuerint deputati, & possint, & debeant se simul congregare pro vtilitate salinarū, quotiens viderint expedire, & qui diligenter cum omni cautela, & cura solicitè debeant circare, colligere, & extrahere aquam, siue moram puteorum salinarum communis, & cuiuslibet putei, siue puteorum, & cuiuslibet loci pro se, & cuiuslibet diei pro se; incipiendo extrahere aquā, siue morā cuiuslibet putei si chi, vel scolati, siue cuiuslibet loci in aliqua hora diei, prout eis videbitur; extrahendo totam aquam quæ haberi poterit vsq; ad horam similem diei sequentis, & aquā, siue moram cuiuslibet putei, siue puteorum cuiuslibet loci, & cuiuslibet diei per se coquere, & facere coqui; & reducant in scriptis quantitatem aquæ, siue moræ extractę quolibet die de quolibet ipsorum puteorum, siue de puteis cuiuslibet loci, & de quolibet die per se; ita quod clarè, lucidè, & apertè possint videri, & sciri quantitates moræ collectæ, & extractę de puteis cuiuslibet loci, & cuiuslibet diei per se; & quantitates salinæ factæ, & habitæ de aqua, siue mora eiusdē diei, & putei per se; vt certum sit, & lucidum, quid, & quantum potest communi pro quolibet die quilibet puteus respondere; siue putei cuiuslibet loci, p quolibet die respondere, & reddere communi; & vt commune super reditu salinarum decætero non fraudetur, officium quorum quattuor virorum

rum sit, & duret per decem dies, durantibus vero dictis decem diebus, quibus prædicti quattuor viri supereſſe debent ad dictum officium exercendum, superstans notarius, & correrij qui pro tempore fuerint ad dictum officium salinarum, propterea ab eorum officio non reuocentur; quominus stare debeant ad ipsa loca salinarum, & consulere prædictis quattuor viris, & eos iuuare ad prædicta facienda, & exequenda; si eorum consiliū, & auxilium postulauerint. Non possint tamen officium prædictorū quattuor prouidorum virorum turbare in aliquo, nec impedire quin faciāt eorum officium in omnibus, & per omnia, quæ ad vtilitatem dicti communis, & populi viderint conuenire.

Item quilibet prædictorum quattuor virorum possit, & debeat habere secum vnum correrium, qui cum eis stare debeat per dictum tempus decem annorum occasione dicti officij pro faciendis præceptis, & pro eundo, & veniendo, & pro faciendo ea quæ pro vtilitate, & expeditione negotiorum fuerint opportuna.

Item quod prædicti quattuor viri habeant, & habere debeant singuli eorum, pro quolibet eorum, & pro quolibet die dictorum decem dierum pro suo salario, & remuneratione sui laboris, illud quod placuerit D. Potestati, & Dñis Antianis; & correrij qui cum eo stabūt ad dictum officium exercendum, habeant, & habere debeant pro quolibet eorum, & qualibet die pro suo salario, & remuneratione sui laboris, id quod eis determinabitur per D. Potestatem, & Antianos.

Item q; prædictus D. potestas cum quattuor sapientibus, quos ad hoc secum habere voluerit, eligat, & eligere debeat suo arbitrio prędictos quattuor viros, qui cum eis stare debent, & meliores, & prudentiores, & vtiliores pro negotio salinarum communis, eligantur absoluto statuto de officialibus ad breuia eligendis; & quos prædictus D. Potestas, & Antiani elegerint, & vocauerint, possint cogi ad dictum officium recipiendum, & faciendum.

Item q; prædicti quattuor sapientes habeant, & habere debeant potestatem, & auctoritatem, & bayliam durante dicto eorum officio p̄cipiendi, & pœnas, & banna imponendi, & exigendi omnibus personis prędicto rum locorum conuocatis pro dicto eorum officio exercendo, & occasione vtilitatis, & necessitatis dicti eorum officij, & prædictarum salinarū, q̄, & quemadmodum habet D. potestas; vt negotium salinarum melius, & vtilius possit fieri; & ratio, & vtilitas dicti cōis possit melius inueniri.

Item q; tota salina quæ mittitur, & mitti debuerit a salsis puteis salinarū communis, ad douannam communis, debeat mensurari tātum ad stariū, & cum stario, & non aliqua alia mensura; & q; staria noua fieri debeant, & mitti ad salsos, & domos salinarum, cum quibus dicta mensura debeat fieri, quæ sint orlata siue de ferro, siue de ramo; & ferrata cum ferro, & portelo

telo firmo, & groſſo, ꝙ non poſſit, nec debeat abbaſſari; nec aliqua alia ſtaria, nec aliqua alia menſura, præter prædicta ſtaria ſic orlata, & ferrata, vt dictum eſt, eſſe debeat.

Item ꝙ omnia ſtaria, minæ, & quartarij, & ſingulæ menſuræ, cum quibus debeat menſurari ad douannam cõis ſal, & ſalina cõis, fiant, & fieri debeant de nouo; & ꝙ ſtaria quæ debent, & debebunt operari ad dictam douannam, fieri debeant, & eſſe debeant eiuſdem menſuræ, qualitatis, & magnitudinis, formæ, orlaturæ, & ferraturæ, qualis, & quemadmodum erãt, & dictum eſt eſſe debere; & fieri ſtaria, cum quibus dictum eſt, debebit mẽſurari ſalina, quæ mittitur, & mitti debebit a puteis, & domibus ſalinarũ, & ad douannam cõis; & cum eis tantum, & non cum aliquibus alijs dicta ſalina, & ſal debeat menſurari; & debeant eſſe dicta ſtaria, quæ eſſe, & ſtare debebunt ad domos, & puteos ſalinarum communis, & ſingulę menſuræ quæ eſſe, & ſtare debebunt ad domum communis bullata, & bullatæ inſignijs, ſiue armis D. poteſtatis, qui pro tempore fuerit. Et poteſtas qui ꝑ tempore fuerit, teneatur ſacramento præciſo facere circari per familiã ſuã ſingulis menſibus ſui officij prædicti ſtaria, & mẽſuras; & ſi inuenerint aliquas menſuras, vel alia ſtaria in domo douannæ ſalis communis, & ſalinę, vel in domibus de puteis ſalinarum, niſi ſecundum modum, & formã ſuperius denotatam, credantur, & intelligantur eſſe falſa, & falſæ; & ſuperſtãtes qui tunc eſſent, vel ſtarent ad dictam douannam, vel ad locũ, ad quẽ, vel ad quam ſunt ſtaria, vel menſuræ alterius quantitatis, & formæ, quàm ſupradictum eſt, reputentur tanquam de falſitate, & tanquam falſum arbitrio D. poteſtatis puniantur.

Item ꝙ tota ſalina quę menſurabitur ad ſalſos, & domos de ſalſis, & puteis ſalinarum, & quę recipietur ad douannam cõis, debeat menſurari cũ ſtarijs; ita & tali modo, ꝙ ſtaria impleant̃, & impletum ſit de octo anzinarijs, & octo anzinarijs, nec ad plus, nec ad minus. Et ꝙ omnia ſtaria, & oẽs menſurę, cum quibus menſurabitur ſalina ad douãnam cõis, & ad domos de puteis ſalinarum, tempore menſurarum eſſe, & ſtare debeant plana, & planæ, ita quod ab aliqua parte non ſint leuata, nec leuatę.

De conceſſione facta monaſterio Fontis Viui de Claraualle, de ſuis puteis ſalinarum.

SEcundum formam iuris, & cuiuſdam reformationis olim factę in cõſilio cõis, & populi Parmę in fauorem D. Abbatis monaſterij, capituli, & conuentus S. Marię Fontis viui de Claraualle Parmenſis dioceſis in Milleſimo trecenteſimo tertio indictione prima; & ſcriptę per Giliolũ Petri Boni de Richa dona de Regio, notarium ad reformationes conſiliorum deputatum, & iuxta formam ſententię in fauorem dicti monaſterij promulgatę, vigore dictę reformationis, quę ſententia ſcripta fuit ꝑ Vgolinum

linum de Nuceto; tunc notariũ reformationũ cõis Parmæ. M. ccc. xxv. ĩdictione tertia die quartodecimo Septẽb. Ordinatũ, & ſtatutũ eſt, ꝙ Dñs Abbas, & Monaci, capitulũ, & conuentus monaſterij p̃dicti, per ſe, & ẽt p laicos, poſſint licitè, & ĩpunè non obſtante prohibitione alicuius ſtatuti, ꝓuiſionis, reformationis, & ordinamenti, ſeu decreti, aperire puteos ſalinarũ; & inuenire aquas, & venas aquarũ ſalinarũ in terris, & poſſeſſionibus eorꝝ, quas habent, ſeu ſuper eis habentur, & poſſidentur in Tablano, Corticellis, & in Bargono, & in pertinentijs ipſorũ locorꝝ Parmeñ. dioceſis; & puteis quos habent, ſeu ſuper eis habentur, & poſſident̃ in dictis terris, & pertinentijs ipſarꝝ, liberè, & licitè poſſit tenere, manutenere, reſeruare, & poſſidere, & eis vti, & aquis ipſorꝝ per ſe, & alios ẽt laicos; & liberè vti poſſint conceſſione prædicta, ipſum ſalem habendo, & ſubueniendo neceſſitatibꝰ monachorꝝ, & famulorꝝ dicti monaſterij, vendere teneantur; & nõ debeãt dictus D. Abbas, & Monaci, & conuentus dicti monaſterij facere, ſeu fieri facere aliquod cauamentum alicubi, per quod poſſit præiudicari ĩ aliquo alicui puteo, ſeu venis aliquorum puteorum communis Parmæ, & prædictum ſtatutum ſit præciſum, & præcisè debeat obſeruari.

De his ad quæ teneantur cuſtodes carcerum.

TEneatur cuſtodes carcerꝝ cõis iurare, & fideiuſſores præſtare de attẽdendis, & obſeruandis oĩbus pactis, & conditionibus per Antianos cõis Parmæ declarandis, & in inſtrumento ſuæ conductionis de ſal uãdo, & cuſtodiendo oẽs, & ſingulos carceratos eiſdẽ aſſignandos ſub pœna libr. quinquaginta ĩperialiũ; & de non extorquendo ab ipſis carceratis, vel aliquo eorꝝ, per ſe, vel aliũ aliquid vltra, vel aliter, q̃ in ipſa declaratione continebit̃, ꝙ ſi contrafecerint, teneantur reſtituere in duplum, id qd̃ inde bitè acceperint ipſi ab ipſis carceratis, a quibꝰ extorſerint, & vltra pro vno denario ſex, & nihilominus condemnetur arbitrio D. poteſtatis. Et inſuper teneant̃ dicti cuſtodes ſub eadem pœna non exigere, nec extorquere, nec petere ab ipſis pro potu, vel benedictione, nec pro lumine, nec pro lecto, nec pro lignis, ſeu foco, nec aliqua alia occaſione, quæ dici, vel excogitari poſſit; nec ẽt aliquã quantitatem paruã, vel magnam panis, denariorꝝ, vel aliarum elemoſynarꝝ quarumcunq;, quæ portentur per collectores ipſarꝝ elemoſynarꝝ, vel alterꝝ ex carceratis prædictis vna cũ dicto collectore, vel ſine, aut aliã q̃libet perſonã, in pœna, & ſub pœna infraſcripta ꝑ quolibet, & qualibet vice, applicanda dictis carceratis pro dimidia; & alia dimidia cõi; nec permittere, ꝙ inter ipſos carceratos ſit aliquis capitaneus, vel poteſtas, ſiue aliquis herus ſupra eos quocunq; nomine cenſetur, qui aliqd ab eis petat, vel exigat, vel qui ipſis carceratis aliquid percipiat, vel eos ad aliquid ſoluendum, vel faciendum compellat, ſub pœna libr. xxv. Parmeñ. ꝑ quolibet ipſorum cuſtodum, & qualibet vice.

De

De inquisitione fienda singulis decem diebus contra custodes carcerum communis.

TEneatur potestas mittere singulis decem diebus vnum ex iudicibus suis ad dictos carceres, qui iudex teneatur deferre sacramentum veritatis omnibus, & singulis carceratis ibidem, tam pro communi, q̃ pro singularibus personis; & ab eis secretè, & separatim inquirere, si aliquis esset ibi positus, vel retineretur indebitè ad instantiam alicuius singularis personæ, & statim veritatem inuenire, & liberationem ipsius apud D. potestatem procurare celeriter; ac etiam inquirere teneatur diligenter ab ipsis carceratis; si per custodes carcerum, vel alios pro eis fiat, vel facta sit aliqua iniuria, vel molestia, vel aliquid ab eis habitum, vel extortum sit contra debitum, & contra formam declarationum factarum per Dños Antianos, & sapientes; & quicquid contrafactum intellexerit, referre D. potestati, qui veritatem inuenire, & culpabiles inuentos punire, & condemnare teneatur in pœnis suprascriptis, & in declarationibus supradictis contẽtis infra octo dies, ꝙ si non fecerit, condemnetur ipse potestas in ducẽtis libr. Parmeñ. de suo salario ꝑ qualibet vice, in quibus debeat syndicari; & hoc capitulum sit præcisum, & pręcisè debeat obseruari, ita ꝙ nullo modo possit absolui in aliquo consilio, vel concione, vel quouis alio modo.

Quòd datium meretricum, & postribulorum decætero non vendatur, nec exigatur.

TEneatur potestas non permittere, nec substinere, ꝙ datiũ publicarũ meretricũ, postribulorũ, vel lupanariorũ decætero vendat̃, nec locetur, vel alio quouis titulo transferat̃; ita ꝙ ipsum datium nõ sit in ciuitate, nec in ep̃atu Parmæ, sed ipsius turpis memoria aboleatur in totũ; & si potestas permiserit, ꝙ tale datium vendat̃ seu locetur, vel quouis modo exigatur, condemnetur in quingentis libr. Parmeñ. & venditio, seu alienatio, & concessio dicti datij sit nulla ipso iure, & facto; & quicunq; emerit, vel conduxerit, vel receperit ipsum datium, ipso iure, & facto cadat in pœna lib. trecentum Parmeñ. sine remissione; & hoc capitulum sit pręcisum, & præcisè debeat obseruari; ita ꝙ aliquo modo absolui non possit per aliquod consilium, vel arenghum.

Quòd repræsaliæ concessæ, & concedendæ non præiudicent doctoribus, nec scholaribus forasterijs venientibus ad studium Parmæ.

REpræsaliæ concessæ, & quæ vlterius concedentur per cõe Parmæ aliquibus p̃sonis contra aliquam personam, non præiudicent doctoribus forasterijs, nec scholaribus, nec eorum bonis, & seruitoribus, qui venerint de extra iurisdictionem cõis Parmæ ad legendum, & studen-

quam diu legere, & studere voluerint; ita ꝙ ipsi doctores, & scholares, & eorum nuntij, & eorum res, sint securi in ciuitate, & districtu Parmæ in eũdo, stando, & redeundo ad suam voluntatem.

De camparijs generalibus, & specialibus eligendis.

POtestas sacramẽto teneat̃ ꝓcurare, ꝙ ĩ qualibet terra ep̃atus Parmæ eligãt̃, & sint cãparij generales; & eligat̃ pro vt, & quomodo vicinis terræ in qua eligent̃ placuerit singulo anno de mense Ianuarij; & in dicto mense, vel Februarij subsequente, veniãt corã ipso potestate, vel eius vicario, & iuramẽtũ, & securitatẽ p̃stare de exercẽdo officiũ suũ bene, & legaliter, & solicitè, sm̃ ꝙ cõtinet̃ ĩ capitulo loquẽte de eorũ officio; & scribãt̃ ꝓmissiones, & fideiussiones, ac iuramẽta ipsorũ cãpariorũ ꝑ notarios reformationũ cõis Parmę tantũ, qui notarij possint ꝓcipere, & habere pro ipsis scriptionib⁹ a quolibet cãpario cõputata fideiussione soldũ vnũ; nec cogãtur, nec cogi possint ipsi cãparij facere scribi dictas ꝓmissiones, fideiussiones, & iuramẽta p alios notarios, q̃ p dictos notarios, & ad bãchũ reformationũ, ĩ pęna, & bãno cuilibet cõtrafaciẽti, tã officiali, q̃ alij p̃sonę lib. v. Parmeñ. in qua pœnã incurrãt, & incurrisse intelligant̃ ipso iure, & facto, applicandarũ pro dimidia dicto campario, & pro alia dimidia cõi Parmæ; & D. Referendarius Parmæ teneatur dictas pœnas exigere, etiam ex officio suo sub pœna dupli, de qua possit syndicari, non obstantibus aliquib⁹ editis, vel edendis in contrarium, quibus totaliter sit per hoc derogatum.

Itẽ q̃libet p̃sona possit petere cãpariũ, seu habere specialem ꝑ suis rebus custodiendis; & potestas, & eius vicarius teneat̃ concedere, & scribatur ei⁹ cõcessio in libro cõis; & teneat̃, & debeat potestas, & quilibet ex iudicibus suis concedere cãpariũ generalẽ cuilibet vniuersitati, si ab aliquo de vniuersitate petitum fuerit; & hoc si in tali vniuersitate non esset electus cam parius generalis vt supra continetur; & camparij speciales iurent suum officium facere in accusando legaliter, & non sparare, nec accusare aliquem iniustè; & credatur sacramento camparij generalis; etiam absq; alia probatione, & sacramento cuiuslibet camparij specialis cum vno teste; & camparius specialis habeat similem bayliam in rebus custodiendis, ad quarum custodiam fuerit deputatus, sicut dictum est de campario generali.

Item teneãtur dicti camparij generales, & speciales denuntiare illi, vel illis, cui, vel quibus damnum datum fuerit infra octo dies, ex quo damnũ datum fuerit, & ex quo datum esse sciuerit damnum.

Item teneantur denuntiare iudici D. potestatis Parmæ eum, qui dãnũ dederit infra octo dies post̃q̃ dãnũ datum fuerit, & non postea; alioquin si infra dictum tempus non fecerint, teneantur, & debeant suprascripti camparij ad damnum emendandum, & emendare eundem damnum, si non accusauerint infra dictum tempus, pro vt in capitulo continetur.

Quòd nulla ſententia feratur contra commune per officialem aliquem vltimo menſe ſui officij.

POteſtas, & eius iudices, & quilibet officialis cõis Parmæ teneãtur ſacramento ꝑciſo nõ ferre, nec ꝓmitti ferri aliquã ſententiam in ꝓiudiciũ cõis vltimo mẽſe ſui regiminis, vel officij; & ſi facta fuerit, nõ valeat, nec teneat, nec obſeruet̃ ĩ aliquo ĩ dãnũ cõis; & in damnũ cõis intelligat̃ eſſe facta q̃libet ſententia, facta infra dictũ tempus, per quã cõe videret̃ lædi in aliquo, vel deberet aliquid de ſuo dare, vel aliquid in præiudicium eius fieri, & hoc capitulum ſit præciſum, & præcisè debeat obſeruari.

De electione ſyndicatorum Poteſtatis, Referendarij, & aliorum officialium Parmæ, & de eorum poteſtate.

QVandocunq; ſyndicari deberet, vel cõtingerit aliquẽ Poteſtatem, Referẽdarium, vel alios officiales Parmæ. D. poteſtas qui fuerit in officio, vinculo ſacramenti teneat̃, & debeat prima die introitus ſui officij, ſi potuerit, vel ſequẽti die, facere coram ſe more ſolito Antianos cõis cõgregari, & eis deferre ſacramẽtũ, ipſoſq; cõpellere ad dictum ſacramentũ ꝓſtandũ, q̃ eligẽt, & noïabunt quattuor bonos viros ciues Parmæ, quos crediderint idoneos, & ſufficientes ad ſyndicandũ poteſtatẽ ꝓcedentem cũ eius familia, vel alios officiales, pro vt caſus occurrit; & poſt dictũ delatũ, & ꝓſtitum ſacramentum, facere per ipſos Antianos eligi dictos quattuor bonos idoneos, & ſufficientes viros ciues Parmæ ad ſyndicandũ vt ſupra, inter quos ſit, & eſſe debeat ad minus vnus iudex, vel doctor, & vnus, vel duo, ſi fuerit neceſſe notarij ſimiliter probi; & eos ſic electos coram ſe facere conuocari; & ab eis exigere ſacramentũ de bene, & legaliter, ac fideliter exercẽdo, & adimplẽdo officiũ dicti ſyndicatus, tam ꝓ cõi Parmę, q̃ alijs ſingularibus perſonis, q̃ ẽt pro ipſis poteſtate, & officialib⁹ ęqualiter. Et q̃ ſedebunt ad banchum ſingula hora termini limitati ad ſyndicãdum ẽt die feriata, & ſolenni in honorem Dei, & ſanctorũ, & tertiarũ, & veſperarum competenter, & decenter. Quiq; ſyndicatores poſſint, & valeãt ſyndicare dictos Poteſtatem, Referẽdarium, & quoſlibet alios famulos dictorũ Poteſtatis, & Referendarij, & aliorũ officialium vt ſupra ſyndicando rum; necnon ẽt omnes alios officiales quoſlibet Parmæ, qui vt ſupra ſyndicari contingerit ẽt & pro oĩbus, & ſingulis commiſſis, vel ommiſſis per dictos officiales in officijs eorum; & tam etiam pro eis pro quibus teneret̃ur cõi Parmæ quouis modo, quam perſonis ſingularibus; & tam etiam ꝓ debitis per ipſos officiales exactis, vel aliquem de eorum familijs vt ſupra, in officijs, ſeu tempore officiorũ eorum, q̃ extra; & generaliter de omnibus, & ſingulis quę dici, vel excogitari poſſent, & contra ſupradictos, & quemlibet eorum, de & pro oĩbus, & ſingulis ſupradictis ꝓcedere tam ex officio, & per

& per modũ inquiſitionis, denuntiationis, vel querelæ; & ẽt ad inſtantiã partis, ſeu partium pro vt voluerint, & ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, cauillationibus, & ſolemnitatibus iuris quibuſcunq; reiectis; atq; punire, & condemnare etiam ad mortem ſĩm formam iuris, & ſtatutorũ cõis Parmæ. Et q̃ etiã poſſint procedere, punire, & condemnare ẽt per indicia, præſumptiones, & coniecturas vſq; ad quantitatẽ libr. x. imperialium; & q̃ dicti ſyndicatores teneantur, & debeant diffinire, & terminare oẽs, & ſingulas cauſas, & quæſtiones coram eis verſas, & vertentes occaſione poteſtatis, refferendarij, vel alicuius de famulis ſuis vt ſupra; & quorumcunq; aliorũ officialiũ qui exercuerint aliquod officiũ per ſe, vel cũ alio vſq; ad duodecim dies. Et q̃ ipſi ſyndicatores habeant, & habere intelligantur durante eorum officio contra dictos poteſtatẽ, & officiales; ac etiam vt ſupra contentos, merũ, & mixtũ imperiũ, ac gladij poteſtatẽ, ac iuriſdictionem ẽt ordinariam inter eos, qui quouis modo litigarent, vel cauſarentur, aut aliter contenderent cum dictis poteſtate, & officialibus, & alijs vt ſupra; & etiam inter alios ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ, ſine quibus dictum eorum officium exercerĩ poſſit, quòdq; ſententiæ ipſorum ſyndicatorum valeant, & teneãt, ac roboris obtineant firmitatem, & executioni mandari poſſint, & debeant per quemlibet ius dicentem communis Parmæ.

De officio ipſorum ſyndicatorum, & modo procedendi.

TEneantur, & debeant dicti ſyndicatores coram ſe ad banchũ cõuocare poteſtatẽ ſyndicandũ, & oẽs, & ſingulos iudices, milites, comeſtabilẽ, domicellos, berouarios, ragacios, coquos, & alios de ſua familia; necnon oẽs alios, & ſingulos officiales ſyndicandos, & vt ſupra in præcedenti ſtatuto continet̃; & etiã alios officiales ſyndicandos, & quemlibet de familia eorũ congruè referendo; & coram ipſis poteſtate, & referẽdario vt ſupra legi facere inquiſitionẽ realẽ formatã cõtra eos, & quemlibet eorũ, de, vel pro cõmiſſis, vel ommiſſis, & neglectis contra formã iuris, & ſtatutorũ cõis Parmæ; & generaliter, vel ſpecialiter tangendo ea ſpecificè, de, vel in quibus veriſimilius, credibilius eſt eos magis deliquiſſe, vel negligiſſe; & facere, & cogere eos, Poteſtatẽ, Referendarium, & officiales ſtatim antequam diſcedant a bancho, ipſi inquiſitioni, ſeu inquiſitionibus generalibus, & ſpecialibus perſonaliter reſpondere, affirmatiuè, vel negatiuè, ẽt per ſacramentum realiter ꝓ dictos ſyndicatores deferendum; & cogere eos, q̃ idoneè, & legitimè caueant, & ſatiſdent, ẽt aliter q̃ per iuratoriã cautionem, de ſtando, & parendo mandatis ipſorum ſyndicatorũ; & de preſentando oẽs ſupradictos perſonaliter coram ipſis ſyndicatoribus, & in fortiã eorum, totiens, quotiens fuerint requiſiti; & de ſoluendo omnẽ condẽnationẽ, & condemnationes de eis poteſtate, vel officialibus; atq; de aliquo,

vel aliquibus de eius iudicibus, militibus, domicellis, & comestabile, bero uarijs, ragacijs, coquis, & alijs de eius familia syndicandis, congruè referendo, fienda, vel fiendas per ipsos syndicatores; & tam pro cõi Parmæ, quam alijs quibuslibet singularibus personis, cõibus, collegijs, & vniuersitatib⁹; & monere eos oẽs, & singulos, potestatẽ, & alios vt supra contentos, quòd singulis diebus, & horis termini syndicatus, debeant oẽs ipsi personaliter, aut aliàs legitimè, peremptoriè cõparere ad videndum, & audiendũ ferri, & ꝓduci libellos, petitiones, denuntiationes, accusas, vel querelas cõtra eos, vel aliquẽ eorꝫ ꝓducendos, & ꝓducendas corã ipsis syndicatorib⁹, seu qui, & q̃ fieri, & produci contingent vt supra, oretenus vel in scriptis; & tã per ipsos syndicatores ex officio eorꝫ, q̃ p alias psonas; & ad singula quęq; hora qua fiẽt, vel ꝓducent vt supra dicti libelli, petitiones, accusæ, denuncię, vel q̃relæ, respõdẽdi affirmatiuè, vel negatiuè, anteq̃ dicti syndicatores de bãcho discedant p principales psonas, vel habẽtes legitima mãdata ab eis, sub cõminatione, q̃ nisi cõparuerint singula quaq; hora vt supra, & dictis libellis, petitionibus, accusis, denuntijs, vel quærelis vt supra fiendis nõ respondiderint affirmatiuè, vel negatiuè; dicti domini syndicatores habeant eos, & quẽlibet eorꝫ, qui nõ cõparuerint, nec respondiderint vt supra, ꝓ cõuinctis, & confessis sup dictis talibus libellis, petitionibus, accusis, denuntijs, & querelis; & contra eos, & quẽlibet eorꝫ vt supra ꝓferent sententiã eorũ condemnatoriã, & punitoriã, ꝓut iuri, & statuto videbitur conuenire, tanq̃ contra conuictos, & cõfessos, conuictũ, & confessum; & ad videndũ ẽt, & audiendum iurare testes cõtra eos ꝓducendos, & ẽt ꝓcedi, & actitari sup libellis, petitionibus, denũtijs, querelis, & accusis, & occasione eorꝫ, & ẽt vsq; ad sententiã, & sententias incluſiuè; & ad videndum, & audiẽdũ in termino limitato p formã statutorum in syndicatibus ꝓferri sententiã, & sententias, & peremptoriè quas proferre volent, & proferrent ipsi syndicatores, tã sup inquisitione, q̃ sup ipsis talibus libellis, petitionibus, querelis, accusis, denuntijs factis, & fiẽdis, ac ꝓducẽdis vt supra; & ẽt antequam discedant a bancho vt supra cõmittere, & mãdare tubatoribus dicti cõis, q̃ vadant super scalis vtriusq; palatij dicti cõis; videlicet, palatij veteris, & palatij olim D. Capitanei, & sub dicto palatio veteri, & alijs locis publicis ciuitatis Parmæ, in quibus solent, & fieri debent proclamationes, & cridæ minutim per ciuitatem Parmæ; & in quolibet locorũ prædictorꝫ sono tubæ ꝑmisso, publicè, palã, & alta voce, ex parte, & cõmissione dictorum syndicorꝫ crident, proclament, citent, moneant, vel requirãt oẽs, & singulos ciuitatis, & epatus Parmæ, & alios cuiuscunq; conditionis existant, exprimendo, q̃ si est aliqua persona, cõe, collegium, locus, vel vniuersitas, aut ciuis, vel cõtadin⁹ ciuitatis, & epat⁹ Parmæ, vel aliqua alia psona, quę, quod, vel q̃ dicere, vel petere velit potestati, vel alicui de officialibus, vel familia suis, vel de aliquib⁹ alijs, vel de eis, vel aliquo eorꝫ conqueri per libellum, petitionẽ, accusam, denuntiã, vel querelam, vel aliter qualitercunq;, per se, vel per cõe Parmæ, debeat corã ipsis syndicatoribus, si sunt incolæ, & habitatores ciuitatis infra quĩq; dies, & si de epatu, vel districtu infra octo dies; & hoc si fuerint syndicatores de officiale, qui steterit in officio vltra semestre tantũ, illi de ciuitate habent terminum quattuor dierꝫ, illi de episcopatu, & districtu sex dierꝫ, super palatio veteri cõis Parmæ personaliter, aut legitimè, & peremptoriè cõparere, ad dicendũ, faciendũ, & producendum quicquid volũt, quoniã fiet iustitia. Quã cridã, & monitionẽ facere teneãtur, & debeant dicti tubatores ea die cõmissionis, vel sequenti post cãpanellam de mane, & ante tertias; vel post campanellam de nona, & ante vesperas, & similẽ cridam, & monitionẽ huius modi tenore super scalis prædictis, & ad bucham Malcantoni, in bucha plateæ ad S. Georgiũ, & in glarea cõis, iterata vice in die priori sabbati venturo post dictam commissionem hora tertiarũ, vel circa; & q̃ dicti tubatores referre debeant quid, & prout fecerint in prædictis; & teneantur, & debeant etiam ipsi tubatores sub vinculo sacramenti, eis vt supra præstandi sedere ad banchum singula hora tertiarum, & vesperarũ diei cuiuslibet ẽt feriati, & solemnis in honorẽ Dei, & sanctorꝫ, totaliter, vel pro parte termini limitati pro huiusmodi syndicatu; & audire omnes, & singulos aliquid petere, dicere, & conqueri volentes a dictis potestate, & officialibus, & alijs vt supra; & de eis admittere omnes, & singulos libellos, petitiones, & querelas, ac denuntiationes, & accusas de prædictis, vel aliquo eorum factas oretenus, vel in scriptis, ac productos, & productas ẽt extra terminos dictarum cridarum, & citationum, seu monitionũ vt supra fiendarum, qui libelli, petitiones, denunciæ, querelę, & accusę qualescunq; fuerint, & quæcunq; verba, & causam contineant, & cõcepti, vel cõceptę fuerint, aptè, vel ineptè, debitè, vel indebitè, iustè, vel iniustè admittant, & admissi, vel admissæ intelligant ipso iure, & cõ porrecti, seu porrectæ fuerint ipsi tales libelli, petitiones, accusæ, vel querelæ corã dictis syndicatoribus, statim præcipere illi, seu illis contra quem, seu quos facti, vel porrecti, factę, vel porrectæ fuissent, vel fuerint vt supra; si fuerit, vel fuerint præsens, vel præsentes, q̃ statim anteq̃ ipsi syndicatores discedant a bancho respondeat, seu respondeant dicto tali libello, petitioni, accusæ, denuncię, vel querelæ affirmatiuè, vel negatiuè, qui si respondere voluerit, vel voluerint, aut in respondendo fuerit contumax, vel contumaces, lis habeatur pro contestata super eis, & habeantur pro conuinctis, & confessis, seu pro conuincto, vel confesso super eis; siq; fuerit ille talis contra quem factus, vel productus fuerit, & vt supra absens, sed fuerit monitus per monitionem de qua supra fit mentio; & si fuerit cõtumax in comparendo, & respondendo vt supra, similiter lis habeatur pro contestata; & dictus talis habeatur pro conuincto, & confesso & vt supra; & contra eos tales dicti syndicatores proferãt, & ꝓferre debeãt eorꝫ sententiam ẽt

petitio-

condemnatoriã,& punitoriã,pro vt eis videbitur, inſpecto tenore dictoꝝ libelli,& petitionis,querelę,accuſæ, vel denuntiæ tanq̃ contra cõfeſſos;& ſententiæ taliter latæ valeant,& teneant,ac ſi rectè, & ritè, & ſeruatis ſer. uandis latæ fuiſſent,quæ omnia prædicta ſcribantur per notarios reforma tionum,ſeu notarios dictoꝝ ſyndicatorum,qui libellus vt ſupra porrect⁹, & facta eis reſponſione,quæ ſiue facta fuerit,ſiue non, habeatur lis pro cõ teſtata ſup eis,& ſtatim ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur terminus vtriq; par ti dierum trium ad probandum;& teneantur,& debeant dicti ſyndicato. res facere recipi,& examinari per notariũ, ſeu notarios eorum quoſcunq; teſtes q̃ ꝑducentur, & exhibentur in cauſis huiuſmodi vertentibus tũc co rã eis,cum interrogationibus generalibus;videlicet, de ſcientia eorũ quæ teſtificati fuerint,præſentibus ipſis teſtificatis per eos,& de loco, ſeu locis certis,ac certis anno,& mẽſe,quib⁹ fuerint ea teſtificata per eos,& quodli bet eorum per ſe,etiam de die certo,vel diebus vbi neceſſaria eſt expreſſio diei pro fouenda veritate;& abſq; interrogationibus vllis partium ne pro. ceſſus diferatur.Elapſo vero dicto termino trium dierum, oĩa hinc inde ꝑ ducta,& actitata,ac dicta teſtiũ,intelligantur,& ſint ipſo iure publicata, & ſtatim ſtatutus ſit,& eſſe ĩtelligat vtriq; parti terminus vnius diei ad re. probandũ,& opponendũ,& allegandũ quicquid reprobare,opponere,& allegare voluerint,quo termino elapſo prædicti ſyndicatores procedãt ad ſententiam,ſeu ſententias,abſolutoriam,vel abſolutorias, ſeu condemna. toriã,vel condẽnatorias pro vt de iure videbit̃ expedire.Et dictæ ſententiæ modo,& forma prędictis taliter latæ valeant,& teneant quacunq; iuris,& ſtatutoꝝ cõis Parmæ ſolemnitate ſeruata;teneant̃ quoq; ſyndicatores ꝑdi cti ſuper inquiſitione,vel inquiſitionibus generalibus,vel ſpecialibus for matis,vel formandis vt ſupra diligenter inquirere, & bona fide contra di ctos poteſtates,& alios de quibus ſupra fit mentio, & ſuper eis facere reci pi,& examinari quoſcunq; teſtes, & perſonas quas melius nouerint ſcire veritatem contentoꝝ in eis,ad quæ teſtimonia perhibenda cõpellere poſ ſint etiã quibuſcunq; remedijs iuris quaſcunq; ꝑſonas ciuitatis ,epiſcopa tus,& diſtrictus Parmę.Et inter cæteros teneantur,& debeantur interroga re,& recipere becharios,& poteſtatem,& maſſarium becharioꝝ,taberna rios,ſpeciarios,mulinarios,lardarolos,datiarios,& eoꝝ notarios, & Antia nos ipſarꝝ artiũ,& aliarꝝ,cũ quibus,ſeu ad quas exercetur officium victua lium;necnon conſules viciniarꝝ ciuitatis,& miſtrales,& camparios villa rum diſtrictus,qui fuiſſent miſtrales,conſules,aut camparij tempore offi cij poteſtatis,aut officialium vt ſupra ſyndicandorum;& facere, & cogere eos ſupradictos,quos veriſimiliter eſt ducere librum de rationib⁹ artium ſuarum,exhibere ipſos libros artium coram ſe,& in eis;& a ꝑdictis,& alijs ꝑſonis,ꝑ quas melius poterunt erudiri,inquirere,de,& ſuper contentis in dictis ĩquiſitionib⁹,& ẽt de cõmiſſis,vel ommiſſis,aut neglectis in officijs talium

talium ſyndicandoꝝ,& ꝑput inuenerint,ſcribi facere per notariũ,ſeu nota rios ipſoꝝ ſyndicatoꝝ,vt de eis conſtare poſſit;& ſi ꝑ inquiſitionem illius modi aliquid reperierint,ꝑꝑ quod cognoſcant locum eſſe torturæ ꝑ eruẽ da veritate,q̃ ſubijcere teneant̃, & poſſint quoſcunq; officiales repierint eſſe torquendos pro veritate prædicta. Et q̃ de quantitate libr.x. imperia lium,& ab inde infra poſſint ipſi ſyndicatores ſummariè,ſimpliciter,& de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij,& per indicia, & ꝑſumptiones,& alijs probationibus ſolemnibus pro vt dictis ſyndicatoribus videbitur, & place bit.Et q̃ petitiones,libelli,denuntię,accuſæ,vel quærelæ,quæ fiẽt,& quos, & quas produci continget contra ſyndicandos vt ſupra,ſi ex eis, vel conté tis in eis veniat vlla pœna applicanda communi Parmæ,non poſſint, nec debeant remitti,nec çancellari,aut aboliri in præiudicium dicti cõis; aut quominus ipſum commune conſequatur pœnam prædictam, vel q̃ cõſe qui debuerit.Et q̃ ſententiæ,& ꝑcepta ſyndicatoꝝ,vel maioris partis eoꝝ, ſi ẽt ꝑ eos latæ fuerint vna cũ ſyndicatoribus mittendis per Illuſtriſs.D. no ſtrum;ſi quẽ tñ mittere contingerit,valeant,& teneant; & totũ quicquid fecerint ſeruata forma ſtatutorũ prædictorum,roboris firmitatẽ obtineat, ac ſi ſeruatæ fuiſſent in eis oẽs ſolemnitates iuris.Et q̃ ſi ſyndicatores,& eo rum notarij non fecerint ſm̃ formam huius ſtatuti,cadant in pœnam libr. xxv.Parmeñ.pro quolibet ipſorum,& qualibet vice.Et quilibet qui libellũ obtulerit,cui hoc capitulum non fuerit obſeruatum in hoc, ponendo ali quid,vel in negligendo,aut in ommittendo aliquid de ſolemnitate huius ſtatuti,poſſit conuenire dictos ſyndicatores, & quemlibet eorum ad ꝑdi ctam pœnam ſibi vendicandã;& ad quodlibet ſuum intereſſe quomodo libet corã officiale cõis Parmæ;ſine ſtrepitu,& figura iudicij.Et ſi dicti ſyn dicatores reperierint,q̃ D.poteſtas,vel officialis qui ſyndicaretur; vel ali quis de ſuis habuerit aliquid a cõi,vltra illud quod ſibi conceſſum eſt per ſtatuta cõis,etiam auctoritate alicuius conſilij,vel reformationũ ad ſcurti nium,vel ſine ſcurtinio,vel aliter,vel alio modo; ſyndicatores teneantur, & debeant condemnare ipſum D.poteſtatem,vel illum de ſua familia,vel alium officialem qui ſyndicaretur,qui aliquid vltra,vel aliter habuerit, q̃ ſupradictum eſt,ad reſtituendum illud quod indebitè habuerit omni ex ceptione remota,cum pœna dupli; & ſi ſyndicatores prædicti officiũ ſui ſyndicatus ex officio ſuo non fecerint modo prædicto,poteſtas regẽs tunc temporis teneatur,& debeat punire, & condemnare dictos ſyndicatores ſm̃ formã in hoc capitulo poſitã,& compellere eos ad damnum reſtituen dũ cõi,& ſingularibus perſonis.Et inſuper poſſint prędicti ſyndicatores,& teneantur,& debeant ſyndicare prædictum D.poteſtatem,& eius familiã, & quemlibet alium officialem ſyndicandum;& eos, & quemlibet eorum condemnare in quadruplum,de omnibus,& ſingulis quæ receperint in debitè,per ſe,vel alium aliqua ratione,vel occaſione;ipſi, vel aliqui de fa.

milia ipſius ab aliqua perſona ſeculari, vel eccleſiaſtica tempore eorũ of-
ficij ſupradicti, quibus diebus duodecim, prædicti D. poteſtas, eiuſq; famu
li, & officiales alij vt ſupra ſyndicandi ſtare debeant vt ſupra congruè refe-
rendo ad ſyndicatum vt ſupra, ſm̃ formam ſtatutorum prædictorum dein
de loquentium; & omnia, & ſingula quæ in hoc capitulo continent̃ pre-
cisè debeant obſeruari. Et dicti ſyndicatores habere debeant pro ſuis vſib⁹
medietatem omnium, & ſingularum condemnationum per ipſos fienda-
rum, ſeu factarum; alia vero medietas applicari debeat cameræ Illuſtriſſ. D.
noſtri, vel communi Parmæ ex quacunq; de cauſa.

Quòd poteſtas tempore ſui ſyndicatus non poſſit habere in aduocatos, ſyndicos, vel procuratores aliquem ciuem Parmæ.

POteſtas, vel aliquis de ſua familia, ſeu aliquis alius officialis commu
nis, toto tp̃e ſyndicatus eorum habere non poſſint aliquem ciuem
Parmæ in aduocatum, ſyndicum, vel procuratorem, vel aliquem ci
uem Parmæ allegantem, vel dicentem ius ſuum contra aliquem ciué Par-
mæ, volentem tempore ſyndicatus eorum ab eis petere aliquam rationé,
ſub pœna libr. x. imperialium pro quolibet, & qualibet vice, cuius pœnæ
medietas applicetur illi, contra quem eſſet ipſe procurator ſyndicus, vel
aduocatus; & alia medietas communi Parmæ.

Quòd nullus ciuis Parmæ audeat comedere, vel bibere cum D. Poteſtate, vel eorum famulis tempore eorum ſyndicatus.

NVllus ciuis Parmæ audeat, vel præſumat tempore ſyndicatus D.
poteſtatis ire ad comedendum, vel bibendum, nec comedere poſ
ſit cum ipſis, vel bibere, nec cum aliquo de ſua familia; & ſi quis
contrafecerit ſoluat pro banno libr. x Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare,
& habeat medietatem banni.

Qualiter foraſterij poſſint fieri ciues.

SI quis foraſterius oriũdus de extra iuriſdictionem communis Parmæ
voluerit fieri ciuis Parmæ, fiat, & fieri debeat auctoritate conſilij ge-
neralis cõis, & populi Parmæ, & ſicut ipſi conſilio placuerit; ita tamẽ
q̃ ille talis infra terminum qui ſibi per dictum conſilium ordinabitur, te-
neatur, & debeat facere fieri de nouo vnam domum in ciuitate Parmę va
lentem libr. centum imperialium ad minus; vel aliam domum conſtructã
emere in ciuitate Parmæ valoris libr. ducentarum imperialium ad min⁹,
quæ domus ſit, & remaneat cõi obligata pro ſubſtinendis, & faciendis
oneribus cõis, quæ domus perpetuò non poſſit vendi, vel alienari, vel in
alium quoquomodo transferri ſine voluntate dicti conſilij; & inſtrumen
tum quod fiet de emptione caſamenti, ſuper quo dicta dom⁹ facta fuerit,
vel

vel de emptione dictæ domus debeat aſſignari poteſtati, & poni ad came-
rã cõis, & etiã regiſtrari ibidẽ, facta prius fide D. poteſtati, vel ei⁹ vicario de
valimento dictę domus; & niſi dictus talis adimpleuerit p̃dicta, priuilegiũ
citadinantiæ ſit ipſo iure nullũ. Saluo q̃ nullus poſſit fieri ciuis Parmæ au-
ctoritate dicti conſilij, vel aliquo alio modo, qui non ſit verè amicus cõis
Parmæ, aut qui ſit vſurarius, vel homicida, vel bannitus, vel exul de terra
ſua pro maleficio; & hoc capitulum ſit præciſum, & præcisè debeat obſer
uari, ita quòd abſolui non poſſit auctoritate alicuius conſilij.

De miſtralibus fiendis per communalia terrarum, & locorum epiſcopatus Parmæ.

OMnia, & ſingula communalia villarum, & locorum epiſcopatus
Parmæ ſingulis annis de menſe Ianuarij teneantur facere vnũ mi-
ſtralem ad minus, ad reſpondendum officialibus cõmunis in pœ-
na, & banno centum ſoldorum Parmeñ.

*Qualiter miſtrales villarum, & locorum epiſcopatus Parmæ, teneantur fideiuſ-
ſores præſtare de obediendo communi, & officialibus communis.*

MIſtrales, & conſules terrarum, villarum, & locorum ep̃atus Parmę
ſolummodo teneantur, & debeant ſingulis annis de menſe Ia-
nuarij corã vicario D. poteſtatis comparere ad promiſſiones, &
obligationes faciendas; & ad fideiuſsiones præſtandum de non receptan-
do bannitos, & de aſſecurando ſtratas, villas, & loca; & de denunciãdo iu-
dici maleficiorum furta, maleficia quæcunq;, & robarias quaſlibet, q̃ fient
ſup eor⁹ territorijs, & de oĩbus, & ſuper oĩbus de quibus, & pro quibus fide
iubere, & promittere tenentur, & debent ſm̃ formam ſtatutorum, ordinũ,
prouiſionũ, & reformationũ cõis; & notarij reformationũ dictas fideiuſ-
ſiones, & promiſſiones recipere teneantur, & debeant; nedum pro officio
pertinente ad D. poteſtatem, ſed ẽt pro officijs quibuſcunq; alterius offi-
cialis cõis Parmæ, qui notarij generalem promiſſionem, & obligationẽ p̃
quibuſcunq; officialibus cõis, & pro quibuſcunq; negotijs, atq; cauſis pti-
nentibus ad cõe, & ad quæ tenentur ſm̃ continentiam ſtatutorum, p̃uiſio
num, & reformationũ recipere teneant̃; ita q̃ ſolũ vna vice in anno de mẽ
ſe Ianuarij tantũ dictas promiſſiones, & obligationes facere teneant̃, & de
ipſis promiſſionibus, & obligationibus fieri debeat per ipſos notarios vn⁹
ſpecialis liber permanſurus ſemper in archiuis notario⁹ reformationum
cõis, vt de ipſis ſemper facilius copia valeat haberi; & non poſſint dicti no
tarij reformationũ pcipere, vel habere ab aliquo miſtrale, ſeu conſule cu-
iuſlibet villæ vltra duodecim imperiales; & aliter grauari non poſſint, nec
debeant; & q̃ non teneantur, nec cogi poſsint dicti miſtrales, vel cõſules
per alios notarios; vel ad alia officia ciuitatis Parmæ pro fideiuſſorib⁹ præ-
ſtandis,

ſtandis, q̃ per notarios, & ad officium reformationum, ſub pœna contra-
facienti tam officiali, q̃ notario, & q̃ aliæ perſonæ libr. quinq; Parmen. ap-
plicandarum pro medietate communi, & pro alia medietate miſtrali; &
quas pœnas pro quolibet, & qualibet vice exigere teneatur Referẽdarius
ſub pœna dupli, non obſtantibus aliquibus editis, vel edendis in contra-
rium, quibus ſit per hoc totaliter derogatum.

Quòd magnates, potentes, & nobiles teneantur ſingulis annis præſtare fideiuſſores de aſſicurando ſtratas publicas communis, & populi Parmæ.

OMnes, & ſinguli magnates, nobiles, & potentes cuiuſcunq; condi-
tionis exiſtant, ſtantes, & habitãtes in epiſcopatu ciuitatis Parmæ,
teneantur, & debeant ſingulis annis de menſe Ianuarij venire co-
ram vicario D. poteſtatis ad banchum reformationum; & ibidem bonas,
& idoneas ſecuritates præſtare de parendo mandatis D. poteſtatis, & com
munis Parmæ; & de aſſecurando ſtratas, villas, & loca, in quibus ſtant, ſeu
habitant; & de prohibendo ne aliquæ robariæ, fortiæ, ſeu violentiæ fiant
in ipſis villis, vel locis; & de non receptando, ſiue recipiendo bannitos, vel
exules; & de aſſecurando villas, ſtratas, & loca ſuper eorum territorijs, de
qua fideiuſſione quotcunq; fuerint magnates, nobiles, vel potentes vnius
loci, vel terræ, villæ, vel caſtri inſimul promittentes, & fideiuſsiones præſtã
tes, non poſsint notarij reformationum percipere vltra duodecim impe-
riales. Si verò ſingulariter promiſerint, & fideiuſsiones præſtiterint, non
poſsint percipere de qualibet promiſsione vltra ſex imperiales.

Quòd nullus officialis poſsit eligi ad aliquod officium, vel laborerium, vltra, vel aliter, quàm in ſtatuto communis continetur, & de pœna poteſtatis ad hoc conſentientis.

POteſtas Parmæ teneatur ſacramento præciſo non eligere aliquẽ of-
ficialem, nec pati, nec ſubſtinere, q̃ eligatur aliquis officialis, vel cõ-
ſtituatur ad aliquod officium exercendum in ciuitate, vel diſtrictu
Parmæ vltra, vel aliter, vel alio modo, q̃ in ſtatutis cõis Parmæ cõtinetur;
ẽt ſi aliquod opus fiendũ eſſet pro cõi, vel aliquibus perſonis alicuius villę,
vel loci, quoniam in omnibus caſibus ſatis prouiſum eſt per ſtatuta com-
munis, qualiter, & per quos dicta opera fieri poſsint, & debeant. Saluo, q̃
ſi aliquis caſus contingeret, in quo aliquis officialis nouus omninò neceſ-
ſarius eſſet ad aliquod negotium, vel opus fiendum, de quo per ſtatuta cõ-
munis non fuiſſet prouiſum; tunc D. Poteſtas, & Antiani cõis, & cum duo
decim ſapientibus adiunctis per Antianos eligendos, talem officialem poſ
ſint eligere; & ſibi ſalarium, & officium decernere ſm̃ quod ipſis Antianis,
& ſapiẽtibus placuerit; & ſi aliter electus fuerit, vel deputatus, talis electio,
& quic-

& quicquid fecerint ratione dicti officij ſint nullius momenti; & poteſtas
qui ipſum elegerit, vel permiſſerit ipſum eligi, vel officium, vel aliqd exer-
cere, cadat in pœnam libr. centum Parmenſium pro qualibet vice.

De electione, & ſalario iudicis gabellæ groſſæ, & quod nullum poſsit ad torturam ponere.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ poteſtas Parmæ vna cum Antianis, &
duodecim ſapientibus adiũcti, eligendis per ipſos Antianos, teneatur
infra vnum menſem poſt publicationem, & approbationem iſtorũ,
ſtatim eligere vnum prouidum, & legalem virum iuris peritum, & exper-
tum, maiorem quadraginta annis, qui non ſit oriundus, vel ciuis terræ, de
qua ſuo tempore erat poteſtas Parmæ, vel ſyndicus generalis communis;
& nunquam fuerit officialis alicuius ciuitatis, nec ciuis ciuitatis Parmæ in
iudicem, vel pro iudice gabellæ groſſæ communis pro ſex menſibus tunc
proximè futuris; & deinceps eligatur dictus iudex modo, & forma quibus
ſupra; & habeat dictus iudex pro ſuo ſalario, & pro quattuor berouarijs ſe-
cum tenendis, & de omni ſua familia de hauere communis pro ſex men-
ſibus centum quinquaginta libr. imperialium, & non vltra, per aliquẽ mo
dum directum, vel obliquum, ſibi ſoluendas per Maſſarium communis
ſingulis duobus menſibus pro rata pro ſuo officio exercendo ſecundũ for-
mam ſtatutorum loquentium de ſuo officio. Saluo, q̃ non poſſit ponere
ad torturam occaſione ſui officij, vel alia quauis cauſa aliquem de ciuita-
te, vel diſtrictu Parmæ, vel aliunde etiam præcedentibus legitimis indi-
cijs, q̃ ſi fecerit omnis proceſſus inde ſequens ipſo iure ſit nullus, & omnis
confeſſio ipſo iure ſit nulla, & nihilominus cadat in pœnam libr. quinqua
ginta Parmen. pro qualibet vice; & poſſit, & debeat dictus D. Iudex ſyndi
cari de omni eo, & toto, quod fecerit contra formam ſtatutorum commu
nis Parmæ, & ſui officij, & per ſyndicos ad hoc eligendos circa finem ſui
officij per D. poteſtatem, & Antianos cum duodecim ſapientibus per eos
eligendis; & ad ipſum ſyndicatum ſtare, & reſpondere teneatur pro ſe, &
tota ſua familia, ſecundum tempus, modum, & ordinem, de quibus per ip
ſos Antianos, & ſapientes firmabitur. Et prædicta omnia, & ſingula obſer-
uari debeant præciſè, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, vel ordinamẽtis
loquentibus de officio, & poteſtate iudicis dictæ gabellæ groſſæ, nec ali-
quibus alijs ſtatutis, vel ordinamentis communis, & populi Parmæ in cõ-
trarium loquentibus quoquomodò. Et reſeruata tamen ſemper, ac ſalua,
& excepta auctoritate, diſpoſitione, & voluntate præfati Illuſtriſs. Princi-
pis, & Magnifici D. noſtri, quæ ſit, & eſſe intelligatur derogatoria, & abro-
gatoria omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & pro lege debeat præcęteris in-
uiolabiliter obſeruari.

Qua-

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА

Qualiter debeant fieri exactiones per quoscunq; officiales communis Parmæ, de quibuscunq; taleis, siue impositionibus quibuscunq;, ac taxa salis, impositis, & decætero imponendis, cõmunibus episcopatus Parmæ, vt cessent extorsiones correriorum, & exigantur imposita, & imponenda velociter.

STatutum, & ordinatum est, q̃ de quibuscunq; taleis, impositionibus, taxa salis, & alijs quibuscunq; oneribus impositis, & de cætero imponendis per Illustris. D. nostrum, siue per commune Parmæ communibus episcopatus Parmæ; vt cessent extorsiones, & denarij a debentibus exigantur velocius, fiant exactiones modo infrascripto; videlicet, q̃ ordinata imponi, & imposita, siue compartita qualibet talea, siue impositione, & ordinatis scriptis mittendis communibus episcopatus Parmæ de notitia ipsi⁹ taleæ, seu impositionis eiusdem, in illis scriptis præcipiatur p̃ correrios andatarum, qui nihil percipere possint ab ipsis communibus præter taxam correriorum, andatarum de la scala vniuersitati correriorũ deputatam dictis occasionibus, & similibus, prout in ordine correriorũ euidenter apparet, q̃ mistrales dictæ terræ cui dirigitur talis scriptus, continens quantitatem taleæ, siue impositionis, & causam, ac quantitatem, & qui prædicta cõtinere debeat, vna cum vno, vel duobus vicinis suis ex melioribus compareat, & comparere debeat coram illo officiale Parmæ, ad quem spectabit exactio illius talis impositionis, cui mistrali, & hominib⁹ cum comparuerint, præcipiatur per illum officialem, ad quem spectabit exactio illa, q̃ sub pœna quam voluerit imponere, non discedant a ciuitate Parmę, vsq; quo non soluerint ipsam taleam, impositionem, siue taxã; vel satisfecerint in ciuitate tantum idoneè de soluendo illam impositionem, sic eis impositam ad terminum, siue ad terminos per ipsum officialẽ limitandum, seu limitandos; vt securus sit ille officialis ad habẽdum illos denarios illius taleæ, siue impositionis, aut taxę, absq; q̃ amplius necesse sit mittere illud commune ad pignorandum, siue derobandum pro illa talea, impositione, vel taxa; & si dictus mistralis, & homines fuerint inobedientes in comparendo coram illo officiale, ad quem spectabit illa talis exactio, transacto termino eisdem in scriptis dato, & assignato, vt supra dictum est ad comparendum; possit, & debeat, ac teneatur ille talis officialis mittere vnum berouarium, cum vno correrio in possessionem ad illas terras, quarum mistrales, & homines fuerint inobedientes, quibus correrijs, & berouario dentur nomina octo villarum ad minus, si tot fuerint, & reperiantur inobedientes in vna porta; & si tot non essent in illa porta, accipiantur tot in alia porta de propinquioribus villis vsq; ad numerum octo villarum vt supra, quarum villarum hominibus, & mistralibus singulatim in qualibet villa notificetur per eosdem correrium, & berouarium in scriptis, q̃ per talem officialem Parmæ sunt missi in possessionem, ad ipsas villas, siue terras, propter eorum inobediẽtiam, inde non discessuri vsq; quo portatum fuerit eis scriptum vnum per mistralem, siue homines dictę terræ signatum, siue scriptum manu illius officialis, ad cuius mandata illicò sunt missi, qualiter integrè illi mistrales, siue homines soluerint taleam, siue impositionem, aut taxam, pro qua ad terram illam missi sunt; vel confessionem scriptam manu rationatoris communis Parmæ, & subscriptam manu thesaurarij communis Parmæ, in qua subscriptione contineat quãtitas soluta per dictum mistralem, & homines; siue alium eorum nomine, quibus correrio, & berouario, siue familiari, dentur singulo die, quo ipsi steterint in possessionem per illa omnia communia sol. quinq; impialium pro quolibet eorum pro eorum mercede, & sol. quattuor ℔ quolibet eor⁹ pro expensa bucæ, a quibus communibus etiam si forent plura cõmunia, quam octo, nihil percipere possint vltra prædicta, q̃ si fecerint, condẽnetur in quadruplum illius pluris q̃ acceperint; etiam si acceperint pro victu vltra taxam prædictam aliquid, quod non foret eis compensatum. Et non possint propterea sua auctoritate ire aliqui correrij, vel berouarij, siue famuli in possessionem pro ipsis taleis, siue impositionibus, aut taxis in aliqua villa, vel terra episcopatus Parmæ; nisi habeant extractum, siue licentiam ab illo officiali, ad quem spectabit exactio illa manu eiusdem signatum, siue signatam, sub pœna in præsentibus statutis limitata de nõ pignorando aliquem sine licentia; & hoc statutum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari, in pœna, & sub pœna cuilibet officiali libr. quinquaginta imperialium pro qualibet vice de suo salario, applicandarum cõmuni Parmæ, & de prædictis possit, & debeat syndicari.

Ordo seruandus per Dominos Antianos ciuitatis Parmæ in eorum officio.

AD conseruationem, & bonum regimen communis, & populi Parmæ ad cautelam prouiderunt, q̃ omnia statuta dictæ communitatis executionem habeant, & executioni demandentur prout iacent ad litteram; & si aliqua in præsentiarum, vel hactenus propter abusum, vel aliter non seruantur, aut non sunt in viridi obseruantia, seruari debeant; nisi eis, vel alicui eorum fuerit expresè per specialem prouisionem consilij generalis derogatum; & maximè statutum positum in primo libro statutorum communis Parmæ, sub rubrica de modo obseruando in consilijs fiendis de aliquo debito fiendo, vel dono, vel maioribus expensis de auere communis; & quod nullus Antianus, vel præsidens negotijs cõmunis qui pro tempore fuerit, audeat, vel præsumat prouisionem aliquã facere, vel eidem consentire, quæ sit cõtra formam prædictorum statutorum,

ut supra 2 pag. V

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

rum,& contra prouiſionem;& quicquid factum fuerit,ſit irritum, & inane,& nullum,ac nullus valoris,efficaciæ vel momenti; nec poſſit contra præſentē prouiſionē diſpenſari quoquomodo, niſi per generale conſiliū.

Item prouiderunt,ꝙ Antiani,vel præſidentes communis Parmæ non poſſint facere alias expenſas,q̄ limitatas, vel ordinatas per formam ſtatutorum communis Parmæ; & maximè ſtatuti poſiti ſub rubrica de modo obſeruando in conſilijs fiendis, de quo non poſſit diſpenſari; exceptis expenſis ambaſciatorum;quas fieri neceſſe erit pro re importanti,quæ expectare commodè non poſſit deliberationem conſilij generalis; aliter non fiant etiam iſtæ ſine conſenſu dicti conſilij.

Item ꝙ prædicti Antiani,ſiue præſidentes non poſſint facere gratiā de aliqua condemnatione facta,nec impedire fiendas in totum,nec in partē, niſi cum licentia conſilij generalis; & quicquid factum fuerit ſit irritum, & inane,nullum,nulliuſq; valoris,efficaciæ vel momenti; & ꝙ nullus notarius,aut cancellarius,aut rationator communis Parmæ audeat aliquam ſcripturam facere,nec cancellationem facere contra præſens capitulum, & ſi ſecus fiat,pro non facto habeatur.

Item ꝙ Antiani,ſiue præſidentes nō poſſint domos,vel apothecas,ſeu alia bona,iuraq;,& laboreria dicti communis locare ad medium,vel non modicum tempus ſine incātu,& ſubhaſtatione facta per prius, quæ nō debeat durare minori tempore viginti dierum continuorum', & niſi ſecundum formam iuris,& ſtatutorum communis Parmæ;& ꝙ ſi ſecus factum fuerit,non valeat,nec vllam roboris habeat firmitatem.

Item prouiderunt,ꝙ nullus officialis electus per commune Parmæ ſalariatus,poſſit eligi;nec ad officium ſtare in dicta ciuitate, & eius epiſcopatu vltra tempus,& ſpatium vnius anni;& ſi ſecus fiat,ꝙ omnia acta per dictos officiales fienda ſint ipſo iure nulla,& nullius valoris,nec poſſint vllo modo contra hoc diſpenſari.Hac tamen ſemper declaratione,ꝙ officiales preſentes,& qui preſunt officijs,vllo pacto ab eorum officijs remoueri nō debeāt,nec poſſint,niſi in fine præſentis anni;& ꝙ nullus poſſit habere niſi vnicum officium,& teneantur officium perſonaliter exercere,& nō per ſubſtitutum exerceri facere.

Item prouiderunt,ꝙ Antiani poſſint expendere vltra prædictas expenſas extraordinariè libr. centum quinquaginta imperialium pro qualibet muta,quę durat per duos menſes;dummodò nihil expendant pro aliquo dono,aut munere faciendo alicui officiali Parmæ, qui pro iure reddendo in ea ciuitate maneat ordinarie.

Item prouiderunt, ꝙ nullus de conſilio poſſit dare ſuam vocem alicui Antiano,vel conſiliario,niſi pro vna,& eadem re, & ſemel tantum, denominādo rem ipſam præcisè;niſi ſit infirmus,abſens, vel alia rationabili cauſa impeditus,quo caſu poſſit dari vox generaliter ad oīa occurrentia.

Item

Item ꝙ Antiani, & præſidentes cōis Parmæ poſſint dummodo collegialiter congregati,& ſolemniter conuocati fuerint de licentia D.poteſtatis,aut eius vicarij conceſſa,vel ſaltem requiſita ſcribere,nuncioſq;,& oratores mittere ad Illuſtriſs.D.D noſtrum de quacunq; re,prout eis,vel maiori parti ipſorum placuerit;dummodo fuerit in præſentia vt ſupra, deliberatum,vel ſaltem dicto D.poteſtate requiſito,ſi fortaſſis intereſſe noluerit; & prouiſio fieri poſſit de tali expenſa fienda,ſecundum tamen formam ſtatutorum,& præſentium capitulorum abſq; eorum auctoritate, & præſentia,& aliquibus in contrariū quouis modo facientibus non obſtantibus.

Item ꝙ omnes prouiſiones Antianorum, vel cōſilij generalis priuſquā habeantur pro perfectis,legantur coram Antianis,vel conſilio; & ſcribantur,& regiſtrentur in vno libro,qui debeat poni ad eccleſiolā penes rationatores communis Parmæ,cum hoc ꝙ cancellarij communis Parmę clauim vnā habeāt archiuij,in quo fuerit ipſum regiſtrū,& rationatores aliā.

Item ꝙ poteſtas Parmæ non debeat conſentire prouiſionibus Antianorum,vel præſidentium communis capitulis ſupraſcriptis, & ſtatutis communis contrariantibus;& ꝙ de ſuis conſenſibus, & auctoritatibus in prouiſionibus interponendis in ſuo ſyndicatu teneantur reddere rationem,& poſſit ſyndicari.

Item prouiderunt, & ordinauerunt, ꝙ in fine cuiuſlibet anni, ſi fuerit per aliquem depoſita querela ſuper geſtis per aliquam mutam Antianorū illius anni,legatur illa querela in primo conſilio generali, quod congregabitur in anno ſequentt, & reuideantur etiam geſta per quamlibet mutam Antianorum,qui fuerint in illo anno;ſi fuerit facta de ipſis querela vt ſupra;vt ſi in aliquo contrafactum fuerit, declaretur per ipſum conſilium generale,aut per illos quibus conſilium committet;& emendentur,& proūideatur etiam pœnaliter prout ipſis qui in conſilio generali fuerint deputati videbitur, & placuerit.

Capitulum extractum ex regiſtro anni M. CCCCLXVI. *die vltimo Auguſti.*

ITem ad effectum vt maior commoditas habēdarum vocum ipſorum dominorum Antianorum habeatur, ſeruetur modus infraſcriptus. In ipſorum Antianorum extractione;videlicet, quando extrahentur Antiani, qui extrahi debeant de duobus menſibus in duos menſes, vt conſueuerat fieri,& vt præfertur,quæ extractio debeat fieri per Magnif.D. Poteſtatem Parmæ,& ſeu eius D.Vicarium, vel locumtenentem in preſentia Antianorū,qui tunc erunt;& ſi contiget, ꝙ extrahatur breue ſuper quo ſit ſcriptum nomen alicuius conſiliarij abſentis,vel mortui, eo in caſu reponatur,& reponi debeat illud breue in buſſulo;& aliud extrahatur, ita vt habeatur numerus Antianorum integer,& præſens; & ſic ſucceſſiuè fieri debeat quouſq; poſſint haberi;ex & de dictis buſſolis voces viuæ, & præſentes;

ſentes; & in fine quando haberi non poſſet numerus integer ipſorum do. minorum Antianorum, loco abſentium, & mortuorum ſubrogari debeãt alij per Antianos, qui tunc erunt de illa ſquadra, & ſeu illis ſquadris, quæ voces ſuas non haberet, vel haberent; de familia tamen eorum qui abſentes eſſent, vel mortui, & de eorum proximioribus ſi erũt, & poterunt haberi ſufficientes, & idonei; & prædicta ſemper cum participatione, & conſenſu Magnifici Domini Commiſſarij, vel Magnifici Domini poteſtatis; qui tunc erunt.

Liber primus Statutorum Magnificæ Communitatis Parmæ explicit.

LIBER SECVNDVS STATVTORVM MAGNIFICAE COMMVNITATIS PARMAE INCIPIT.

De quæſtionibus ventilandis, & decidendis in ciuitate Parmæ.

OMnes cauſæ, & quæſtiones ciuiles cuiuſcunq; conditionis fuerint, ortæ, vel oriundæ in ciuitate, vel epatu Parmæ inter quoſcunq;, debeant ſaluis ſemper delegationibus quæ fierent per præfatum D. noſtrũ venti lari, cognoſci, & terminari tantum in ciuitate Parmę, ſub iuriſdictione D. poteſtatis, ſuorumq; iudicum, & aduogadroꝝ cóis Parmæ, aduogadrorum mercadan diæ, prout ad ipſorum, & cuiuſlibet eorum ſpectat officium, ita, quòd ſolũ modo in dicta ciuitate iura reddantur; & non in alio loco caſtro, ſeu villa epiſcopatus Parmæ; pręterquam in territorijs, villis, & caſtris, in quorum poſſeſſione, & detentione præfatus D. Epiſcopus Parmenſis ſit de iure, & de facto, & hoc ſecundum formam compoſitionis olim factæ inter dictũ D. Epiſcopum, & commune Parmæ. Et nulla perſona audeat, vel præſumat in aliqua parte epiſcopatus, vel diſtrictus Parmæ, modo, ſeu prætextu aliquo reddere, ſeu facere rationem per ſe, nec per interpoſitam perſonã, nec cognoſcere de aliquibus quæſtionibus, præterquam ſub officialibus communis Parmæ; & ſi quis reddet, vel reddi faciet rationem contra præ dicta in caſu criminali, puniatur perſonaliter per poteſtatem Parmæ ſecũ dum qualitatem facti; in ciuili verò puniatur in quingentis lib. Parmeñ. p quolibet, & qualibet vice; & actor puniatur in centum lib. Parmeñ. & ca dat a iure ſuo, & nulla detur actio, vel exceptio alicui; ſed omnia quę con tra fierent, ſeu ab inde retro facta reperirentur in aliqua parte diſtrict°, ſeu epiſcopatus Parmæ, ſint nullius efficaciæ, & valoris, & pro nullis ipſo iure habeantur, ſaluis pœnis imminentibus per alia ſtatuta communis Parmę. Et aliquis iudex, vel notarius, vel aliquis alius ciuitatis, vel diſtrictus Parmæ, vel aliunde non audeat conſulere in prædictis, nec examinare, nec ali quid ſcribere, nec procuratoris officium exercere, pœna, & banno vigintiquinq; libr. Parmeñ. Et nullus notarius, vel alius audeat, vel præſumat de aliquibus quæſtionibus in epiſcopatu, vel diſtrictu Parmæ aliquas ſcriptu ras facere, nec inſtrumentum alicuius compromiſſi de iure tantum, nec

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

ſententiæ arbitralis, nec aliquod inſtrumentum pertinens ad dominum, vel cauſa vaſſallitici, ſeu fidelitatis, nec teſtes recipere extra ciuitatem Parmæ; niſi de mandato, parabola, & conſenſu officialium cõmunis Parmæ, coram quibus eſſet quæſtio ſuper aliquo negotio, ſeu quæſtione mota, vel mouenda in epiſcopatu, vel diſtrictu Parmæ, tam ciuiliter, quã criminaliter, in pœna, & banno libr. xxv. Parmeñ. ſi quæſtio fuerit ciuilis; & ſi quæſtio fuerit criminalis, in pœna, & banno centum libr. Parmeñ. & nihilominus omnia quæ contrafierent, ſeu facta reperirentur, ſint vana, caſſa, & irrita ipſo iure; & poteſtas, & iudex maleficiorum teneantur, & debeãt in principio, & medio ſui regiminis diligentem inquiſitionem facere de prædictis, ſi in aliquo contrafieret; & punire delinquentes, ſeu contrafaciẽtes pœnis in hoc ſtatuto contentis; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. Et D. poteſtas teneatur in principio ſui regiminis, & in medio facere cridari publicè, & minutim per ciuitatẽ diebus ſabbathi hoc ſtatutũ, & omnia in eo contenta, & hoc capitulum ſit præciſum; & prędicta locũ non habeant in cõpromiſſis, quę fiunt de iure, & de facto in epatu, ſeu diſtrictu Parmę, nec in ꝓceſſibus, & ſentẽtijs ex inde ſecuturis.

De officio aduogadrorum.

ADuogadri mercantiæ, & cõis Parmę extrahantur per ſapientes dominos Doctores iuris peritos, de Collegio Doctorũ iuris peritorũ ciuitatis Parmę; & deputentur ad ipſum officium aduogadriæ de tribus menſibus in tres menſes, ad ſortem iuxta ordines dicti collegij; & habeant omnimodã iuriſdictionem in ciuilibus tantum cauſis, quã habet Magn. D. poteſtas Parmæ; & habeat prædictus aduogadrus vt ſupra electus, ſingulo menſe libras ſex imperialium a communi Parmæ, qui ſedere teneatur ad banchum aduogadriæ; ad quod ius reddatur per ipſos dominos Aduogadros diebus, & horis iuridicis ab vltimo ſono campanelæ, quę pulſatur per officialibus de mane, vſq; ad tertias, & a campanela quę pulſatur poſt nonas eadem de cauſa, vſq; ad veſperas. Item non poſſint prædicti domini aduogadri diebus feriatis propter meſſes, & vindemias reddere ius; niſi in illis cauſis, in quibus eſt permiſſum reddere per formã alterius ſtatuti.

De recuſatione aduogadrorum.

ADuogadri communis Parmę poſſint recuſari per reum, ſi reperiãtur coniuncti actori intra tertium gradum; tam ex agnatione, quàm ex cognatione, & affinitate, intelligendo gradum de iure canonico; & remittantur partes ad D. poteſtatem Parmę, & eius curiam, niſi partes eſſent concordes de eligendo vnum confidentem partium.

De

De citationibus habentium domicilium in ciuitate, & diſtrictu Parmæ.

CItationes fiendæ in aliqua cauſa, & quæſtione ciuili de habentibus domicilium in ciuitate, & diſtrictu Parmæ, fieri debeant per cędulas, & in ſcriptis, quæ contineant nomen, & pronomen, aut ſupra nomen, vel cognomen eius, qui citari faciat, & eius qui citatur, & viciniã, vel villã, in qua ſtet, vel habitet ille citandus, & coram quo officiale, & qua certa die, & hora comparere debeat, & cauſam qua citatur; & nomẽ, & ꝓnomẽ, aut ſupranomen, vel cognomen correrij, qui citare debeat; vel nomen correrij, & locum vnde ſit; & ſubſcriptæ ſint per notarium officialis coram quo citatur; quęq; dentur per correrium, ſeu nuncium communis illi citando, ſi inuentus fuerit perſonaliter; & ſi inuentus non fuerit, dimittantur ad domum habitationis eius; & poſſint etiam ipſe citationes fieri per correrium, & nunciũ communis de facie, eius qui citari faciat, ad faciẽ eius qui citatur, exprimendo ibi citando, qua certa die, & hora; & coram quo officiale comparere debeat, & cauſam qua citatur; & non poſſit pro prima citatione aliquis habitans extra ciuitatem Parmæ citari ad horam tertiarum, nec ꝙ comparere debeat ea die, qua citatur; niſi citaretur perſonaliter in ciuitate Parmę; & ſi dictę citationes factę fuerint ſine dictis ſolẽnitatibus, non valeant, nec teneant ipſo iure.

De citationibus forenſium, ſiue extraneorum, & etiam eorum qui non habeant propriam habitationem in ciuitate, vel diſtrictu Parmæ, & quomodo credatur tubatoribus.

CVm ſæpè contingat citari debere aliquos ſolitos habitare, ſeu qui aliàs habitauerunt in ciuitate, vel diſtrictu Parmæ; & qui receſſerunt aliqui cũm familijs eorum, aliqui ſine familijs; nec nõ aliquos forenſes, & extraneos, qui fortè aliàs domicilium habuerũt in ciuitate, vel diſtrictu Parmæ; ſed modo non habent; & aliquos qui nunquã ipſum domicilium habuerunt, vel habitationem in dictis ciuitate, epiſcopatu, vel diſtrictu; ſed fortè ratione contractus, vel alia ratione, vel cauſa teneantur. Statutum, & ordinatum eſt, quòd tales forenſes, & extranei, & illi qui nõ habeant propriam habitationem in ciuitate, epiſcopatu, vel diſtrictu Parmæ, decætero poſſint citari, & debeant requiri in ciuilibus quæſtionis ſuper ſcalis vtriuſq; palatij communis Parmæ; videlicet, palatij veteris, & palatij olim D. Capitanei Parmæ, & ſub dicto palatio veteri per vnum ex tubatoribus dicti communis, ſono tubæ præmiſſo, in qua citatione exprimatur nomen, & pronomen, aut ſupranomen, vel cognomen illius qui citatur, vel vnde ſit loco pronominis, ſi ignoretur de pronomine, vel vbi ſtare conſueuit, & ad cuius petitionem citatur, & cauſa citationis, & coram quo officiale, & qua certa die, & hora comparere debeat, terminus cuius eſſe-

debeat decem dierum continuorũ ad minus; & quę citationes fieri debeãt in dictis tribus locis ad min^m, & post campanelas de manè, & ante tertias, & hora tertiarũ; vel post cãpanelas de nona, & ante veſperas, & hora veſperarum; & in ſcriptura relationis contineri debeat nomen, & pronomen, aut ſupranomen, vel cognomen tubatoris qui fecerit citationem; & tranſcurſo termino citationis, poſſint poni in contumacia, & ſcribi citati ſi non comparuerint in termino, vel legitima perſona pro eis; & denuntiari, & intimari contumaces, in qua denuntiatione cõtumaciæ aſſignetur eis terminus per officialẽ quindecim dier̃ continuor̃, a die denuntiationis, vel intimationis ſupradictę computandor̃, ad comparendum corã officiale, coram quo citati fuerint, & ad purgandum contumaciã; & ad reſpondendũ de iure ei qui ipſum citari fecerit, quæ intimatio cum termino poſſit, & debeat in locis prædictis denuntiari, & intimare per tubatorem ſono tubæ præmiſſo, & modo ſupradicto; quibus quindecim diebus tranſactis habeatur pro contumace; & contra eũ poſſit procedi tanq̃ contra cõtumacem; poſt q̃ ꝓceſſus contra ipſos fieri poſſit, non obſtante eorũ abſentia, vel cõtumacia; quemadmodũ ſi perſonaliter, vel ad domos propriæ habitationis citati, & requiſiti fuiſſent, ſtatuto, vel lege aliqua non obſtante; & prędicta forma citandi habeat vim citationis, & computetur pro prima citatione. Pro alijs autem citationibus fiendis ad omnes actus pro proceſſu expediendo, & exequendo etiam vſq; ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, citentur cum tuba in locis, & tempore ſupradictis; & ſtatuantur termini, & ſtatuti eſſe intelligantur, & ſint, ſecũdum quod ſtatuti ſunt prędictis per ſtatuta; & ſimiliter intimationes, & denuntiationes quæ fieri contingent, fieri debeant per tubatores in & ſuper locis, & horis, ſeu temporibus ſupradictis ſono tubæ præmiſſo; & ſi prædictæ ſolemnitates nõ fuerint obſeruatæ; quicquid factum fuerit, irritum ſit, & inane; & de prædictis citationibus, & intimationibus credatur relationi ipſorum tubatorum.

Qualiter, & quãdo credatur nuncijs, ſeu correrijs, etiã non præcedẽte cõmiſſione.

SI correrius, vel nuncius cõis Parmæ retulerit, vel referat officiali cõis Parmæ, & ſuo notario, ſe ex parte ipſius officialis aliquem citaſſe, appellaſſe, vel requiſiuiſſe, aut monuiſſe, vel alicui præcepiſſe, vel terminum ſtatuiſſe, vel notificaſſe, ſeu intimaſſe; ſiue ſaximentum, vel ſequeſtrũ aliquod feciſſe, etiam non apparente commiſſione officialis, credatur ei, ac fides adhibeatur eidem correrio, vel nuncio, per inde ac ſi officialis cõmiſſio appareret; dum tamen portauerit in ſcriptis cædulam continẽtem id, quod facere debuerit, ſubſcriptam manu vnius ex notarijs dicti officialis; niſi quando illud fecerit præſente illo, ad cuius petitionem illud dixerit, præceperit, vel fecerit, quo caſu non intelligatur neceſſe, ꝙ non portauerit cædulam in ſcriptis.

Qua-

Qualiter contra inobedientes, vel exemptos dioceſis Parmæ procedatur.

VT ciues, & diſtrictuales Parmæ poſſint, & valeant ſibi debita conſequi a perſonis ſtantibus, & habitantibus, aut habitaturis in terris, vel villis dioceſis Parmæ non obedientibus in totum communi Parmæ, vel Domino Poteſtati eiuſdem Parmæ, non obſtante exceptione fori, vel qualibet alia exceptione. Statutum, & ordinatum eſt, quòd ſi contingat aliquem ciuem, vel diſtrictualem Parmæ prætendere actionem aliquam, vel ius reale, vel perſonale cõtra aliquem, vel aliquos ſtantes, vel habitãtes in locis, terris, vel villis prædictis, vel aliquo, vel aliqua eorũ, vel earum, & voluerit conſequi quod prętendit, faciat illũ, vel illos tales citari per tubatores cõis Parmæ in die vna ſãbbati ſuper ſcalis vtriuſq; palatij dicti communis; videlicet, palatij veteris cõmunis eiuſdem, & palatij olim D. Capitanei Parmæ; & ſub dicto palatio veteri ex parte, & commiſſione D. poteſtatis Parmæ, vel eius vicarij, aut iudicis rationis hora tertiarum, vel circa, vel hora veſperarum, vel circa, vel per correrium publicum communis Parmę mittendum etiam ad locum inobedientem, vt ſupra extra etiam iuriſdictionem dicti D. poteſtatis, & communis Parmę; terminus cuius non ſit minor octo dierum, in quo termino ſi ille talis comparuerit, audiatur, & admittatur ad defendendum prętito fideiuſſore, ſi petitus fuerit de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo; ſi verò nõ comparuerit, nec aliquis eius legitimus procurator pro eo, accuſata contumacia, tunc dictus D. poteſtas Parmę, vel eius vicarius, aut iudex rationis per ſuas litteras ſcribat, vel ſcribi faciat nobili, vel illi qui prętenderit dictã terram, vel villam inobedientem, vel exemptam ſibi conceſſam, vel ius habere in ea, aut eius poteſtati, vicario, vel officiali, monendo eum, quòd mittat dictum talem, vel tales primo citatum, vel citatos vt ſupra, ad reſpondendum de iure dicto ciui, vel diſtrictuali coram dicto poteſtate, vicario, vel iudice in ciuitate Parmę, ſuper eo quod petere volet, ſiue in realibus, ſiue in perſonalibus, vel mixtis ad certum terminum arbitrio dicti D. poteſtatis, vicarij, vel iudicis competenter aſſignandum; & in dictis ſuis litteris inſerendum, & in dictis litteris etiam fiat mentio de cauſa, & cauſis, & re, vel rebus, aut quantitate, vel quantitatibus, pro qua, vel quibus ipſe ciuis, vel diſtrictualis ipſum talem, vel tales, citatum, vel citatos vt ſupra conuenire intendat, & ſub comminatione etiam inſerenda in litteris eiſdem, quòd ſi dictus talis citatus, vel citati vt ſupra non venerit, & comparuerit ad dictum terminum per ſe, vel legitimam perſonam ad reſpondendum de iure vt ſupra, & ad præſtandum idoneum fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo coram vt ſupra, quòd fient, & concedentur per dictum D. poteſtatem, vicarium, vel iudicem repręſaliæ reales, &

perſonales de dicto tali citato, vel citatis; & de omnibus, & ſingulis, ac quibuſcunq; hominibus, & perſonis, & de rebus quibuſcunq; earum dictæ terræ, ſeu villę inobedientis, vel exemptæ, & etiam aliarum terrarum, & villarum dioceſis Parmeñ. inobedientium, & exemptarum vt ſupra, quas contingat, vel continget dictum talem nobilem, vel alium habere, & tenere exemptas, vel inobedientes dicto communi Parmæ, & non relaxabuntur perſonę, vel res, de quibus ipſę repræſaliæ factæ fuerint, quouſq; comparuerit dictus dominus talis citatus, vel citati vt ſupra ad prædicta, vel ſatisfecerit petitioni dicti ciuis, vel diſtrictualis; & de præſentatione dictarum litterarum fienda, & facta perſonę vel perſonis, quibus ſcribi debeat vt ſupra, perſonaliter, vel ad domum, vel domos habitationis earum, credatur, & credi debeat correrio, & nuncio communis Parmæ illud referenti, vel alij nuntio eligendo per dictum Dominum Poteſtatem, vicarium, vel iudicem illud referenti cum eius ſacramento; vel quem ipſi, vel aliquis eorum elegerint ad prędicta. Et ſi prędictus talis citatus, vel citati vt ſupra comparuerit, vel comparuerint per ſe, vel legitimam perſonam, prędicto idoneo fideiuſſore de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo vt ſupra, audiatur, & admittatur, vel audiantur, & admittantur; ſi vero nō comparuerit, vel non comparuerint per ſe, vel legitimam perſonam vt ſupra, tunc accuſata contumacia, prędictus Dominus Poteſtas, vicarius, vel iudex poſſit, & teneatur concedere, etiam diebus feriatis in honorem Dei, dicto ciui, vel diſtrictuali ad eius poſtulationem, prędicente ſuper indo pronunciatione, vel non, licentiam perſonaliter capiendi, & detinendi dictum citatum, vel citatos, & repręſaliandi, capiendi, & detinendi perſonaliter etiam quoſlibet de eius, vel de eorum familia, vel familijs, maſculos maiores annorum viginti; & quoſlibet alios maſculos maiores vt ſupra, etiam extraneos de incolis, & habitatoribus dictę terrę, ſeu villę inobedientis, vel exemptę vt ſupra; & quamlibet aliarum villarum exemptarum dicti talis nobilis, vel prętendentis ius in eis; aut eas quomodolibet detinentis, & de eorum bonis, & rebus etiam ſaxiendi, ſequeſtrandi, & pignorādi, ac arreſtandi, & ſaxiri, ſequeſtrari, & pignorari, ac arreſtari faciendi; etiam carcerandos, & nullo modo dimittendos, vel dimittendis quoad dictus talis citatus, vel citati comparuerint in iudicio, & fideiuſſorem præſtiterint vt ſupra; aut petitioni dicti ciuis, vel diſtrictualis fuerit integrè ſatisfactum; poſſint etiam, & teneantur dicti iuſdicentes, & quilibet eorū iuſdicere, procedere, & terminare, ac diffinire, in cauſis, litibus, & quęſtionibus, ac executionibus quibuſlibet motis, & mouendis contra dictos captos, vel capiendos, & eorum bona, & res, & in rebus, & in bonis etiam quouſq; fuerit petitori ſatisfactum, quemadmodum poſſent contra ſibi ſubditos, vel ſubiectos, vel eorum bona, & in bonis etiam, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; ita ꝙ quicquid in præmiſſis fecerint, vel actum fuerit per ipſos iuſdicentes,

centes, & quemlibet eorum ſit ius, & pro iure debeat obſeruari; teneatur tamen dictus ciuis, vel diſtrictualis facere fidem de debito, vel de iure ſuo ſtatim ſummatim.

De requiſitione fienda de procuratoribus, & ſyndicis; & non de principalibus, ſi hoc denuntiatum fuerit per ſyndicos, vel procuratores.

SI quis ſyndicus, vel procurator aliquorum hoīum alicuius vniuerſitatis, vel terrę, vel loci, vel terrarum aliquar̄, vel aliquarum ſpecialium perſonarum, vnius, vel plurium; ſiue ſyndicus, ſiue procurator fuerit per inſtrumentum, ſiue ſcriptus in actis cauſarum, denūtiauerit alicui, vel aliquibus, ꝙ ſi volunt, aut intendunt aliquid dicere, vel petere illis, vel ílli, cuius, vel quorum ſunt ſyndici, vel procuratores, ꝙ ſunt parati pro eis reſpondere de iure; & ꝙ requirant, & requiri faciant ipſos ſyndicos, & procuratores, anteq̄ principales ſuos; teneant̄ prædicti, quibus prædicta denūtiatio facta fuerit, ſeu eor̄ procuratores requirere, & requiri facere dictos ſyndicos, & ꝓcuratores anteq̄ principales perſonas, quar̄ ſunt ſyndici, vel ꝓcuratores, ꝙ ſi non fecerint, citatio facta de ipſis principalibus nullū eis p̄iudiciū faciat, nec valeat; & non teneantur ad reſtitutionem aliquar̄ expenſar̄ fiendā prædictis, qui ipſos fecerint citari; & propter ipſam citationē onus non ſubſtineant. Et hoc idem obſeruetur, & locū habeat in quolibet actu iudiciali, & quolibet alio; & p̄dicta oīa locum habeant, & obſeruentur in fauorem principalium, qui denuntiauerint aduerſario ſuo ſe aliquos ſyndicos, vel procuratores conſtituiſſe; licet ſcripti nō eſſent in actis, ſiue eſſent ſcripti per cartam; & ꝙ ipſos ſyndicos, ſeu procuratores requirere debeant, & requiri faciant; videlicet, ꝓ eorum modo dicti aduerſarij ipſos procuratores, & ſyndicos requirere, & requiri facere teneantur, & debeant anteq̄ tales principales; alioquin ipſi principales non teneantur dictis eorum aduerſarijs in expenſis, vt ſuperius continetur; & hoc non habeat locum, vbi principales citentur, & requirantur ad reſpondendum perſonaliter poſitionibus, citatis etiam ad hoc procuratoribus eorum.

De reſtituendis expenſis per actorem non comparentem ad terminum ad quem fecerit reum citari, & de ſatiſdatione per eum præſtanda.

SI quis fecerit citari aliquem de ciuitate, epiſcopatu, vel diſtrictu Parmæ corā aliquo iudice, vel officiali cōis, ꝙ die certa coram tali officiali debeat cōparere, & ipſe qui citationē fecerit fieri non venerit per ſe, vel alium, qui legitimè poſſit agere pro eo in die termini aſſignati citato, & tali hora ꝙ facere poſſit, & faciat ſcribi petitionem ſuam; & antequam officialis diſcedat a bancho in cauſis cētum ſoldorum, & infra, & in cauſis maioribus niſi infra quattuor dies produxerit libellum contra ſic citatū, ſoluat pro banno viginti ſoldos Parmeñ. ſi ille qui citatus fuerit, erit de di-

ſtrictu, vel epiſcopatu; & ſi fuerit de ciuitate, ſoluat pro banno ſoldos decē Parmeñ. quæ pœna applicetur ipſi citato; & nihilominus reſtituat citato omne damnum, & expenſas; & credatur de damno eius, & expenſis ſacramento citati, qui venerit ad terminum ſibi datum; & qui accuſauerit ipſi⁹ actoris contumaciam, etiam actore abſente; ita tamen ꝙ officialis ſuo arbitrio poſſit taxare dictum damnum, & expenſas; nec audiatur coram dicto officiali, vel alio, donec eidem citato dictam pœnam, damnum, & expenſas ſoluerit, & reſtituerit; & niſi ſatiſfecerit de comparendo legitimè in cauſa, & quolibet termino in quo ipſum requiri fecerit.

Quòd citatus in ciuilibus cauſis ad diem⁹ feriatam non poſſit poni in contumacia, ſed comparere teneatur die iuridica ſequenti.

OMnes, & ſinguli officiales cōis Parmæ deputati ad ius reddendū ciuiliter, & eoꝝ notarij in aliquibus dieb⁹, tpibus, vel horis, in quib⁹ ꝓhibitū eſt ius reddi per formā alicuius ſtatuti cōis, & populi Parmæ, & dictos officiales ſtare ad bancha eoꝝ pro iure reddendo, teneātur, & debeant ſacramento præciſo in pœna, & banno libr. x Parmeñ. pro quolibet ipſoꝝ, & qualibet vice, neminē ad poſtulationē alicuius citatū venire debere corā eis talibus diebus, tpibus, vel horis feriatis, poni facere, vel permittere in contumaciā aliq̄; nec ēt in aliquibus diebus, tpibus, vel horis, in quibus ipſi officiales ius reddentes pro iure reddendo ad bancha eoꝝ non ſteterint. Si vero aliquis citatus fuerit venire debere in aliquo die feriato, vel hora feriata corā aliquo ex officialibus p̄dictis, ipſa die, vel hora feriata venire nō teneat, ſed in prima ſequēti hora iuridica venire, & comparere debeat ſic citatus corā officiale, corā quo citatus fuerit; etiam ſine alia citatione, aliogn in contumacia poni poſſit, & debeat; & ſi dies termini inciderit in diē feriatā, ſequens dies, & hora citationis nō feriata ſuccedat loco ipſius diei, & horæ; & ſi aliquo modo contingat aliq̄ contumaciam ſcribi contra formam huius capituli, talis contumacia non valeat, & compellatur præcisè ille, ad cuius peritionem ſcripta cōtumacia fuerit ſuis expenſis facere cancellari talē contumaciā; & reſtituere tali citato oēs expenſas, & oē damnū, quod, & quas ſubſtineret occaſione dictæ aſſertæ cōtumaciæ; ſaluo ſemper ꝙ in diebus, & horis feriatis ſi officiales prædicti ſteterint ad bancha eoꝝ, poſſint contumaciæ ſcribi in cauſis, & quæſtionibus tātum, in quibus, & de quibus conceſſum eſt per formā alicuius ſtatuti poſſe cognoſci tpe feriato, iurante prius illo ad cuius petitionem prædictæ contumaciæ ſcriberentur, & cauſam exprimente, ꝙ tales contumaces ſibi tenentur pro aliqua certa cauſa, ſeu cauſis, de quibus conceſſum eſt per formam alicuius ſtatuti poſſe cognoſci tempore feriato, quod quidem iuramētum factum per dictum actorem, & cauſa per eum inſerta, per notarium qui ſcribet contumaciam in ipſa contumacia ſpecialiter apponatur.

De

De gabella non ſoluenda pro aliqua petitione, vel libello.

PRo euidenti vtilitate oīum ius ſuū conſequi volentium; cum multotiens contigerit, ꝙ agere volentes negligebant ius ſuum cōſequi ꝓpter difficultatē ſolutionis gabellaꝝ. Statutum eſt, ꝙ decætero de aliqua lite, cauſa, quæſtione, ſeu controuerſia, quæ fiet, vel mota fuerit ciuiliter, vel criminaliter amodo in ciuitate Parmę corā aliquo ptāte, iudice, vel officiale, ſiue aduogadro, ſiue arbitro, vel arbitris, aut arbitratoribus, vel amicabilibus cōpoſitorib⁹ cōtra aliq̄ pſonā, cōe, collegiū, vel vniuerſitatē, cuiuſcunq; cōditionis ſint ipſæ q̄ſtiones, & pſonæ, nihil ſoluāt, & ſolui debeat maſſario gabellæ, nec alicui alij pro aliqua q̄titate, ſeu rebus contentis, ſeu ſcriptis in libello, ſeu petitione, vel requiſitione actoris; nec ꝓ aliquibus teſtibus, qui producerentur in cauſis ciuilibus, vel criminalib⁹, nec ꝓ ſalario conſultoris alicuius iudicis, nec pro ſcriptura dicti conſilij, nec pro aliquibus conceſſionibus, ſeu dationibus inſolutum ex primo, vel ſecundo decretis, nec ꝓ aliquibus rebus, vel quantitatibus in ipſis primo, & ſecūdo decretis contentis, nec pro teſtibus occaſione prædicta ꝓductis, nec ꝓ cōſultoribus dictorum decretorum, vel ſcripturis inde factis, ſeu ſalarijs inde perceptis, nec pro aliqua re legata, vel relicta alicui perſonæ, aut vniuerſitati, communitati, vel loco, in vltima voluntate, vel inter viuos donata ꝓ aliquos, vel aliquem, quantacunq; ſit quantitas relicta, vel legata, nec pro cācellatura alicuius banni, vel contumaciæ datæ, vel decætero dandę coram D. poteſtate, vel ſuis iudicibus, vel coram iudice gabellæ groſſæ cōis, vel coram aduogadris, vel aliquo officiale communis in aliqua cauſa ciuili, vel etiam criminali, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, ſeu ordinamentis cōmunis Parmæ, vel gabellæ in contrarium loquentibus, factis, & fiendis.

Quòd dies pro parte iuridica, pro media die vtili iudicetur.

AD tollendas diſcordias litigantium. Statutū eſt, ꝙ in quolibet termino cæteroꝝ dieꝝ vtiliū ſtatuto, vel cōpetenti partib⁹ ad probādū, vel ad ſe pſentandū, vel quicquid aliud faciendū, tam in cauſa principali, quam appellationis, quælibet dies quæ occurrerit, & fuerit tantum pro aliqua parte iuridica, debeat accipi pro media die iuridica.

De Feriis.

OMnes dies totius anni ſint, & intelligantur iuridici, exceptis dieb⁹, & feſtiuitatibus infraſcriptis, in quibus decætero feriæ ſint introductæ; videlicet, quolibet die Dominico per totum annum. Et de mē ſe Ianuarij feſtum Circunciſionis Domini. Vigilia Epiphaniæ poſt horam nonæ; & in die Epiphaniæ, & ſequenti quo celebratur feſtum Beati Chryſtophori. Vigilia Sancti Hilarij. Sancti Hilarij. Sancti Antonij. Sancti Sebaſtiani.

baſtiani.Sanctæ Agnetis.Sancti Vincentij.Conuerſionis Sancti Pauli.

De menſe Februarij, Purificationis B.Mariæ Virginis.S. Blaſij.S. Agathæ.decem millia Martyrum.Cathedræ S.Petri.S.Matthæi Apoſtoli.feſtũ S.Fortunati;& ſinguli dies veneris Quadrageſimæ. S.Ioannis Collobitæ, cuius corpus eſt in eccleſia maiori in altare S.Laurentij; & a Dominica Carniſpriuij vſq; ad quartam feriam ſequentem incluſiuè; & ſingulis diebus Quadrageſimæ vſq; ad horam nonæ.

De menſe Martij.S.Gregorij.S.Benedicti.Feſtum S.Ioſeph. Vigilia Annuntiationis B.Mariæ.Annuntiatio B.Mariæ Virginis, & ſeptem diebus præcedentibus Reſurrectionem D.noſtri Ieſu Chriſti tantum, cum ſepté diebus ſequentibus tantum.

De menſe Aprilis.S.Georgij.S.Marci Euangeliſtæ. S.Vitalis. Sancti Petri martyris.

De Menſe Maij.Sanctorum Apoſtolorum Iacobi, & Philippi.Inuẽtionis S.Crucis,& S.Alexandri.Apparitionis S.Michaelis, tres dies Rogationum vſq; ad horam nonæ.S.Ioannis ante portam latinam. S.Syri. Vigilia Aſcenſionis Domini poſt horam nonæ.Aſcenſionis Domini. S.Saluatoris.Vigilia Paſchæ Penthecoſtes poſt horam nonæ. Penthecoſtes cũ duobus diebus ſequentibus.S.Pudentianæ, cuius corpus eſt in Eccleſia maiori poſt altare maius.S.Bernardini.quarta feria poſt horam nonæ poſt octauam Penthecoſtes,& quinta feria poſt dictam octauam Pẽthecoſtes, qua celebratur feſtum Corporis,& Sanguinis Domini noſtri Ieſũ Chriſti.

De menſe Iunij.S.Nicomedis, cuius corpus eſt in Eccleſia maiori poſt altare maius.S.Barnabæ.SS.Geruaſij,& Prothaſij.S.Iacobi Alphei.Vigilia Natiuitatis S.Ioan Baptiſtæ poſt horam nonæ,& ab inde in antea vſq; ad kalendas menſis Auguſti incluſiuè propter meſſes.Natiuitatis S.Ioan.Baptiſtæ.Vigilia Apoſtolorum Petri,& Pauli poſt horam nonæ.SS. Apoſtolorum Petri,& Pauli.Commemoratio S.Pauli.

De menſe Iulij.S.Mariæ Magdalenę. Vigilia S.Iacobi poſt horã nonæ. S.Iacobi Apoſtoli.Sanctorum Abdon & Sennen marty.quorum corpora ſunt in Eccleſia maiori poſt altare maius.

De menſe Auguſti.S.Petri in Vinculis.S.Dominici.Sanctorum Cyriaci,Maximi,& Archelai,ac Aureæ,quorum corpora in Eccleſia maiori requieſcunt poſt altare S.Cyriaci.S.Laurẽtij.Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.Aſſumptionis B.Mariæ Virginis glorioſę.die ſequenti propter feſtum S.Leonardi.Sanctorum Agapyti,& ſociorum,quorum corpora in eccleſia maiori poſt altare S.Agapyti requieſcunt. Vigilia S.Bartholomei Apoſtoli poſt horam nonæ.S.Bartholomei.S.Auguſtini,& Decollationis S.Ioan.Baptiſtæ.

De menſe Septembris.S.Herculiani,cuius corpus eſt in Eccleſia maiori humatum.Vigilia Natiuitatis B.Mariæ Virginis poſt horam nonæ; &

ab

ab inde in antea vſq; ad octauam dedicationis S.Michaelis Archangeli incluſiuè propter vindemias.Natiuitatis ipſius Virginis glorioſæ. S. Nicolai de Tolentino,& Dedicatio Eccleſiæ maioris.Exaltationis S.Crucis.Vigilia S.Matthæi Apoſtoli,& Euangeliſtæ poſt horam nonæ. S.Matthęi Apoſtoli,& Euangeliſtæ.Sanctorum Coſmæ,& Damiani.S.Michaelis Archãgeli.Dedicatio S.Hieronymi.

De menſe Octobris.S.Franciſci.S.Donini.S. Lucæ Euangeliſtæ. Vigilia Sanctorum Simonis,& Iudæ poſt horam nonæ. Sanctorum Apoſtolorũ Simonis, & Iudæ.S. Quintini vltimo.

De menſe Nouembris. Vigilia feſtiuitatis omnium Sanctorum.feſtiuitatis omnium Sanctorum,& ſequenti die vſq; ad horam nonę.S. Martini. S.Catherinæ.S.Ceciliæ Virginis.Vigilia S. Andreæ Apoſtoli poſt horam nonæ.S. Andreæ Apoſtoli.

De menſe Decembris.S.Bernardi Epiſcopi Parmeñ.cuius corpus in eccleſia maiori ſub confeſſionibus requieſcit.S.Nicolai.S.Ambroſij.Feſtum Conceptionis Virginis Mariæ.S.Luciæ. Vigilia S.Thomæ Apoſtoli poſt horam nonæ in antea vſq; ad octauam natiuitatis D. noſtri Ieſu Chriſti in cluſiuè tantum.

Et quolibet alio die,& hora diei,quo,& qua erunt,& durabunt cõſilia generalia cõis Parmæ,ab ea hora in antea qua tertius ſonus campanæ pro ipſis conſilijs fiendis pulſatus fuerit,& finitus pulſari,& non ante;dieb⁹ verò,& horis quibus erunt,& fient conſilia pro condemnationibus fiendis, & datijs,& gabellis,domibus,& alijs iuribus communis ſubhaſtandis,& concedendis, locandis, vel vendendis,feriæ nullatenus ſint introductæ; ſed tales dies iuridici cenſeantur,in quibus diebus feriatis, quibus ad reuerentiam Dei,& ſanctorum eius non ſint feriæ introductæ; ac etiã in quibuſcunq; ferijs repentinis per quoſcunq; officiales communis Parmę poſſit audiri,finiri,cognoſci,& terminari de omnibus,& ſingulis cauſis,quęſtionibus,quas contingit fieri,vel moueri,de mercedibus, dotibus dominarum,& mulierum,quæ per ipſas dominas,vel mulieres peterentur, alimentis,penſionibus domorum,fictis,& mercatis,& ſaximentis factis,& fiendis dictis temporibus,& diebus;& de omnibus alijs,& ſingulis cauſis, & quæſtionibus,de quibus poteſt cognoſci ſummariè,ſine ſtrepitu, & figura iudicij;vel ſummariè tantum,vel ſine ſtrepitu iudicij tantum; & de omnibus alijs cauſis,& quæſtionibus,de quibus per formam alicuius ſtatuti, vel iuris communis cognoſci poteſt, diebus, & temporibus feriatis, vel vbi proceſſerit de partium voluntate. In his vero diebus, & temporibus feriatis,ſeu ferijs ſupradictis,quę ad dictorum Dei,& ſanctorum,vel ſanctarum eius ſunt reuerẽtiam introductæ;etiam ſi partes conſenſerint, proceſſus aliquis fieri non poſſit;& factus non teneat ipſo iure, neq; ſentẽtia quæ contingat diebus talibus promulgari; niſi neceſſitas vrgeat, vel

pietas

pietas hoc inducat, vel communis Parmæ euidens vtilitas, vel neceſſitas hoc expoſcat. In quibus duobus caſibus vltimis, & proximè dictis procedatur dictis diebus feriatis ſecundum voluntatem conſilij generalis; & ſi quis officialis communis Parmæ prædicta, vel aliquod prædictorum non obſeruauerit cum effectu, omninò per poteſtatem Parmæ ad ipſius arbitrium debeat condemnari; & vbicunq; in dicto ſtatuto fit mentio de vigilijs, vigiliæ intelligantur ſecundum quod celebrantur per ieiunium.

De ordine ſuſpenſionum cauſarum.

STatutum, & ordinatum eſt, q; officiales cómunis Parmæ, vel aliquis ex ipſis cuiuſcunq; auctoritatis, & præheminentię exiſtant, nullo modo poſſit prorogare, ſeu ſuſpendere inſtantias cauſarum pendentium, niſi partium litigantium conſenſus interceſſerit, quibus manu propria ipſe partes, vel eorum procuratores ſe ſubſcribant; niſi fuerint electi legati ad Illuſtriſſimum Principem noſtrum, vel aliquis eorum interceſſor fuerit vocatus ab Illuſtriſſimo D. noſtro.

De modo, & ordine in ciuilibus cauſis procedendi, & de inſtantia ciuilium cauſarum ordinariarum, & extraordinariarum, delegatarum, & ſubdelegatarum.

AD expeditionem, & diffinitionem cauſarũ, & quæſtionũ q̃ ſunt, & agitari debent inter homines ciuitatis, & ep̃atus Parmæ. Statutum, & ordinatum eſt, q; ſi aliqua quæſtio fuerit inter aliquas perſonas ciuitatis, vel epiſcopatus Parmę, vel aliunde de quadraginta ſoldis imperialium, ſeu de aliqua re valoris quadraginta ſoldorum; & ab inde infra; libellus, ſeu petitio qualis qualis neceſſariò non offeratur; ſed officialis ordinarius, extraordinarius, delegatus, vel ſubdelegatus, coram quo fuerit quęſtio, poſſit, teneat, & debeat dictã quęſtionẽ terminare; etiã ſine aliqua petitione in ſcriptis dãda ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij infra ſex dies vtiles, ſub pœna libr. x. Parmeñ. de quibus poſſit ſyndicari, & condemnari, informando ſe de veritate negotij, tam per ſacramentum alteri partium deferendũ, q̃ per teſtes, vnum, vel plures, ẽt ſine ſtrepitu recipiẽdos, prout ipſi officiali videbitur; dum tamen ſi reus dilationem petierit ad p̃bandum, ſaltem vna ſibi congrua detur per officialem, qua elapſa ſi non probauerit iuſtam defenſionem condemnetur.

Si verò quæſtio fuerit a quadraginta ſoldis imperialium ſupra vſq; í ſoldis centum imperialiũ, ſeu de re dictæ ęſtimationis, vel valoris, de qua ſoluenda nullũ pręceptũ, vel cõdemnatio apparuerit facta per aliquem officialem cõis Parmę reo præſenti, vel ipſius legitimo defenſori; ſi fuerit petitũ corã pręſide, vel alio ius dicẽte ordinario, vel extraordinario, delegato, vel ſubdelegato, qualis qualis petitio offeratur, aut in actis anteq̃ officialis diſcedat

diſcedat a bancho ſcribatur; ſuper qua petitione ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedatur; & decidatur infra duodecim dies vtiles ſub pœna ius dicenti librarum duodecim Parmenſium, de quibus poſſit ſyndicari, & condemnari per probationes plenas, vel ſemiplenas, & per omne genus probationum, & abſq; aliqua datione, & petitione conſilij; & a prædicta terminatione, & deciſione appellari non poſſit, nec valeat, nec de nullitate dici; & appellatio facta non teneat, niſi dicti officialis euidens iniquitas detegatur, quo caſu poſſit litigans conqueri coram D. poteſtate, qui ſummariè videat, vel videri faciat de querela; & ſi dictus litigans iuſtè conqueratur, grauamen illud reuocet, & grauantem officialem condemnet in expenſis.

Si verò conqueratur iniuſtè, ſententiam talis officialis confirmet, & talem conquerentem in expenſis condemnet parti applicañ. infra decẽ dies continuos a die querelæ; & ſi poteſtas fuerit in aliquo prædictorum negligens, vel remiſſus, lapſus ſit in pœnam libr. xv. Parmeñ. applicandarum p̃ dimidia cõi Parmæ, & pro altera dimidia parti conquerenti; & vltra in intereſſe parti, de quibus oĩbus poſſit, & debeat ſyndicari; & ipſam ſentẽtiam remotis oĩbus exceptionibus executioni mandet; & in ptædictis poſſit p̃cedere D. poteſtas ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; & a dictis libr. v. imperialium vſq; in decem libris imperialium, inſtantia tota ipſius cauſæ duret, & durare debeat diebus viginti vtilibus, quorum dierum octo deputati ſint, & eſſe intelligantur ad probandum, & dies ſex immediatè ſucceſſiui ad reprobandum, & infra reliquos dies ſex totius dictę inſtantiæ terminetur, & terminari debeat dicta quæſtio, incipiendo horã primam dicti termini, ab hora excluſiuè productionis petitionis, ſeu libelli, vel legitimæ notificationis factæ, & fiendæ vt infra.

Si verò quæſtio fuerit a decem libr. ſupra, quantacunq; fuerit quantitas hoc ordine procedatur; videlicet, q; inſtantia cauſæ principalis ordinariæ, vel extraordinariæ, delegatæ, vel ſubdelegatę non duret, nec durare poſſit, nec debeat vltra tẽpus, & ſpacium quadragintaquinq; dier̃ vtilium ab hora iuridica litis conteſtatæ, vel habitæ pro conteſtata ſm̃ formam huius ſtatuti incluſiuè computandor̃; vbi per viã libelli, vel petitionis procedatur, qui libellus, vel petitio qualiſcunq; ſit, dummodò ſit tolerabilis admittat, & admiſſus eſſe intelligatur ipſo iure, & tollerabilis eſſe intelligatur, ſi contineat perſonam actoris, & rei, quantitatem, rem, ſeu ius, quæ petuntur, & cauſam petitionis; vbi verò per viam libelli, ſiue petitionis non procedat, lis incæpta eſſe intelligatur ab hora contradictionis, oppoſitionis, vel querelæ, & exceptionis incluſiuè factæ ad id, quod in iudicio principaliter deducitur, quæ inſtantia, & quod tempus quadragintaquinq; dierum vtilium nullatenus excedatur, nec excedi poſſit, nec etiam dilatari, ſeu prorogari quoquomodò, etiam ſi de conſenſu partium procederet.

Vtq;

Vtq; termini deliberandi, & reſpondendi petitioni, & probandi, & re probandi, & alia faciendi in litibus, quæſtionibus, cauſis, & controuerſijs antedictis diuidantur, & ordine congruo limitentur; & ne productiones iurium, & probationes cauteloſæ, & in fraudem vſq; propè finē litis differantur. Statutum, & ordinatum eſt, q; ſtatim petitione porrecta, & in actis dimiſſa in cauſa principali, & parti legitimè notificata, ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur ipſo iure terminus vnius diei vtilis immediatè ſequentis reo deliberandi, & reſpondendi dictæ petitioni, quo termino elapſo qualitercunq; reſponderit, ſiue reſponderit, ſiue non, habeatur lis pro conteſtata; elapſo verò dicto termino vnius diei vtilis, vel contradictione facta, & parti notificata, vbi per viam contradictionis, oppoſitionis, vel querelæ, & exceptionis ad id quod principaliter in iudicio deducitur procedatur; ſtatim ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur vtriq; parti; videlicet, actori, & reo terminus viginti dierum vtilium excipiendi, opponendi, petendi, & p̄bandi per omne genus probationum, ac producendi, & oſtendendi quicquid dictæ partes, & quælibet earum voluerint in dicta cauſa; ipſoq; termino elapſo ſtatim quæcunq; agitata, probata, producta; & oſtenſa in dicto termino probatorio intelligantur, & ſint ipſo iure publicata, ita quod de eis fiat copia, ſi fuerit requiſita. Et ſtatutum eſt, q; capitula, poſitiones, & articuli cuiuſcunq; conditionis extiterint, quæ fieri contingent in quacunq; cauſa, ſiue fuerint pertinentes, & pertinentia, ſiue non; admittantur, & admiſſæ, & admiſſa eſſe intelligantur ipſo iure, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, & non admittendarum vtriq; parti tempore ſententiæ diffinitiuæ. Et cum ipſæ poſitiones, vel interrogationes factæ, & productæ fuerint in cauſa, ſiue ante litem conteſtatam in caſibus a iure permiſſis, ſiue poſt; ſtatuatur, & ſtatuta eſſe intelligatur a iure dilatio vni⁹ diei vtilis ad accipiendum copiam dictar̄ poſitionum, vel interrogationum, & ad deliberandū ſuper ipſis, & ad reſpondendum eiſdem per ſacramentum clarè, & apertè, affirmando, vel negando, de ſcientia, vel credulitate, ſine vlla conditione, vel proteſtatione. Et fiant ipſæ poſitiones de quolibet facto de per ſe; & ſimiliter fiant reſponſiones particulariter cuilibet poſitioni de per ſe; nec intelligatur reſponſum, ſi per generalem reſponſionem voluerit reſpondere, apponendo aliq̄ clauſulam generalem in principio, medio, & fine ipſar̄ poſitionū; alioquin reſponſio aliter facta pro nō facta habeatur; & q; ipſis poſitionibus, & interrogationibus debeat per principales perſonas ſi fieri poterit, vel alias ſm̄ formam iuris reſponderi; & ſi dicto principali contra quem factæ fuerint dictę poſitiones, & interrogationes; vel eius procuratori perſonaliter præceptum fuerit per iudicem, vel ex ea⁹ parte per nuncium, ſeu correrium cōis, & in ſcriptis, q; ad certum terminū debeat ipſis poſitionibus, & interrogationibus reſpondere vt ſupra, quid credat, vel æſtimet; & eis non reſponderit, ſeu reſpondere recuſabit, vel contu-

contumaciter ſe abſentabit in termino ſupraſcripto ſibi dato; & aduerſarius comparuerit in dicto termino, & eius contumaciā accuſauerit, habeatur pro confeſſo, vel negante ad vtilitatē, & voluntatē partis ponentis, & interrogantis ſuper eis poſitionibus, vel interrogationibus, quantūcunq; a iuſdicente interrogatus non fuerit, quid credat de eis, vel in eis contētis; & q̄uis poſitiones, vel interrogationes p̄dictæ ei lectæ non fuerint; & poſſint, & debeant ipſæ poſitiones, & interrogationes quibus reſponſum nō fuerit, & vt ſupra, aduerſario poſtulāte pronūciari, & declarari per iuſdicē tē pro confeſſis, vel negatis vt ſupra; & immediatè poſt ipſum terminū viginti dierū vtilium ſtatutus ſit, & eſſe intelligat̄ vtriq; parti termin⁹ duodecim dierū vtilium reprobandi, & impugnandi quæcunq; producta, p̄bata, & oſtenſa in dicto termino probatorio, & ſi aliqua partiū in ipſo termino reprobatorio produxerit articulos, vel capitula tendentia ad reprobandum probata, & producta per alteram partium in primo termino probatorio; tunc liceat illi parti contra quam fuerunt producta, & cuilibet alteri cuius interſit coadiuuare, vel corroborare per legitimas probationes probata, & producta in dicto primo termino, quo termino reprobatorio elapſo, quæcunq; agitata, producta, & oſtenſa in ipſo termino intelligantur, & ſint ipſo iure publicata, & de eis fiat copia vt ſupra.

Et quod omnes, & ſingulę exceptiones, replicationes, & triplicationes, dilatoriæ, peremptoriæ, & cæteræ cuiuſcunq; generis ſint, de quibus non ſit cognitum, & deciſum inter partes, ſint ſaluæ vtriq; parti in fine litis tempore diſputationis, ne ob hoc proceſſus cauſæ differatur, quæ quidem exceptiones dilatoriæ, declinatoriæ, & ſimiles reiectæ intelligantur, ſi de ipſis in ſententia, vel pronuntiatione ferenda ſuper cauſa principali non fuerit facta mentio.

Et ſi ambæ partes, vel altera earum petierit cauſam cōmitti conſilio ſapientis infra duos dies vtiles poſt reprobatorium terminū, teneat̄ iuſdicēs ordinarius, vel extraordinarius, cōmiſſarius, vel ſubdelegatus, eā cōmittere vni ex confidentibus partiū in ciuitate Parmæ, & de collegio iudicū ciuitatis Parmæ, tam clerico, q̄ laico, aliquo ſtatuto non obſtante, & in defectum in proximiore ciuitate Illuſtriſs. D. noſtri prælibati eidē ciuitati Parmæ ordine ſucceſſiuo; & teneatur dictus iuſdicens quicunq; fuerit, cōpellere partes cōcordare in vna ex tribus ciuitatibus proximioribus de dominio p̄libati dñi, vel confidentē partis in contumaciā alterius nolentis concordare vt ſupra, eligere, vel confirmare, ſm̄ cuius conſultoris conſilium teneatur ēt ipſe iuſdicens, quicunq; fuerit, proferre ſententiā, & ſequi ipſum conſiliū; & ſi ſecus fiat, ſententia lata non valeat, nec teneat; & q; ſi contingat cauſam cōmitti conſulendā extra ciuitatē Parmæ in aliqua ex dictis ciuitatibus, inſtantia cauſæ ſit, & intelligatur prorogata quinq; diebus vtilibus; & teneantur partes in caſu commiſſionis extra ciuitatem vt ſupra, exhibere,

hibere, & preſentare conſultori ſic electo quęcunq; acta, producta, & oſtẽ
ſa in dicta cauſa principali infra quattuor dies vtiles immediatè ſequentes
poſt factam commiſſionem, & præſentare dicto iuſdicenti quicunq; fue
rit, dictæ cauſæ in ciuitate Parmę conſilium dicti conſultoris eius manu
ſubſcriptum, & ſigillatũ ſigillo ſuo ante finem inſtantię, quę hoc caſu ſit,
& eſſe intelligatur quinquaginta dierum vtilium per vnam diem vtilem.
qui conſultor ſic electus teneatur iurare ſecundum iuramentum iudicis
cauſę principalis congrua congruis referendo.

Elapſo verò dicto termino reprobatorio, dictę partes compareant co-
ram dicto iuſdicente, magiſtratu, vel aſſeſſore, ordinario, vel extraordina-
rio, delegato, vel etiam ſubdelegato; vbi non ſit petita, & facta cõmiſſio, &
coram eo producant proceſſus, & omnia acta, agitata, & producta in li-
te, & cauſa prędicta infra talem terminum, ꝙ dicto iuſdicẽti, magiſtratu,
vel aſſeſſori vt ſupra poſt productionem ipſorum, reſtent ad minus dies
duodecim continui ad deliberandũ ſuper dicta cauſa, ſub pœna libr. quin
quaginta Parmeñ. parti omittenti producere vt ſupra, & plus, & minus ar-
bitrio iuſdicentis.

Quibus viſis, & diligẽter examinatis per dictum iuſdicentem vt ſupra,
& auditis allegationibus quę coram eo fieri voluerint per partes, & earum
aduocatos, teneatur, & debeat ipſe iuſdicens, magiſtratus, vel aſſeſſor, or-
dinarius, vel extraordinarius, delegatus, vel etiam ſubdelegatus iurare ad
ſancta Dei Euangelia corporaliter tactis ſcripturis, ꝙ iuſtè, & rectè ſenten
tiabit, & iudicabit in dicta cauſa, Deum ſemper prè oculis habẽdo, eiuſq;
tremendum iudicium expectando, quod ſacramentum ſcribatur in actis
cauſę, vel de eo fiat publicum inſtrumentum; & poſtea ipſam litem, cau-
ſam, & quęſtionem, ſeu controuerſiam per eius ſententiam diffinitiuam,
lucidam, claram, & apertam, ſine vlla conditione terminare, & termina-
re, infra dictum terminum quadraginta quinq; dierum vtilium inſtantię
dictę principalis cauſę vt ſupra, ſub pœna florenorum centum auri appli-
canda communi Parmę, & reficiendi etiam expenſas litis vtriq; parti.

Lata vero dicta diffinitiua ſententia, vel facta dicta determinatione, vel
diffinitione, poſſit pars quę ſuccubuerit, & quilibet alius cui de iure lice-
at, appellare, vel nullã dicere infra terminũ quinq; dierum a die latę ſenté
tię, & non vltra, ab ipſa ſententia, vel diffinitione, ſeu terminatione appel-
lare, vel nullã dicere ad iudicem eligendũ per D. poteſtatem Parmę de cõ
fidendo partium. Qui poteſtas, vel locumtenens ſtatim teneatur, & de-
beat iuris remedijs omnibus, partes cogere inter quas dicta quęſtio ſit, vel
agitabitur ad dandum confidentes eorum in quęſtione prędicta; & reper-
to partium confidente, poteſtas, ſeu iuſdicens teneatur non tanquã pote-
ſtas, vel iuſdicens; ſed tanquam delegatus Illuſtriſs. D. noſtri ſpecialiter cõ-
ſtitutus, cauſam ipſius appellationis, & nullitatis eidem cõmittere audien-
dam,

dam, examinandam, & fine debito terminandam; & ſi altera pars non cõ
paruerit ad dandum confidentes ſuos in ſcriptis infra tempus a iudice ſta-
tutum, vel comparuerit, & ſimiliter non dederit; tunc liceat ſupraſcripto
poteſtati, ſeu locumtenenti committere quæſtionem prædictam alteri ex
confidentibus partis comparentis; & ꝙ ipſe electus cogatur ſtatim iuris re
medijs dictam commiſſionem acceptare, & iurare pro vt in ordine princi
palis cauſæ congruè referendo continetur; & habeat per omnia auctorita
tem, & omnimodam iuriſdictionem, quam haberet, ſi foret a præfato Do
mino ſpecialiter delegatus; ſaluo tamen, ꝙ in cauſis, & caſibus ſpecialibus,
in quibus prohibita ſit appellatio, vel nullitatis dictio de iure communi,
vel ex forma ſtatutorum, vel prouiſionum communis Parmæ non liceat
appellare, & idem diſponatur de nullitate.

Et inſtantia dictæ cauſæ primæ appellationis, & nullitatis dictionis nõ
duret, nec durare poſſit, nec debeat vltra tempus, & ſpacium xxv. dierum
vtilium, quæ inſtantia nullatenus excedatur, nec excedi poſſit, nec etiam
dilatari, ſeu prorogari quoquo modò, etiam ſi de conſenſu partium proce
deret; ſaluo ꝙ ſi contingeret dictam cauſam appellationis, vel nullitatis
committi conſulendam extra ciuitatem Parmæ, ex nunc, pro vt ex tunc,
& eo caſu tantum, inſtantia dictæ primæ appellationis duret, & durare
debeat in totum diebus triginta vtilibus, computatis primis vigintiquinq;
diebus in dicta ſumma dierum triginta vtilium.

Qua appellatione, vel nullitatis dictione interpoſita, ꝓcedat, & in ipſa
cauſa appellationis, & nullitatis dictionis corã dicto iudice appellationis,
ad quẽ fuerit appellatũ hoc ordine; videlicet, ꝙ ſtatim poſt ipſam appella-
tionẽ, vel nullitatẽ ꝓpoſitã, & interpoſitã, die iuridica imediatè ſequẽti te-
neat appellãs, vel nullã dicens corã dicto iudice appellationis petitionem
ſuã in ſcriptis porrigere, & parti notificare pſonaliter, vel ad domũ, ſi non
fuerit pars pſens in iudicio, quæ petitio qualiſcunq; ſit, dum modò tollera
bilis admittatur, & admiſſa eſſe intelligat ipſo iure; & nulla litis conteſta-
tio exigat, & iurare corã dicto iudice appellationis, ſe non dolo, nec calum
niã, ſed credens iuſtam fouere cauſam appellaſſe, vel nullam dixiſſe, ac ſa-
tiſdare, de reſtituendo alteri parti omnia damna, intereſſe, & expenſas litis
prædictæ, quæ paſſa fuerit, & quæ taxata fuerint per iudicem dictæ cauſæ,
ſi ipſe appellans, vel nullam dicens ſuccubuerit in dicta cauſa appellatio-
nis, vel nullitatis, vel ſi ipſam appellationem, vel nullitatem non fuerit pro
ſecutus vſq; ad finem; alioquin ipſi appellationi renuntiaſſe intelligatur,
& prima ſententia firma maneat, & executioni mandetur.

Poſt què ſtatim, & ſine vllo interuallo ab hora productionis libelli ap-
pellatorij excluſiuè, ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur appellanti, & nullã dicẽ
ti, & appellato, vel ei contra quem, vel quos nulla dicitur, terminus decẽ
dierum vtiliũ probandi, producendi, oſtendendi, & opponendi tã ſuper

nullitate,quam iniquitate dictæ ſententiæ,& alijs ad ipſam cauſam pertinentibus,quicquid ipſe partes,& quælibet earum voluerint, ipſoq; termino finito ſtatim oĩa agitata,ꝓducta, & oſtẽſa in ipſo termino intelligant̃, & ſint ipſo iure publicata,& de eis vtriq; parti fiat copia,ſi fuerit req̃ſita.

Succeſſiuè verò ſtatim ſtatutus ſit,& eſſe intelligatur ipſo iure, & facto vtriq; parti termin⁹ ſeptẽ dier⁹ vtiliũ reprobandi,& impugnandi, & excludendi quæcunq; agitata,ꝓducta, & oſtenſa fuerint in dicto primo termino;& ſi aliqua partiũ in ipſo termino reprobatorio produxerit articulos, vel capitula tendentia ad reprobandũ probata,& producta per alterã partẽ in primo termino probatorio,quę capitula,& articuli produci debeant ꝑ quattuor dies vtiles ante finem dicti termini reprobatorij parte præſente,vel legitimè ad hoc citata;& ſibi de ipſis capitulis,& articulis copia dimiſſa perſonaliter,vel ad domum,& poſt produci non poſſint,nec admitti;tunc liceat illi parti contra quam producta fuerint,& cuilibet alteri cui⁹ interſit,coadiuuare,& corroborare per legitimas probationes, probata, & producta in primo termino,quo termino reprobatorio elapſo,quęlibet agitata,producta,& oſtenſa in dicto termino intelligantur, & ſint ipſo iure publicata,& de eis fiat copia vt ſupra.

Et quod omnes exceptiones ſint ſaluæ in fine,& reiectæ intelligant̃,& cætera,vt ſupra pro vt in ordine principalis cauſæ ſuperius continetur.

Poſtea verò teneatur iuſdicens ordinarius,vel delegatus vt ſupra, coram quo ipſa cauſa appellationis,vel nullitatis verſa erit,infra vnã diem vtilem poſt dictum terminum reprobatorium immediatè ſequentem ad requiſitionem dictarum partium,vel alterius earum dictam cauſam appellationis,vel nullitatis committere vni iuriſperito de confidentibus partium eligendo pro vt ſupra,in ordine principalis cauſæ continetur.

Qui commiſſarius ipſam commiſſionem ſtatim cogatur omnib⁹ iuris remedijs acceptare,& iurare pro vt in ordine principalis cauſæ continet̃, nec poſſit aſſociari,nec alius contra ipſum commiſſarium electum vt ſupra aſſumi vllo modo;niſi fuerit de partium voluntate,coram quo cõmiſſario dictæ partes compareant,& producant proceſſus,& omnia acta dictæ cauſæ appellationis,& nullitatis,& iura ſua.

Qui commiſſarius viſis,& diligenter examinatis p̃dictis, & partiũ allegationibus auditis,teneat̃,& debeat præſentari facere conſilium ſuum in ſcriptis eius ꝓpria manu ſcriptũ ad banchũ dicti iudicis, coram quo dicta cauſa appellationis,& nullitatis verſa erit,ante finem dicti termini viginti quinq; dier⁹ vtiliũ ipſi cauſæ limitati, de qua p̃tatione fiat ſubſcriptio dicto cõſilio manu notarij cauſę,per quẽ,& qua die p̃tatum fuerit,& idem fiat in actis dictæ cauſæ;ita ꝙ dict⁹ iudex dictę cauſę appellationis,vel nullitatis poſſit,ac teneat̃,& debeat in dicto termino iuxta formam dicti cõſilij ſuã ſententiam diffinitiuã proferre,& publicare ſuper cauſa p̃dicta, quæ pro-

pronunciatio, & publicatio facta eſſe intelligatur ipſo iure,ſi iudex cauſæ ommiſſerit proferre,& publicare vt ſupra;& ꝙ dictus iudex appellationis, vel nullitatis poſſit intereſſe examinationi dictæ cauſæ,& nihilomin⁹ conſilium commiſſarij ſequi teneatur.

Poſſit ẽt iudex cauſæ appellationis,vel nullitatis ſi fuerit de partiũ volũtate,ipſam causã p ſe tantũ abſq; aliquo cõmiſſario eligendo cognoſcere, decidere,& terminare iuxta terminũ antedictum,qui eo caſu iurare tenea tur,prout ſupra in ſacramento Commiſſarij continetur mutatis mutãdis.

Poſtq̃ verò lata fuerit dicta ſentẽtia in dicta cauſa appellationis,vel nullitatis,in quantum,& quatenus confirmata fuerit prima ſententia lata in cauſa principali,nõ liceat amplius ꝓuocare,nec appellare a dicta ſentẽtia, nec nullã dicere,nec eidẽ aliqualiter cõtrairi,nec cõtra eã quicq̃ excipi,vel opponi,ſed prout lata fuerit executioni mandetur oĩbus iuris remedijs.

Si verò p ipſam ſententiã latã in dicta cauſa appellationis,vel nullitatis, dicta prima ſententia fuerit annullata,vel reuocata, aut aliter reformata particulariter,vel in totũ,tunc liceat ſuccumbẽti in dicta cauſa appellationis,vel nullitatis,& cuilibet alteri cui de iure liceat,appellare, & nullã dicere infra terminũ quinq; dier⁹ continuor⁹ a die latę ſentẽtiæ,& nõ vltra,a dicta tali ſententia appellare,& nullã dicere ad vnũ aliũ iudicẽ eligendũ,ꝓ vt in prima cauſa appellationis eſt expreſſum, in qua cauſa appellationis, vel nullitatis,cuius inſtantia,& terminus duret,& durare debeat diebus viginti quinq; vtilibus vt ſupra,& non vltra,procedat̃,& intelligant̃ termini eſſe limitati tã circa proceſſum cauſæ,q̃ circa cõmiſſionem fiendã conſultori,qui conſulere debet in ea,q̃ circa alia,in oĩbus,& per oĩa pro vt in prima cauſa appellationis ſuperius eſt expreſſum,mutatis,mutandis,& congrua congruis referendo,quæ hic repetita,& pro repetitis habeantur.

Et prędicta quę ſuperius dicta ſunt in cauſis,& quæſtionibus tã principalibus,q̃ appellationum,locum habeant,& obſeruari debeant in quibuſcunq; quæſtionibus,& cauſis pendentibus,& in cæteris decætero inchoãdis;firmis tñ manẽtib⁹ actitatis, & ꝓductis in dictis cauſis pendentibus.

Verum tñ niſi fuerit de partium voluntate,ordo p̃tium ſtatutorum ſuper cauſis,& q̃ſtionibus editor⁹,& diſpoſita in eis non vendicent ſibi locũ in quæſtionibus dation⁹;ſed in eis pacta dation⁹, & ſtatuta ſuper ipſis edita inuiolabiliter obſeruent̃;nec etiã in cauſis,& quæſtionibus,ſeu cõtrouerſijs motis,vel mouendis occaſione proclamationis quæ fient ꝓ bonis vendendis ad cridas,vel accipiendo inſolutũ;ſed in ipſis ſeruent̃ ꝓuiſiones, & ſtatuta ſuper ipſis ſpecialiter edita,& termini ſtatuti in eis; nec ẽt in cauſis mercator⁹ quæ vertent̃ coram aduogadro mercantiæ inter mercatores,& ex cauſa mercantiæ;ſed in ipſis ſeruent̃ ſtatuta ipſor⁹ mercator⁹ per prędentia ſtatuta confirmata;nec etiam in cauſis in quibus procedi poteſt per formam aliquor⁹ ſtatutor⁹ Parmæ breuiori via,q̃ via præſentis ſtatuti, tẽporibus

ribus appellationis minimè cõputatis; sed seruent in eis statuta prædicta, & breuius terminentur; ne partes expensis, protelationibus litium nimiũ aggrauent; nec etiã in compromissis factis, vel fiendis in amicos cõmunes de partiũ voluntate, aut ex dispositione alicuius statuti cõis Parmæ.

Præterea statutũ, & ordinatũ est, ꝙ si decætero contingat aliq̃ litẽ, quæstionẽ, causam, seu controuersiã moueri contra absentẽ in longinquis partibus, vel extra iurisdictionẽ D. Potestatis Parmæ, iusdicens teneat dare, & assignare tali absenti vt supra citato, vel citãdo, facta prius fide summatim prout iusdicenti videbit de tali absentia, terminus cõpetens ad comparendũ p se, vel legitimũ ꝓcuratorẽ; videlicet, singulos dies pro singulis viginti milliarijs ꝓ eundo, & totidẽ ꝓ redeũdo, & vltra arbitrio iusdicentis, dũmodò arbitriũ iusdicẽtis nõ excedat vltra terminũ vnius mẽsis continui, quo termino elapso, & non ante incipiat currere tempus præsentis statuti.

Itẽ ꝙ si aliqua partium voluerit ꝓducere in aliqua lite, causã, q̃stione, siue cõtrouersia aliquos testes absentes, vel instrumenta q̃ essent extra territoriũ iurisdictionis dicti D. Potestatis Parmæ; tunc nominatis prius dictis testib⁹, & instrumẽtis, quibus semel nominatis nihil addi possit; & factafi de summatim de huiusmodi absentia, & carentia instrumentorũ extra iurisdictionẽ vt supra existẽtiũ iudici litis, pro vt sibi videbit; & parte iurante ad sancta Dei Euãgelia corporaliter tactis scripturis, ꝙ hoc non facit, nec fieri petit, dolo, vel calumnia, vel in fraudem, nec animo protelandi litem, sed putans ipsis testibus, & instrumentis indigere ad ꝓbationẽ sui iuris, eo casu assignetur sibi p iudicẽ litis terminus cõpetens ꝫm distantiã locoꝝ, & negotij qualitatẽ, infra quem dicti testes recipi, & examinari possint debita forma iuris, eorumq; dicta iudici litis soleñiter p̃sentari, & ipsa instrumẽta ꝓduci, & in eo termino assignando vt supra. Possit ẽt alia pars ostẽdere, & ꝓbare de iure suo legitimè quicquid voluerit, quo termino pendẽte nõ currãt tpa huius statuti, nec termini statuti ad probandum, nisi quo ad testes, & alias probationes p̃ntes, nec ẽt termini statuti ad reprobationem, quoad reprobãdum ꝓbationes testium, & instrumentoꝝ extra iurisdictiones, habitatões, & receptiones, si quas fecerit in termino sibi statuto pp dictã absentiã, & carentiã. Et ad obuiandum malitijs litigantiũ, statutum, & ordinatum est, ꝙ si fiat nominatio aliquoꝝ testium extra iurisdictionẽ, nisi miserit ad locum ipsum ad examinari faciendum in loco nominationis, soluat parti aduersæ nominans soldos duos imperialium pro quolibet milliari vsq; ad quantitatem centum milliariorum, & a centum milliaribus vltra soluat libr. viginti imperialium parti, contra quam fuerit facta nominatio; quas denariorum quantitates si non soluerit, non audiatur; & processus agitatus in eius fauore non valeat, nec teneat; & durante dicta dilatione data pro testibus absentibus, non currant etiam tempora ad probationes præsentes, & nulla testium etiam præsentium fiat publicatio.

Item

Item ꝙ si deinceps contingat vllam litem, causam, quæstionem, seu cõtrouersiã moueri alicui pupillo, vel minori, vel mẽtecapto, vel furioso, aut simili psonæ, tutore, vel curatore carenti, ne talis p̃sona remaneat indefensa, & ne ius suum pereat propter carentiã legitimi defensoris, teneat, & debeat agere volens contra aliquem ex prædictis prius citari, & moneri facere aliquos ex eius proximioribus agnatis, vel attinentibus, si qui erunt p̃sentes, & si non adessent aliquos ex proximioribus amicis, & vicinis eiusdem; & vna cum p̃sentibus, aut legitimè citatis instare, & requirere corã iudice cõpetente, ꝙ ipsi contra quem ipsam litem, causam, quæstionẽ, vel controuersiã mouere voluerit, detur, & decernatur per dictum iudicẽ tutor, vel curator idoneus sin̄ conditionem persõnę, cui decernendus erit, generalis, vel statim specialis ad litem prædictam, cum quo possit iudiciũ inchoari; & qui iura illius cui dabitur defendere debeat, qui iudex teneatur infra viginti dies continuos a die requisitionis factæ sibi computandos, ꝓ uidere eidem de idoneo tutore, vel curatore vt supra; & ad dictam tutelã, seu curam, seu defensionem subeundam teneatur compellere illos agnatos, cognatos, vel affines, aut vicinos, vel alios idoneos, pro vt ipsi iudici vi debitur, cum cautionibus, obligationibus, sacramentis, decreto, & iure solemnitatibus opportunis, sub pœna ipsi iudici libr. sexaginta Parmen. cõmuni Parmæ applicanda.

Si quis aũt iusdicens, magistratus, vel assessor, ẽt delegatus, vel subdelegatus, a se ipso absq; consilio alterius protulerit aliq̃ sententiã iniquã, vel iniustã, in totũ, vel in partem, quæ iniquitas, vel iniustitia cõstet ex actis, & ꝓductis in causa, super qua dicta sententia lata fuerit, vel dictũ consiliũ datũ, vel aliter legitimè, detegatur, si scienter, & dolosè hoc fecerit, ĩcurrat in pena pro vno denario, quattuor quãtitatis, seu æstimationis rei de qua fuerit quæstio, applicanda pro medietate cõi Parmæ, & pro alia medietate dãnum passo; & vlterius priuetur omni officio, & beneficio aduocandi, iudicandi, & consulendi, & quolibet priuilegio, & beneficio sui collegij in perpetuum; si vero per imperitiam, vel ignorantiam, tunc teneatur reficere parti ex hoc læsæ damnum, cum expensis per ipsam partem passis, sin̄ ꝙ iudici videbitur, quarum quidem pœnarum de quibus supra fit mentio, nec non pœnæ impositæ non terminantibus quæstiones in terminis limitatis, cognitores, & executores esse debeãt ille, vel illi, quẽ, vel quos Illustriss. & Excellentiss. D. noster duxerit deputandũ, vel deputandos, coram quo, vel quibus quilibet volens querelare de prædictis possit, & teneatur suam querelã in scriptis producere infra duos menses immediatè sequẽtes post dictum terminum oĩum instantiarum, quo termino elapso non audiatur, qui cognitores, & executores, vnus, seu plures, tam circa cognitionẽ prædictoꝝ, & exactionem dictarum pœnaꝝ, & cuiuslibet earum procedere teneantur, seu teneatur summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudi-

cij, ſolaque veritate inſpecta, & oĩbus alijs iuris remedijs, pro vt expediens fuerit, & eis videbitur conuenire; & nihilominus ſi quis conqueri voluerit de aliquo iudice, vel cõmiſſario, ꝙ ſententiã iniq̃, vel iniuſtam tulerit, aut conſilium iniquum, vel iniuſtum dederit, hoc et ſignificare poſſit prę. libato D. noſtro infra terminũ antedictũ, hoc intellecto, ꝙ dictæ quęſtiones dictis occaſionibus in præſenti capitulo expreſſis agitandæ, decidant, & terminentur ſententialiter p dictũ iuſdicentem, vnum, vel plures infra terminũ triginta dierum vtilium, a die petitionis, ſeu querelæ porrectę coram ipſo iuſdicente computandorum, ſub pœna prædicta applicanda vt ſupra. In officialibus autem poſſit pars conqueri tempore ipſius officialis ſyndicatus, qui ſyndici teneantur conquerenti ius facere.

Inſuper ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ in omni cauſa, quæſtione, ſeu cõtrouerſia, omnes, & ſinguli teſtes producendi per aliquam partium, cogãtur indilatè per iudicem litis realiter, & perſonaliter omnibus iuris remedijs ad iurandum, & veritatis teſtimonium perhibendum in dicta cauſa, lite, quæſtione, ſeu controuerſia, ſub pœna cuilibet teſti inobedienti librarũ ſexaginta Parmeñ. & plus, & minus arbitrio iuſdicentis, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum, cuius quidam pœnæ medietas cõmuni Parmæ applicetur, & alia medietas parti ipſum teſtem producere volẽti, quę pœna ſtatim per iudicem litis exigatur, & exigi debeat; ſi de hoc per partem, vel ſyndicum cõis fuerit requiſitus, ſub pœna libr. quinquaginta Parmeñ. communi Parmæ applicañ. & de qua poſſit ſyndicari.

Itẽ ſtatutũ, & ordinatũ eſt, ꝙ notarij deputati ad examinãdũ, & recipiendũ teſtes, ſtatim poſtq̃ electi fuerint, & ẽt anteq̃ ad examinationẽ aliquor teſtiũ ꝓcedat, teneant, & debeãt iurare corã iuſdicente, corã quo agitabit cauſa ad ſancta Dei Euãgelia corporaliter tactis ſcripturis, ꝙ teſtes productos, & ꝓducendos, benè, & diligenter examinabũt, & interrogabunt, eorumq; dicta, & teſtimonia fideliter recipient, & ſcribent, & ſcribi facient pro vtraque parte, bona fide, & ſine fraude, omni dolo ceſſante; eruẽdo ab ipſis teſtibus veritatem ei⁹, ꝙ ſciuerint de negotio, ſuper quo fuerint ꝓducti, cum interrogationibus debitis, & non ſuperfluis, nec cauilloſis; vbi per alterã partiũ productæ non fuerint interrogationes, & cũ interrogationibus p partẽ ꝓductis, & correctis, vbi p partẽ fuerint productæ; & nõ deuiãdo vllo modo a tramite veritatis, & iuſtitiæ; & ꝙ ſeruabunt ſtatuta ſupp̃dictis edita, & ꝙ nõ propalabũt, nec manifeſtabunt vllo modo directè, vel indirectè, verbo, nutu, vel oſtenſione dicta teſtiũ alicui partiũ, nec alteri p̃ſonę; ſed ea tenebunt, & teneri facient ſecreta, donec fuerint publicata, ſub pęna lib. centũ Parmeñ. cõi Parmæ applicãda, vltra pęnas a iure limitatas.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ per collegium dominorũ notariorũ ciuitatis Parmæ ſingulo anno eligant octo notarij de dicto collegio, quorum noĩa ponantur in vno buſſullo, & eligatur vnus ex ipſis octo de confidenti-

fidentibus partium, qui examinet pro vtraque parte, & mercedẽ pro dimidia ab parte vtraque conſequatur; & ſi contingeret in eadem cauſa examinari in pluribus muttis, idem obſeruetur; nec dicti omnes octo poſſint recuſari per litigantes, vel per aliquem ex ipſis; & teneantur tales electi iurare ſm̃ formam ſtatutorum communis Parmæ; ita ꝙ per hoc non intelligatur fieri præiudicium notario cauſæ, quin habeat debitam mercedem.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ quælibet partium quæ in iudicio ꝓduxerit aliqua inſtrumenta, acta, vel ſcripturas, teneatur, & debeat non obſtante productione ſemel facta, quandocunq; durantibus inſtãtijs cauſæ vertentiũ inter ipſas partes, ad inſtantiã partis cuius interſit, eas, vel ea reprobare volentis, & iurantis ſe non dolo, nec calumniæ cauſa hoc petere, ipſa inſtrumenta, acta, vel ſcripturas, quibus aliàs vſa fuerit, iterũ, & de nouo producere, & in actis dimittere; & etiam parti petenti vt ſupra copiã facere expenſis petentis copiã; & ad hoc cogatur, & cogi poſſit per iuſdicẽtem litis omnibus iuris remedijs, etiam per perſonarum detentionem.

Si verò ad terminum, ſeu ad terminos citatus non venerit, nec perſona legitima pro eo; ſed contumax in non cõparendo fuerit, ſi actor voluerit, ꝙ ad diffinitiuã ſententiã procedatur, producat, & producere poſſit libellum in ſcriptis infra vnã diem vtilem proximè ſubſequentẽ poſt citationẽ prædictã corã iuſdicente, de qua productione prædicta fiat, & fieri debeat notificatio parti aduerſæ perſonaliter, ſi perſonaliter inueniatur, vel ad domũ ſuæ habitationis, ſeu in qua ſolitus fuerat habitare ipſe citatus ante citationẽ p̃dictam, vel in alijs locis vbi poteſt, & debet citari ſm̃ formã præſentium ſtatutorum infra vnã diem vtilem proximè ſubſequentem, qua notificatione ſic facta, & de qua appareat in actis; & elapſo termino ad reſpondum, lis ſit, & habeatur, & intelligatur conteſtata, & pro conteſtata; & vlterius in cauſa procedatur, & procedi poſſit cum dilationibus, & forma prædictis, etiam ad diffinitiuam ſententiam, deciſionem, & determinationem ipſius cauſæ, litis, quæſtionis, ſeu controuerſię, condemnando, vel abſoluẽdo pro vt iuſdicenti liquebit, & probatũ fuerit, in & de cauſa prædicta, & rei contumacia non obſtante; & quã quæſtionem, litem, cauſam, vel controuerſiã iuſdicens infra dictum tẽpus p̃ntibus limitatũ, terminare, & diffinire teneatur, ꝙ ſi in hoc fuerit negligens, & remiſſus, teneatur parti læſæ ad omne damnum, expenſas, diſpendia, & intereſſe vt ſupra; qua ſententia ſic in abſentem lata, teneatur pars prius in cuius fauorem fuerit lata de ipſius tenore, & effectu infra tres dies continuè numerandos poſt dictæ ſententiæ prolationem notificare parti aduerſæ perſonaliter, ſi inueniet; aliàs ad domũ ſuæ ſolitæ habitationis, ſeu in qua habitabat, ſi habitationem habeat in ciuitate, vel epatu Parmæ; & ſi nõ habeat ad ſcalas vtriuſq; palatij, & ſub palatio veteri cõis publicè, & alta voce, de qua notificatione appareat in actis, ſeu per inſtrumentum publicum; & ꝙ dicta ſententia contra-

abſentem, vel etiam pro abſente ſic lata, & notificata, in omnibus, & per omnia ſic valeat, & teneat; ac ſi inter præſentes lata fuiſſet, & executioni mandetur, & mandari poſſit per quemlibet iuſdicentem, & officialē communis Parmę iuriſdictionem habentem, etiam per alium, quam qui tulerit ſententiam, aliqua exceptione iniquitatis, vel nullitatis non obſtante; niſi foret exceptio nullitatis deſcendens ex defectu iuſdicentis ferentis ipſam ſententiam, de qua poſſit excipi, & opponi; vel niſi fuerit exceptio ſolutionis factæ poſt dictam ſententiam, vel alia exceptio quæ de nouo ſuperuenerit, vel competere cœperit excipienti poſt dictam ſententiam, vel alia quæ ſit permiſſa per formam alicuius ſtatuti cōis Parmæ, de quib⁹ poſſit excipi, & opponi tantum; & hoc locū habeat, ſi ab ipſa ſententia nō fuerit appellatum; ſi autem ab ipſa fuerit appellatum, modus, & forma in appellationibus traditus obſeruetur. Si autem actor noluerit producere libellum modo prædicto contra reum non comparentem, nec diffinitiuā ſententiam expectare; liceat, & licitum ſit actori ad cuius inſtantiam reus, ſeu pars fuerit citatus, ſeu citata, contra ipſum reum contumacem procedere iuris remedijs contra abſentem competentibus, tam ex forma iuris, quam ſtatutorum, & ordinamentorum communis, & populi Parmæ.

De intentionibus ſuper quibus recipi debent teſtes ponendis in libro, & interrogationibus fiendis; & de copia ipſarum danda per notarium in ciuilibus, & criminalibus.

INtentiones, ſeu capitula, ſuper quibus teſtes aliqui recipi debuerint, ponantur in libro per notarios, quibus committeretur examinare, & recipere teſtes ſuper ipſis intentionibus ante receptionē teſtiū; ita ꝙ intentio p̄cedat, & dicta teſtium ſequantur; & in oībus intentionibus, & teſtificationibus teſtium ſcribantur milleſimus, indictio, & dies; & teneātur dicti notarij qui teſtes receperint, facere interrogationes omnes ipſis teſtib⁹ ſm̄ quod in ipſis interrogationibus productis, & correctis continebit; vbi interrogationes per partē fuerint productæ; & ſi non fuerint productæ cū interrogationibus debitis, & non ſuperfluis, nec cauilloſis, bona fide, & ſine fraude, eruendo ab ipſis teſtibus veritatem vt ſupra in alio ſtatuto continetur. Et recipere dicta teſtium, & ſcribere ſm̄ ꝙ dixerint extensè, & nō dicendo talis dixit vt ſupra. Et oēs teſtes qui producentur a partibus, & qui ēt recipientur ex offico, oſtendantur partibus; & de eis fiat copia cū noibus, & pronoībus ipſor̄ teſtium poſt publicationem ipſor̄, vt poſſint remoueri, & reuerſari; & ēt ante aperturā teſtium dentur in ſcriptis noīa, & pronomina teſtium receptorum partibus ſi petierint; & p̄dicta omnia habeant locum tam inciuilibus cauſis, quam in criminalibus, & quælibet partium poſſit, & ei liceat petere, ꝙ ponatur ꝑ parte ſua vnus notarius qui interſit ipſorum teſtium examinationi vna cum notario cauſæ. Et poteſtas, & ſui iudices,

iudices, & quilibet alius iuſdicens ordinarius, vel extraordinarius, & vt ſupra, teneantur hoc capitulū obſeruare; alioquin quilibet eor̄ cadat in pœnā librar̄ quinquaginta Parmeñ. applicandā pro dimidia cōi, & pro alia dimidia parti petenti, de quibus poſſit ſyndicari. Et officialis ſub quo lis, vel cauſa ventilabitur, intereſſe debeat reuerſationibus, & quæſtionibus; & operari omnibus modis quibus melius, & ſubtilius poterit, falſitatē teſtium inuenire. Et ſi allegetur falſos teſtes eſſe contra vnū, vel plures, vel in de habeatur ſuſpitio, iudex ſub quo cauſa fuerit, teſtes coram ſe ſimul veni re faciat omnes, expenſis illius qui eos petierit reuerſari, & eos ſeparatim examinare debeat; ita quòd vnus aliū non poſſit inſtruere poſtquam examinatus, vel reuerſatus fuerit. Et nō poſſint fieri ſuper aliquo capitulo, ſeu poſitione alicuius cauſæ in examinationibus teſtium vltra decem interrogationes, quas pars contra quam examinentur teſtes fieri voluerit; cū correctione tamen de ipſis fienda per correctorem ad hoc eligendum de confidentibus partium, qui eſſe debeant ciues Parmę de collegio iudicum, vel notariorum Parmæ, & non alij.

De cauſa, & non actione proponenda.

NEmo compellatur in aliqua quæſtione edere, vel proponere actionem; ſed cauſam in libello, ſeu petitione ſua ponere teneatur.

Quòd obmiſſio pronuntiationis ſuper emergenti, vel incidenti proceſſum non vitiet.

STatutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſi contingat in aliqua cauſa ſuper aliquo incidenti, vel emergenti aliquid obijci, vel opponi, excipi, vel replicari; licet ſuper ipſis non fuerit ante ſententiam diffinitiuam pronūciatum, ex hoc proceſſus nullatenus vitietur; ſed iudex in diffinitiua ſentētia de eis, & ad eas poſſit habere reſpectum.

De ſacramento calumniæ.

IN qualibet cauſa, & queſtionæ principales perſonæ debeant iurare de calumnia. Saluo ꝙ illud ſacramentum tacitè, & expreſsè remitti poſſit; & in quacunq; parte litis præſtari poſſit, ſi obmiſſum fuerit, & petatur præſtari, & præſtari poſſit etiam per procuratores habentes ad hoc legitimum mandatum.

De pœna negantis filiationem per mortem.

STatutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis in iudicio negauerit aliquem eſſe, vel fuiſſe filium, patrem, vel auum, vel ꝓauum, vel legitimum, vel eſſe, vel fuiſſe deſcendentem, aut fratrem, vel ſororem, vel filium fratris,

tris, vel ſororis, aut patruum, vel auunculum, amitam, vel materteram, vel filium patrui auunculi, vel materteræ alicuius, vel aliquem fore defunctũ, qui non ſit defunctus in extraneis partibus, de quo interrogatus fuerit, vel poſitum fuerit; & probatum fuerit illud, quod negatum fuerit eſſe, vel fuiſſe verum, negans condemnetur per eundem iudicem coram quo negatũ fuerit in xxv. libr. Parmen. cuius pœnæ medietas ſit cõis, & alia aduerſarij; & vltra teneatur ad reſtitutionem oĩum damnorum, expenſarum, & intereſſe, quæ ea occaſione aduerſarius paſſus fuerit. Et intelligatur quis negaſſe prædicta, etiam ſi non reſponderet non credere, vel non eſtimare. Et q̃ dictum eſt de prædictis, habeat etiam locum in omnibus alijs aſcendentibus, deſcendentibus, & tranſuerſalibus vſq; ad tertium gradum incluſiuè de iure canonico. Et eadem pœna puniatur quicunq; negauerit aliquam poſitionem, quæ dependeat a facto proprio, ſi per ponentem probata fuerit; niſi eſſet de facto antiquo.

De probatione fienda per illum qui ſe aſſerit ſui iuris.

QVia ſæpè contingit in cauſis iudiciarijs opponi in iudicio, comparentem audiendum non fore; quia ſit in patria poteſtate, vt ſic in iudicio comparens in probando ſe eſſe patremfamilias, expenſis, & laboribus fatigetur; ſalubriter eſt ſtatutum; q̃ illi contra quem talis aſſertio proponitur, ſufficiat probare ſe fore patremfamilias, & parente carere de publica voce, & fama per tres teſtes ad minus, quæ probatio ſic facta, quantum ad hoc, pro probatione legitima cenſeatur.

De delatione ſacramenti, & de iure iurando præſtando, vel referendo.

CVm maximum remedium decidendarum litium ſit iuris iurandi religio; ſtatutum, & ordinatum eſt, q̃ ſi quis corã poteſtate, eiuſq; iudicibus, aduogadris, cæteriſq; officialibus cõis Parmæ quẽrimoniam depoſuerit contra aliquem de aliqua re, vel pecunia, iure, vel actione; & conquærens, ſeu petens ſtare voluerit ſacramento eius, de quo conquæritur, vel a quo petitur, teneatur, & debeat ille de quo depoſita eſt q̃rimonia, ſeu a quo petitur, iurare, an debeat, vel non debeat; vel an promiſſerit, vel non promiſſerit; vel an teneatur, vel non teneatur in totum, vel pro parte ad id quod petitur, vel de quo quærimonia facta fuerit; & ſi iurauerit, eius ſacramento ſtetur; ſi autem iurare noluerit, condemnetur in petitis per officialem coram quo dicta quæſtio mota fuerit; & hæc locum tantum habeant in his qui principaliter conueniuntur ex facto eor̃ proprio, non autem in hæredibus aliquorum, ſeu eorum qui ex alieno facto conueniuntur. Saluo q̃ ſi is a quo iuramentum petitur, referre voluerit tale ſacramentum illi, qui ſibi hoc detulit, vel deferre vult, teneatur, & debeat tunc ille cui ſic refertur, quicunq; ſit ille petitor, iurare; & ſi iurare noluerit ipſe petitor, abſoluatur per dictos dominos officiales ille a quo petebatur, ſeu qué iurare volebat. Et hoc ſtatutũ valeat, & obſeruetur p quoſcunq; officiales cõis Parmæ, nõ obſtãtibus aliqbus ſtatutis cõis, & populi Parmæ facientibus in cõtrariũ ad p̃dicta; & ſi ille cui ſacramentũ delatũ fuerit, ſuo ſacramẽto iurauerit ſe debuiſſe, vel ſe p̃miſiſſe illud q̃ petit̃; tñ dixerit ſuo ſacramento ſe ſoluiſſe poſtea, vel debitũ ſibi eſſe remiſſũ, vel aliquid aliud adiecerit in ſacramẽto ſuo liberans eũ ab obligatione in totũ, vel in partẽ; tunc ille qui detulerit dictũ ſacramentũ volens ſtare fidei; & ſacramento eiuſdẽ, teneat̃, & debeat accipere ſacramentum illius iurantis in totum, ſicut iurauerit, tam pro ſe, quam contra ſe, & aliter ſibi non præiudicet; & in quolibet dictorum caſuum illi qui iurare debebit detur congrua dilatio, ſi petatur ad deliberandum, quæ dilatio non excedat vltra duos dies vtiles.

De arbitris, & arbitratoribus, & infra quantum tempus arbitri, & arbitratores ſuum arbitramentum teneantur proferre; & de executione eorum, & quomodo, & qualiter ab eis valeat appellari.

SI aliquod compromiſſum factum fuerit per aliquas perſonas in arbitrũ, ſeu arbitros, vel arbitratores, ſeu amicabiles compoſitores, in quo non ſit certus terminus præfixus in ipſo compromiſſo per partes; ipſe, vel ſibi teneantur, & debeant inter partes prædictas in ſe poſitas ſententiare, ſeu arbitrari, & quæſtionem terminare, aut amicabiliter componere infra ſpatium quadraginta dierũ vtiliũ a die notificationis eiſdẽ factę excluſiuè continuè numerandor̃, quæ notificatio fieri debeat per p̃dictas partes, ſeu alterã ipſar̃ p̃dictis arbitris, ſeu arbitratoribus infra tres dies continuos a die cõpromiſſi perſonaliter, ſi fuerint pñtes; & ſi ipſi, vel aliquis ipſorum fuerint abſentes, vel abſens infra quindecim dies continuos; alioquin compromiſſum ſit ipſo iure nullũ; & ad ſententiandũ, & terminandum vt ſupra teneant dicti arbitri, & arbitratores ſub pœna florenorum xxv. auri p̃ quolibet ipſor̃ applicanda cõi Parmæ; & ſub eadem pœna applicanda vt ſupra, quilibet poteſtas, & eius iudex requiſiti per aliq̃ partiu teneantur, & debeant oĩbus iuris remedijs cogere dictos arbitros, ſeu arbitratores ad acceptandũ dicta cõpromiſſa, & eor̃ ſententias ferendũ infra terminum p̃dictũ; & ſi arbitri, & arbitratores ſententiare, terminare, vel amicabiliter cõponere neglexerint infra p̃dictum tẽpus, dictum cõpromiſſum ſit caſſum penitus, irritũ, vanum; & nullius momenti, efficaciæ, vel valoris; ita q̃ ea q̃ continentur in compromiſſo nihil habeant firmitatis; cum arbitri, & arbitratores fiant occaſione litium finiendar̃, & non differendar̃; & hęc locũ habeant in cõpromiſſis factis inter laicos tantum. Et q̃ latis ipſis arbitrijs, ſeu arbitramentis, poſſit, & valeat pars conquæri per viam appellationis tantum; & appellationẽ proſequi in oĩbus, & per oĩa, & intra tempora ſuper appellationibus alijs per formã ſtatutor̃ cõis, & populi Parmę ordinata;

HAYKOBA BIBLIOTEKA
OHYKOBA BIBLIOTEKA

ta; & prout, & ſicut, a & de ſententijs diffinitiuis per ipſa ſtatuta extitit ordinatum; dum tñ non poſſit appellari niſi ſemel a qualibet parte, vt de diffinitiuis ſententijs eſt ſtatutum; hoc intellecto, q̃ omnia alia iure remedia, tam reſciſoria, q̃ reſtitutoria, & tam minoribus, q̃ maioribus competẽtia; ſiue per formã reſtitutionis in integrum, ſiue aliter, ſint ſublata, & penitus præcluſa. Et ipſæ ſententiæ, pronuntiationes, arbitria, & arbitramenta ſup diffinitione ipſius negotij prolata modo, & forma p̃dictis; tam in cauſa principali, q̃ appellationis ſint diffinitiuæ, & pro diffinitiuis, & diffinitiua ſententia reputentur. Et poſtq̃ tranſiuerint in rem iudicatã, poſſint, & debeant per quẽlibet iuſdicentem cõis, & populi Parmæ executioni mãdari, prout, & ſicut quælibet diffinitiua ſententia infra tpa per ipſa ſtatuta ordinata de executione ſententiar̃; vt ſic ſtatuta cõis Parmæ de executione ſententiar̃ loquentia, quantum ad dicta executionẽ effectualiter debeant obſeruari; & hic intelligant̃ oĩa repetita. Qui quidem arbitri, ſeu arbitratores ſi dolosè, vel malitiosè proceſſerint, teneãtur parti læſæ ad omne dãnum, expenſas, diſpendium, & intereſſe; & ſi pars læſa voluerit de eis conqueri, q̃ dolosè, & malitiosè proceſſerint, hoc facere teneatur infra decem dies continuos poſt latũ arbitriũ, ſeu arbitramentũ continuè numerandos; & duret illa inſtantia, quantum durat inſtantia appellationis ſm̃ formã ſtatutorum, & ordinamentor̃ cõis, & populi Parmæ; & poſſit in dicta cauſa p̃cedi ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & quanto citius eſſe poſſit; dummodò probationes, & iura partium audiantur, & admittatur, & a ſententia inde lata non poſſit, nec valeat de nullitate dici; niſi ipſa nullitas perueniret ex defectu iudicis ipſam ſententiam proferentis; liceat tñ ipſis arbitris, & arbitratoribus, ſi contra eos pronunciatum fuerit ſemel appellare. Inſuper q̃ nullus minor xxv. annis habens curatorem poſſit, vel valeat compromittere, niſi vltra alias ſolẽnitates a iure, & a ſtatutis requiſitas, adſit, & conſentiat vnus reſidens in ciuitate Parmæ de agnatione, vel cognatione ipſorum minorum; & in eorum abſentia, vel defectum adſit vnus ex vicinis ſuis, & aliter non valeat.

De arbitris, arbitratoribus, & communibus amicis eligẽdis inter propinquos, & infra quantum tempus debeant pronuntiaſſe, & terminaſſe, et de executione eorũ, & quomodò, & qualiter ab eis valeat appellari.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ ſi inter patrem & filiũ, & inter fratres; & inter conſanguineos germanos, & eorũ filios, & inter agnatos, & cognatos, ſeu alteros eorũ vſq; ad quartũ gradum incluſiuè, intelligendo gradũ de iure canonico, eſſet aliqua diſcordia, ſiue contentio p̃ aliquibus bonis, & rebus; & alio quocunq; modo, iure, ſeu cauſa, pro quibus inter p̃dictos eſſet contentio, vel diſcordia; poteſtas ciuitatis Parmę, & qui libet iuſdicens teneatur, & debeat omni mora poſtpoſita ſub pœna libr. centum

centum Parmeñ. dicto poteſtati, & iuſdicenti irremiſſibiliter auferẽda, ſuprascriptos inter quos contentio, vel diſcordia eſſet, compellere omnibus iure remedijs, q̃ eligant vnum bonum, & legalem virum pro vtraque, ſeu qualibet parte, & vnum tertium de confidentibus partium habitatores, & reſidentes ciuitatis, vel diſtrictus Parmæ; ſi quæſtio, ſeu controuerſia fuerit inter rurales. Si verò fuerit inter ciues, ſolum dari, & nominari poſſint ciues reſidentes in ciuitate Parmæ; ita tamen q̃ dari non poſſint plures in vna, & eadem familia commorantes; ſed vnus tantum dari poſſit. Saluo, q̃ ſi concordabunt tunc in illum ſolum, poſſit fieri, in quos, ſeu quem tanq̃ in ipſarum partium arbitros, & arbitratores ſe cõpromittant de iure, & de facto ſuper dictis contentionibus, & diſcordijs; & q̃ quicquid laudatum, terminatum, & diffinitum erit per ipſos arbitros, & arbitratores, & ſeu per maiorem partem ipſorum; poteſtas faciat obſeruari inter partes prędictas. Qui arbitri, & arbitratores ſic aſſumpti, & electi teneantur, & debeant ſuã ſententiam, pronuntiationem, terminationem, arbitrium, & arbitramentum tuliſſe, claram, lucidam, & apertam infra quadraginta dies cõtinuos, vbi in compromiſſo terminus non ſit præfixus, a die notificationis eiſdem factæ; vt in proximo præcedenti ſtatuto continetur, excluſiuè cõtinuè numerandos, ſub pœna contenta in dicto proximè præcedenti ſtatuto, quæ notificatio fieri debeat p ipſas partes, vel alterã ipſar̃; vt ſupra in alio ſtatuto continetur; alioquin compromiſſum ſit ipſo iure nullũ, & elapſo termino quadraginta dier̃ ſentẽtia per eos lata non valeat, nec teneat ipſo iure; teneantur tamen dicti arbitri, & arbitratores ad omne damnum, diſpendium, expenſas, & intereſſe parti læſæ, ſi in ferendo ſententiam, & terminãdo quæſtionem, aut amicabiliter componendo fuerint negligentes, & remiſſi; & nihilominus ipſe partes de nouo compellantur, & cõpelli poſſint per iuſdicentem ad nouam electionem faciendo loco illorum, qui taliter fuerint negligentes, in quibus obſeruentur oĩa, quæ in prima electione, & commiſſione obſeruari debebant, & debuiſſent; & lata ſententia, pronuntiatione, terminatione, arbitrio, ſeu arbitramento prædicto infra tempus prædictum; ſi aliqua pars conquæri voluerit, liceat partibus appellare ſemel tantum ad D. poteſtatem Parmæ, ſiue eius D. vicariũ, qui D. poteſtas, ſiue eius vicarius, videlicet, ille ad quem appellatum fuerit, teneatur, & debeat infra biduum cogere partes ad faciendum aliud compromiſſum in alios tres bonos viros eligendos vt ſupra, vel vnum ſolũ, ſi de vno ſolo concordauerint ipſe partes, in quem, ſeu quos ipſe partes ſe compromittant vt ſupra, coram quibus, vel quo dicta cauſa appellationis p̃ſequi debeat per partes in omnibus, & per omnia, & infra tempora ordinata, & pro vt, & ſicut a & de ſententijs diffinitiuis per formam ſtatutorum cõis, & populi Parmæ extitit ordinatum; dum tamen non poſſit appellari niſi ſemel per quamlibet partem, prout de diffinitiuis ſententijs eſt ſtatutum; hoc intellecto,

lecto, ꝙ omnia alia iuris remedia, tam reſciſoria q̃ reſtitutoria; & tam minoribus, q̃ maioribus cõpetentia, ſiue per formam reſtitutionis in ītegrũ, ſiue aliter ſint ſublata, & penitus præcluſa; & ipſæ ſententiæ, pronuntiationes, terminationes, arbitria, & arbitramenta, modo, & forma p̄dictis lata; tã in principali, q̃ in appellatione ſint, & reputent̃ ꝙ diffinitiua ſentẽtia; & poſtq̃ tranſiuerint in rẽ iudicatã, poſſint, & debeant ꝙ quemlibet iuſdicentem, qui de hoc fuerit requiſitus realiter, & perſonaliter executioni mãdari in omnibus, & per omnia, pro vt quælibet ſententia diffinitiua; vt ſic oĩa ſtatuta cõis, & populi Parmæ de executione ſentẽtiarũ loquẽtia, ī executione dictæ ſententiæ, & arbitramenti debeant effectualiter obſeruari; & in eius executionem intelligantur oĩa repetita. Et inſuper teneatur poteſtas, & quilibet iuſdicens compellere prædictos arbitros, & arbitratores ad acceptandum, pronuntiandum, & terminandum, pro vt in præcedenti proximo ſtatuto continetur, & ſub pœna in eo contenta; & intelligatur in præſenti ſtatuto lis, cauſa, diſcordia, & contentio inter attinentes prædictos, ẽt per ſolam citationem continentem cauſam, & rem; & a dictis ſententijs inde latis non poſſit, nec valeat de nullitate dici, niſi ipſa nullitas peruenire ex defectu iuriſdictionis ipſam ſententiam proferentis.

De modo procedendi ſuper debito confeſſo, vel de quo oſtendatur publicum inſtrumentum, & de appellatione ab ipſo præcepto, & de terminis præceptorum.

POteſtas, & eius iudices, & aduogadri, & quilibet iuſdicens communis Parmæ, de, vel ſuper aliquo debito cõfeſſo in iudicio, vel de quo debito appareat, & oſtendatur publicum inſtrumentum inter ealdẽ perſonas, vel earum legitimos procuratores, tutores, vel curatores, aut publicas perſonas pro eis, vel earum nomine celebratum, non vitiatum, non cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, & cuius terminus ſit tranſcurſus, vel cui non ſit appoſitus terminus, non debeant aliquam ſententiam ferre; ſed teneantur, & debeant prẽcipere debitorib⁹ prẽſentibus, citatis tamen, vel contumacibus, vt infra; perſonaliter, ꝙ ſoluant ſi debitum fuerit a centum ſoldis imperialium infra, arbitrio iuſdicentis, dum modo non excedat decendium; ſi a centum ſoldis ſupra vſq; in decẽ libr. imperialium, infra quindecim dies; ſi a decem libr. ſupra vſq; in viginti libr. imperialium, infra vigintiquinq; dies; & ſi a viginti libr. ſupra quantacunq; ſit quantitas, infra quadraginta dies; & antequam iuſdicens diſcedat a bancho teneantur, & debeant ipſi debitores præſentes præſtare idoneum fideiuſſorem, vnum, vel plures, de ſoluendo ad terminos prædictos; contumaces aũt ſi infra dictos terminos comparuerint per ſe, vel per procuratores, tunc primũ cũ cõparuerint corã iuſdicente, teneant̃ dictũ fideiuſſorem præſtare, niſi de voluntate creditoris vtroq; caſu dicta fideiuſſio remiſſa

remiſſa fuerit, quam fideiuſſionẽ ſi non prẽſtiterint vt ſupra, poſſint illicò detineri prædicti debitores; contumaces aũt intelligant̃, ſiue debitores habitauerint, & ſint in ciuitate, vel burgis; vel habitauerint, & ſint in epiſcopatu; & citati fuerint, & comparuerint per ſe, vel per procuratorem legitimum. Quod præceptum ſic factum ſcribatur in actis, & intimet̃, ſi factũ fuerit contumaci vt ſupra, ea die, vel ſequenti; & loco diffinitiuæ ſententiæ ſit, & habeatur, & debeat ita attendi, & obſeruari facere, & executioni mãdari, quemadmodũ tenerent̃, & deberent ſententiam diffinitiuã; niſi ab ipſo prẽcepto facto de debito inſtrumenti fuerit appellatum infra quinquedium a die prẽcepti facti, vel niſi infra dictos terminos ẽt ſi contingerint quocunq; tpe feriato, doctum, probatum, & oſtenſum fuerit tale quid, pp quod dictum p̄ceptum factum de debito inſtrumenti non mereatur executionem; & poſſit appellari ſemel tantum per quamlibet partem, ꝓcedaturq; ſuper vtraq; appellatione, & decidatur vt in appellationibus a diffinitiuis ſententijs eſt ſtatutum; ita ꝙ quæ dicta ſunt in alijs appellationibus, & earum proceſſibus, & ſententijs, intelligantur, & ſint omnia hic repetita; & hæc ẽt locum habeant in debitis confeſſis. Confeſſa autem debita in hoc ſtatuto intelligantur, ſi debitor confiteatur in iudicio ſe debere id qd petitur; non aũt ſi confiteatur ſe debuiſſe, vel habuiſſe id quod petitur; idẽ locum habeat in omni debito, de quo oſtendatur publicum inſtrumentũ vt ſupra, & ꝙ iuſdicens teneatur ſub pœna libr. x. imperialium condẽnare in expenſis illum qui habuerit duas ſententias, vel vnum præceptũ, & vnã ſententiam contra ſe. Et quibus terminis ſupradictis elapſis ſi ſolutio facta nõn fuerit, compellantur, & compelli debeant ipſi debitores, & fideiuſſores eorum, realiter, & perſonaliter ad faciendum dictam ſolutionem abſq; aliqua excuſſione fienda de bonis, vel perſonis principalium debitorum, & etiã abſq; aliquo alio nouo proceſſu, vno remedio aliud non expectante, excludente, vel differente per quemlibet officialem cõis Parmæ.

In quibus locis præcepta, condemnationes, & decretorum interpoſitiones fieri debeant in volentes.

OMnia præcepta facta, & quæ fient decætero in ciuitate Parmæ, in burgis, & ſub burgis per iudices D. poteſtatis, & aduogadros communis Parmæ, excepto aduogadro mercadandiç, qui poſſit interponere decreta ſedendo, vel aſtãdo, & in quocunq; loco, tamen honeſto; & decretorum interpoſitiones factæ per ipſos, vel etiam per aduogadros in his caſibus in quibus interponere poſſunt ſuum decretum, quæ p̄cepta, vel decreta facta, & interpoſita in actis voluntarijs, quacunq; hora diei artificialis; etiam ſi dies fuerit feriata, dum tamen non ſit feriata in honorem Dei, per inde valeant, & teneant, ac ſi facta fuiſſent ab ipſis officialibus pro tribunali, & tempore iuridico ſedentibus.

Quòd

Quòd districtuales teneantur dimittere procuratorem in prima citatione.

STatutum, & ordinatum est, ꝙ quilibet habitans extra ciuitatē Parmę, burgos, & iuxta burgos dictę ciuitatis, teneat, & debeat, cū ad iudicium fuerit prouocatus, in prima cōparitione quā fecerit procuratorem ordinare, & dimittere legitimū, qui sit ciuis Parmæ, vel habitet in ipsa ciuitate Parmæ, vel designare domum in ciuitate Parmæ, vbi possit, & debeat citari, & sufficiat in qualibet citatione fienda in causa, citare procuratorem prędictum, seu citationem facere de ipso ad domum sic designatam, absq; aliqua citatione aliter fienda de ipso constituente, vel assignante si fuerit petitum, ꝙ si obmiserit facere, & constituere procuratorem prædictum, seu domum prædictam designare, sit, & reputetur contumax, & contra ipsum tanquam contra contumacem procedi possit.

De ratione summaria reddenda, miserabilibus personis.

IN fauorem miserabiliū personarꝫ, orphanorꝫ, viduarꝫ, & pauperū, fideicōmissariorū qui deputabunt, & deputati erunt in testamentis ad pias causas, & opera pietatis solo modo. Statutum, & ordinatum est, ꝙ D. potestas, & quilibet ex iudicibus suis, & oēs aduogadri, & quilibet alij officiales cōis Parmę, qui sunt, vel pro tpe fuerint, teneantur, & debeant facere rationem summariam talibus personis; scilicet, miserabilibus, viduis, pauperibus, orphanis, & fideicommissarijs suprascriptis, & omnibus regulis paupertatis, & fratribus de Cartusia, & fratribus consortij Spiritu Sancti, siue de caritate, & ipsi consortio ciuitatis Parmæ, & consortio viuorꝫ, & mortuorum in ecclesia maiori Parmeñ & eorꝫ rectoribus, & ministris, & oībus, & singulis hospitalibus, seu rectoribus ipsorꝫ pro ipsis, summariè, sine strepitu, & figura iudicij, tempore feriato, & non feriato in omnibus, & de omnibus suis quæstionibus, causis, litibus, & controuersijs; tam de rebus mobilibus, q̄ de immobilibus cuiuscunq; quantitatis, & summæ; ita videlicet, ꝙ saltem qualis qualis petitio offeratur, dilationes congruæ ad probandum, & ad reprobandum partibus statuantur; & probationes, & reprobationes, & allegationes partium audiantur, & recipiantur. Et si quæstio esset de aliquo, vtrum esset miserabilis, vel non, hoc terminetur per iudicem de medio, recepta prius informatione, & sacramento duorum, vel trium bonorum vicinorum ipsius, qui diceretur miserabilis, etiā non præsente, nec citata parte aduersa, quorum nomina, & sacramenta scribantur in actis, vel de hoc stetur sacramento aduocatorum communis, & miserabilium personarum dicentium se informatos esse a vicinis ipsius personæ; & per hoc non possit potestas excedere terminum aliarum causarum, seu instantiam earum.

De

De non subiecto iurisdictioni communis Parmæ non audiendo, nisi præstita fideiussione.

FOrensis non subiectus iurisdictioni cōis Parmæ siue conueniat, siue conueniat, vel reconueniat ꝑ subiectū iurisdictioni cōis Parmę corā iudice seculari, possit, & debeat cōpelli ꝑstare idoneū fideiussorē de iudicio sisti, & iudicato soluendo, & de restituendo expensas congruè referendo ipsi subiecto; alioquin non audiat, nisi dictū fideiussorem præstiterit; declarato prius per subiectū, & eius sacramento cum reconuenire voluerit, in vel super quo velit ipsum non subiectū conuenire, vel reconuenire vt supra; & huiusmodi fideiussio peti possit tā ante litē cōtestatā, q̄ post; ita ꝙ in quacunq; parte iudicij petatur præstari debeat; & si clericus esset qui dictā fideiussionē præstare recusaret, nullo modo audiatur, quousq; eam præstiterit; nec sufficiat iuratoria cautio. Fideiussor verò datus in prædictis casibus absq; excussione principali, & bonorum eiusdem, possit etiā personaliter detineri, & contra eum, & eius bona, & in bonis procedi possit, & executio fieri sententiæ latæ contra principalē, etiam absq; alio ꝓcessu; quemadmodum si ipse fideiussor esset principaliter obligatus, & in eum esset lata sententia. Non teneantur tamen clerici habentes bona propria, vel beneficia in ciuitate, vel ēpatu Parmæ dictam fideiussionē præstare.

Quòd tantum volentes seruare statuta communis Parmæ habeant ipsorum beneficium.

QVilibet non subiectus iurisdictioni D. potestatis qui vult obseruare statuta communis Parmæ, habeat beneficia ipsorum statutorū, & qui non vult seruare non habeat ipsorum beneficium.

Quòd laici possint cedere bonis, quando clerici conqueruntur de eis; & de laicis personaliter non detinendis pro debitis ad postulationem clericorum.

AD vtilitatē hoīum ciuitatis Parmę, ēpatus, & districtus Parmę, & ne iudicia claudicēt, statutū, & ordinatū est, ꝙ sicut clerici possūt cedere bonis in causis q̄ mouent cōtra eos p laicos; & sicut nō possunt detineri psonaliter in foro canonico occasione alicuius q̄stionis, causæ, litis, vel cōtrouersię, q̄ sibi moueret ꝑ laicos; ita eodē modo in q̄stionibus q̄ sibi mouerent, & mouebuntur p aliquos clericos cōtra ipsos laicos, possint cedere bonis ipsi laici sm̄ formā iuris cōis; & non possint ēt personaliter detineri, sicut nec clerici possunt psonaliter detineri; & hæc locum habeant in ciuilibus causis. Et sicut clerici debitores laicorum non detinētur psonaliter in foro canonico q̄n non soluunt; ita laici debitores clericorꝫ in foro cōis non possint ad petitionē alicuius clerici per dictū potestatē,

nec p aliquem officialem cõis Parmæ, nec ſuo mandato pſonaliter detineri, ſed ſolũ clerici habeant ius contra bona laicor& eis obligata; ſaluo q̃ contra mezadros, fictabiles, & conductores bonorum clericorum poſsit procedi ſecundum ius commune, vbi realiter non ſint ſoluendo.

De modo, & forma cedendi bonis.

QVilibet qui voluerit cedere bonis in caſibus ſibi permiſsis, debeat cedere hac forma; videlicet, q̃ poſt campanelas de mane, & ante tertias, vel poſt campanelas de nona, & ante veſperas, expolietur cedens in camixia, & oueta in capite tantũ; & ſub cãpana poſita in platea magna cõis, vel in medio dictæ plateæ; & ſono tubæ p̃miſſo per vnum ex tubatoribus cõis Parmæ, percutiendo lapidem natibus, dicat alta voce. Cedo bonis ter. Teneatur inſuper ſuo ſacramento dare creditoribus ſuis inſcriptis omnia ſua bona infra terminum arbitrio iudicis ſtatuendum, qui non ſit minor octo dierum; & aliter, & alio modo ceſsio facta non teneat, nec aliter cedens gaudeat beneficio ceſsionis.

De laicis per clericos conueniendis ſub examine D. poteſtatis, & ſuorum iudicum.

SI clerici voluerint de laicis cõquæri, tantũ conquæri debeãt ſub D. poteſtate, vel eius iudicibus, & ſub examine D. poteſtatis, vel eius iudicũ conueniantur laici a clericis, & aliter non poſsint conueniri laici a clericis; pari modo poſsint conueniri ſub D. aduogadro.

De officio aduocationis, ſyndicatus, & procurationis, conuerſis clericis, & monachis interdicto, niſi in cauſa propria.

NVllus monachus, clericus in habitu clericali incedẽs, vel conuerſus, poſsit, vel debeat eſſe ſyndicus, vel ꝓcurator, ſeu aduocat⁹ alicuius in foro ciuili, vel criminali; nec audiri debeat per D. poteſtatem, & iudices ſuos; nec per alios officiales communis Parmæ in ciuilib⁹, nec in criminalibus; niſi in propria cauſa, ſeu pro ſua eccleſia.

De iure reddendo foraſterijs, & non ſubditis iuriſdictioni cõis Parmæ in ciuitate Parmæ circa deciſoria.

PEr D. poteſtatem Parmæ, & ſuos iudices, & alios officiales cõis Parmæ circa deciſoria cauſar fiat ius in ciuilibus, & criminalibus foraſterijs, & alijs non ſubditis iuriſdictioni cõis Parmæ in ciuitate Parmæ, eo modo, & forma quibus fit ius ciuibus, & contadinis; & nõ audiantur, ſi non audiunt ciues, & cõtadini Parmæ in ea ciuitate, vel loco, vel foro vnde fuerint dicti foraſterij, vel non ſubditi, qui in foro communis Parmæ, aliquid poſtulabunt. Et ſi aliquis ciuis, vel cõtadinus dixerit per ſe, vel amicos

amicos ſuos ſe aliter aggrauari, D. poteſtas teneatur, & debeat audire iura, & probationes ſuas quas introducere voluerit in ſuum fauorem, quib⁹ nõ debeat aggrauari contra hoc capitulum; & ſi D. poteſtas non audiuerit iura cuiuſlibet ciuis, & contadini, ac ſubditi introducere volentis vt ſupra; aut aggrauauerit aliquem contra formam huius capituli, emendet omne damnum, & iniuriam paſsio; & ſyndicetur per ſyndicum communis pro qualibet vice, pro qua contrafactum fuerit in centum libr. Parmeñ. nõ obſtantibus pactis celebratis inter homines alterius ciuitatis, vel loci, quæ pacta poſtquam non obſeruantur communi Parmæ, ſeu ſuis hominibus, cõmune Parmæ ſibi vel eis non debeat obſeruare; ſed quicquid per iuſdicentem in præiudicium ciuis, vel contadini Parmæ factum, & attentatum fuerit contra formam præſentis capituli nullius ſit momenti; firmis, & ratis ſemper manentibus omnibus alijs, & ſingulis ſtatutis præſentis voluminis.

De quo debeat ius fieri foraſterijs.

POteſtas, & eius iudices, aduogadri, & quilibet iuſdicẽs teneatur reddere rationem foraſterijs non ſuppoſitis dominio præf. Illuſtriſs. D. noſtri de eo, q̃ habere deberent ab hominibus habitatoribus ciuitatis, epiſcopatus, & diſtrictus Parmæ, tantum de ſorte capitali, & expenſis legitimis; & idem obſeruetur, & locum habeat in eo foraſterio qui habuerit, vel acceperit in ſolutum de bonis debitoris; ita q̃ talis datio in ſolutum valeat, & teneat tantum de ſorte, & expenſis.

De iure foraſterijs non reddendo de aliqua pœna.

NVlli foraſterio de alienis terris non ſuppoſitis dominio D. noſtri fiet ratio de aliqua pœna contenta, niſi pro communi Parmę fuerit permiſſa; & hęc omnia, & ſingula locum habeant in præteritis, preſentibus, & futuris.

De oriundis de alieno territorio ſtantibus Parmæ, & ibi aliquam negotiationem exercentibus, vel tenentibus ſtationem, conueniendis, etiam ſi patres haberent.

SI aliquis oriundus de alieno territorio venit, vel decætero veniet ad ciuitatem Parmæ, & ibi exercuerit, vel decætero exercebit aliquã negotiationem, vel artem; vel ſtationem tenet, vel tenebit ad mutuãdum, vel aliter faciendum ex omnibus cauſis, & contractibus poſſit obligari, & conueniri nullo ſtatuto, vel reformatione obſtantibus; tanquam pater familias, & maior, non obſtante patria poteſtate, vel minori ætate; & hoc locum habeat in præſentibus, præteritis, & futuris.

Qualiter aduogadri communis Parmæ non possint pro alijs causari coram alijs officialibus, nec esse aduocati, vel procuratores.

IVdices D. potestatis, aduogadri, & quilibet iusdicens cõis, & cęteri officiales habentes iurisdictionem aliquam cognoscendi; non possint, nec debeant pro alijs causari, vel patrocinari sub aliquib⁹ officialibus habẽtibus aliquam cognitionem, nisi in suis proprijs causis; nec possint esse syndici, aduocati, vel procuratores pro aliquo, vel aliquibus tempore sui officij coram aliquo officiali; & prædicta non habeant locum in aduogadro mercadandiæ.

De officialibus communis Parmæ, & notarijs eorum non participare debentibus eorum lucra; nec committere possint causas, causa participandi cum eis quibus committent.

IVdices D. potestatis, aduogadri communis Parmæ, & quilibet alius officialis communis Parmæ, & notarij eorum teneantur sacramento præciso non committere aliqua consilia, vel causas, vel scripturas, vel aliqd aliud alicui, animo, gratia, seu proposito participandi secum sálariũ illud, quod habebunt, vel haberẽt de ipsis consilijs, causis, vel scripturis, vel alijs aliquibus alijs; nec participare cum notarijs eorum, nec aliquibus alijs, nec notarij cum ipsis, nec aliquibus alijs; sed ipsi iudices, aduogadri, consules, & officiales sibi solum sua salaria in se retineant; & notarij sibi, & in se retineant salaria, seu lucra eorum, quæ facient in ciuitate, vel extra; nõ participando illa cum officialibus eorum, nec cum aliquibus alijs, nec in cõmuni cum ipsis ponendo in parte, nec ante partem; sed solum sint, & esse debeant notariorum suorum ad bancha, & ad officia ad quæ fuerint ipsi notarij deputati, in pœna, & banno libr. vigintiquinq; Parmensium pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

De quærimonijs non recipiendis per iudicem, & officialem cõmunis Parmæ notariorum suorum; & quòd ipsi notarij coram eis per se, vel alios causari non possint.

IVdices, aduogadri, & quilibet officialis communis Parmæ habentes iurisdictionem cognoscendi, teneantur non recipere quærimonias, nec petitiones notariorum suorum; & ipsi notarij teneantur, nec possint non causari per se, vel alios, vel per se, vel per alium sub iudicibus, vel aduogadris communis Parmæ, cum quibus steterint, & ad quorum banchum & officium steterint, & erunt notarij.

Quòd

Quòd vnus de vna, eademq; quæstione sub diuersis iudicibus non conquæratur.

NEmo de vna, eademq; quæstione de aliquo, siue aliquibus sub diuersis iudicibus conquæratur; & qui contrafecerit soluat pro bãno libr. tres Parmen. & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni; & insuper qui contrafecerit, restituat ei de quo conquæriť omne damnum quod habebit occasione prædicta.

De excussione principalis debitoris, & fideiussorum intercessorum, & bonorum ipsorum, & eius forma. scripsit sue statuto consuluit Bacry vry. Bo. Bi. B. 3

AD excussionẽ principalis debitoris, & suoꝝ bonoꝝ decætero talis solẽnitas obseruet; videlicet, q; principalis debitor, vel ei⁹ hæredes eo mortuo soléniter citent, & requirant p correriũ cõis Parmæ; & si ignoret de certo hęrede, sufficiat citatio duoꝝ vicinoꝝ viciniæ, terrę, vel villæ, vnde fuerit debitor defunctus tpe mortis suæ, p correriũ fienda, si sciunt hæredẽ defuncti, vel qui velit p hærede respondere; & citatio generalis quæ fiat in quattuor locis sono tubæ; videlicet, in vicinia vbi morabatur defunctus tpe mortis suæ, super scalis vtriusq; palatij, & sub palatio veteri cõmunis, si debitor defunct⁹ fuerit de ciuitate; & si fuerit de ep̃atu, vel districtu, p correriũ cũ cędula citationis instrumẽti tenoris dimittenda ad domũ defuncti, vel ad ecclesiã, si est domus, vel ecclesia; & si non est, sufficiat citatio vicinoꝝ vt supra. Si quis vult esse hæres, vel p hæredẽ dicti defũcti respondere, debeat cõparere legitimè infra terminũ in citatione túc p̃fixum; & q; semel tantũ citari debeãt extranei possessores, vnus, vel plures, bonoꝝ dicti defuncti, contra quos agere voluerit, q; interesse debeant ad videndum inchoari processum dictæ excussionis fiendæ; & q; successiuè debeant interesse ad quoscunq; actus fiendos vsq; ad terminationẽ dictæ excussionis; & prædictis obseruatis, & contumacia accusata, iudex, seu officialis ad petitionẽ actoris, seu illius qui debitorem, vel eius hæredes citari fecerit vt supra, diligentem inquisitionem faciat, seu fieri faciat de bonis illius debitoris, quæ non possideantur, vel detineantur ab alio, quam ab ipso debitore, vel eius hærede p duos correrios ad minus in terra, villa, vel vicinia in quibus debitor habitare solebat, quoꝝ relationibus credatur. Et in relatione correrioꝝ debeant contineri noĩa, & pronomina oĩum a quibus dicti correrij fecerint inquisitionem, qui debeant esse ad minus octo de proximis vicinis dicti debitoris, vel hæredum viciniæ, terræ, vel villæ, in qua, vel quibus debitor, vel hæredes habitent, vel habitare solebant; & si non fuerint tot vicini ibidem, fiat inquisitio a vicinis vt supra; & a vicinis viciniæ terræ, vel villæ proximioris in supplementum. Et si plures fuerint debitores; illud idem fieri debeat de oĩbus, & ẽt de fideiussoribus, intercessoribus,

soribus, & mandatoribus, anteq̃ pueniatur ad extraneum possessorẽ bonorum alicuius ex debitoribus obligatis; & hoc facto officialis teneat pronũtiare excussionẽ esse factã legitimè; & tunc possit creditor conuenire extraneum possessore hypothecaria actione, nisi ipse extraneus infra tẽpus quo durabit dicta excussio, ostenderit principalem debitorẽ, vel eius hæredes possidere tot res in ciuitate, vel districtu Parmę, de quibus creditori satisfieri possit, quo casu in ipsis rebus sibi satisfiat, antequam extraneum possessorem conueniat; & a pronuncia prædicta appellari non possit; liceat tamen illi tertio possessori durante termino probatorio in causa principali, demõstrare adesse de bonis dicti principalis.

De paruis popularibus iniuriam patientibus ab aliquibus potentibus audiendis.

IN fauorem hominum populariũ ciuitatis, ẽpatus, & districtus Parmę, statutum, & ordinatum est, ꝙ si aliquis de magnatibus, siue de potentibus occupauerit, seu acceperit, occupabit, seu accipiet modo aliquo aliquas terras, seu possessiones alicui, vel aliquibus; & post dictam occupationem prædictus popularis eidem magnati, seu potenti finem fecerit, aut datum, aut concessionem de prædictis propter suam potentiam, vel timorẽ, ꝙ potestas teneatur talem potentem, vel magnatem compellere restituere integraliter prædictas terras, vel possessiones prædicto populari; & ipsum popularem restituere in possessionem omnium prædictorũ infra quindecim dies, postq̃ potestati fuerit facta fides exindè, non obstante ipsa fine, dato, & concessione, seu qualibet alia exceptione, sine strepitu iudiciorũ. Saluo ꝙ si ille popularis acceperit aliquid ab ipso potente, vel magnate occasionibus prædictis, prius illud totum quod receperit restituat integraliter. Et quilibet qui habet aliqua instrumenta, iura, vel scripturas, quæ, vel quas aliquis in cuius fauorem prędictum statutum factum fuerit, & est volens dicere ad suum commodum valituras; compellatur omni exceptione cessante, facere copiam postulanti, cum die, millesimo, indictione, & consule, vt habeat facultatem vtendi, & ius suum prosequendi.

De consilijs dandis ipsa consilia petentibus suis expensis, & de iure reddendo.

DOminus Commissarius, potestas, & eius iudices, aduogadri, & quilibet iusdicens cõis Parmæ, teneantur, & debeãt siue altera partium tantũ petierit, siue ambæ haberi consilium sapientis sup aliquo articulo, siue dubio, vel controuersia quomodolibet occurrente ante litẽ contestatam vbi per viã ordinariã; hoc est libelli, siue petitionis, & litis contestationis, sm formam statutorum de ordine ciuilium loquentiũ procedatur; vel super quocunq; articulo, siue dubio occurrente, vbi per aliam viam,

viam, q̃ per ordinariam procedatur, dare cõsilium sapientis ei qui petierit expensis ipsius postulantis, vel postulantium in ciuitate Parmæ tantum. Super articulis autem, siue dubijs occurrentibus post litem contestatã, vel habitam pro contestata secundũ formam statutorum, non possit peti cõsilium sapientis vllo quouis modo; nisi super diffinitiuo articulo, siue dubio totius causæ, super quo peti possit, vt in statuto de ordine ciuilium causarũ continetur; & hoc ne instantia causæ principalis differatur, siue in fraudẽ prorogari possit; cum consultum sit partibus super omnibus exceptionibꝰ quæ opponuntur in ipsa lite in fine litis; & si iusdicens coram quo dictum cõsilium petitum, & super illo articulo, siue dubio pronuntiauerit, vel suã sententiam promulgauerit; illa talis pronuntiatio, siue sententia nulla sit ipso iure; & nihilominus condemnetur Commissarius, & quilibet iusdicẽs in quinquaginta libr. Parmeñ. nisi causa sit specialiter delegata, ꝙ etiam locum habeat in summarijs causis.

De eodem scilicet consilio postulato suis expensis.

QVicunq; in aliquo articulo, seu facto prout in præcedenti statuto continetur suis expensis consilium petierit sibi dari, incontinenti anteq̃ officialis discedat a bancho, teneatur, & debeat deponere salarium iudicis eligendi ad consulendum super articulo, seu dubio, sup quo dictum consilium fuerit postulatum; & notari penes vnũ ex notarijs præsidentibus ad officium iudicis, coram quo consilium fuerit postulatũ; & si quæstio esset talis naturæ, ꝙ incertum esset de quanta quantitate pecuniæ deberet fieri depositum salarij; tunc arbitrio iudicis de medio debeat declarari incontinẽti vt supra, quantũ debeat ꝑ salario deponi, quo facto, & non ante, incipiat currere terminus ad deponendũ salariũ; & si dictũ salariũ nõ deposuerit ad terminũ suprascriptũ, habeatur, & intelligatur oĩnò renunciasse dicto consilio sic petito, in quo casu, & ẽt vbi expressè tali consilio renunciatũ extiterit, cognitor quæstionis teneat, & debeat oĩbus iuris remedijs cõpellere illũ, qui tale consiliũ postulauerit sibi dari, infra duos dies dare thesaurario cõis Parmæ pro ipso cõi recipienti medietatẽ dicti salarij, quod deponi debuerit, ꝙ si facere contempserit, vel neglexerit infra dictũ terminũ; tunc D. potestas, vel eius vicarius prædicta facere, & exigere teneat; & nihilominus officialẽ ommittentem ꝑdicta facere negligẽter, vel aliter contemnentem sine aliqua condemnatione, vel processu fiẽdis, cõpellere debeat ad soluendũ viginti soldos imperialium thesaurario, seu massario cõis pro qualibet vice, & præterea ꝓcessus aliquis qui fieret post renuntiationem dicti consilij tacitè, vel expressè renunciati; & antequam soluat dicto thesaurario medietatem dicti salarij; non valeat, nec teneat in fauorem eius qui dictum consilium postulauerit, sed ipso iure sit nullus;

liceat tamen petenti consilium suis expensis impunè, expresse renunciare petitioni consilij prædicti, dum modo ipsam renuntiationem faciat post petitionem dicti consilij, & antequam iudex discedat a bancho.

De articulis, & dubijs præscribendis, & quod secundum ipsos articulos consulatur.

ANtequam iudices eligantur super aliquo articulo, seu dubio; ille articulus, vel dubium, vel illi articuli, vel dubia, super quo, vel quibus debebit haberi consiliũ, scribant in libris cõis Parmæ sub examine officialis, corã quo illa qstio, vel dubiũ ventilabit, anteq̃ sapiẽs eligat ad consulendũ; & ille articulus, siue dubiũ, & illi articuli, siue dubia, super quo, vel quibus debebit haberi consiliũ legantur partibus; & si dictus articulus, vel dubiũ, vel articuli, vel dubia prius non scriberent vt supra dictũ est, anteq̃ eligatur sapiens, sententia non valeat, nec teneat; & sapiẽs qui su per ipso articulo, siue dubio habebitur consilium dare, debeat tantum sm̃ articulũ, vel dubiũ, & nõ vltra; & si aliter suũ consiliũ dederit, non habeat pro consilio, nec sm̃ ipsum pronunciari; nec sententia ferri debeat; & si fieret nõ valeat, nec de tali cõsilio salariũ habeat sapiẽs suprascriptus; & singuli officiales corã qbus aliqua quæstio vẽtilabitur, teneant sacraméto ꝑciso facere denarios restitui illi, vel illis, qui illos dederint; alioquin syndicetur ipsi officiales, & puniant ꝑ quolibet, & qualibet vice ĩ decẽ lib. Parmen.

De confidentibus dandis in causis, & in articulis.

IN omnibus, & singulis causis, articulis, & quæstionibus, in quibus permissum est dari consilium sapientis, dari possint confidentes a partib⁹, exceptis aduocatis partium, expresso nomine, & pronomine, & non in genere; & si inter confidentes concordia fuerit, illi ad quem cõcordia fuerit, consilium committatur; dumtamen electus non sit agnatus, cognat⁹, vel affinis alicuius partium vsq; ad quartum gradum inclusiuè, intelligendo gradum de iure canonico, nisi aliter processerit de partium voluntate; & an sit affinis, vel agnatus vt supra credatur sacramento illius electi, qui iuris remedijs iurare cogatur.

Quòd aliquis officialis super aliqua quæstione non possit consulere; nec aliquis qui præstiterit patrocinium in ea.

POtestas cõis Parmæ, & oẽs alij officiales habentes aliquã iurisdictionẽ cognoscendi excepto aduogadro, non possint habere, nec recipere aliqua consilia alicuius quæstionis; & si quis eor̃ vocaretur sol⁹, vel cũ alio ad aliquod consiliũ dandũ, consiliũ eius non valeat, nec ꝑnuntiatio facta de ipso consilio, nec sententia quæ ex ipso sequeretur; & nullus possit esse ad consulendũ in aliqua causa, in qua patrociniũ ꝑstiterit, & si contra-

contrafactũ fuerit, sententia secuta ex ipso consilio nulla sit; & similiter non possint dicti officiales interesse ad examinandũ, & corrigendũ interrogationes fiendas testibus, & correctio aliter facta nõ valeat, nec teneat.

Infra quantum tempus consultor electus ad consulendum, suum teneatur dare consilium.

SI iudex aliquis, vel quiuis alius electus fuerit ad consulendũ in aliqua quæstione, seu articulo, vel dubio vt supra præmissis, vt supra teneat, & debeat dare consiliũ suũ in scriptis per se, vel alium, ei qui de causa cognoscit, vel vni ex suis notarijs sigillatum, & manu ꝓpria subscriptũ infra octo dies vtiles, postquam eidem consultori acta fuerint per partes, vel alterã ipsarum, vel quemlibet alium præsentata, & sibi datum fuerit salarium, quæ acta, & salarium ipsi consultori dari, & exhiberi debeat ea die, vel sequenti qua electus fuerit; aliàs petitio dicti consilij nullius sit valoris; & secundum consilium quod per consultorem, vel consultores datum fuerit, officialis pronuntiare teneatur die dati consilij, vel sequenti; & quilibet iudex electus ad consulendũ in & super aliqua causa, quæstione, lite, articulo, vel controuersia permissis vt supra, compelli debeat iuris remedijs ad ipsum cõsiliũ acceptandũ, & ad consulendũ in ea infra terminũ ꝓdictũ.

De consultoribus ne consulatur contra formam statutorum.

NVllus iudex audeat, vel ꝓsumat cõsulere, nec consiliũ dare ĩ aliqua causa, seu qstione ciuili, vel criminali, coram aliquo officiale cõis Parmę habẽte iurisdictionẽ cognoscẽdi, qd̃ sit cõtra formã alicui⁹ statuti cõis, & populi Parmę; & si cõtra factũ fuerit, tale consiliũ, & ei⁹ pronũtiatio nõ valeat, nec teneat ipso iure, nec sm̃ illud possit pronuntiari.

De taxationibus salariorum dominorum iudicum electorum ad consulendũ in aliqua quæstione, & articulo vt supra.

IVdices qui eliguntur ad dandum consilium sup aliqua quæstione, seu articulo prẽmissis vt supra, possint percipere, & habere de eor̃, & ꝓ eorum consilio, tantum quantum in taxationib⁹ iudicum factis, & determinatis sup hoc; saluo ꝙ de taxationibus expensar̃, & de approbationibus interrogationũ, debeat determinari salarium p iudicem de medio, & scripto articulo super quo haberi debet consilium incontinenti fiat depositio penès notarium officialis, coram quo vẽtilabitur causa de salario, seu mercede ipsor̃ iudicum, & notariorum sm̃ quãtitatem in ipsis taxationib⁹ determinatã a parte, seu a partibus; & oẽs taxationes ꝓdictæ, & salaria iudicũ habeant locũ, & seruentur in quolibet foro ciuili, vel criminali; & omnes personæ ipsas causas mouentes, dicta salaria sm̃ dictum modum dictis iudicibus soluere teneantur, & compellantur, realiter, & personaliter.

Quòd

Quod victus victori in expensis legitimis condemnetur.

IN qualibet causa, seu q̃stione, ciuili, seu criminali, victus victori debeat per iusdicentẽ in expensis legitimis condẽnari; & hoc sub pœna iusdicẽti libr. quinquaginta Parmen. cõi Parmæ applicanda, quæ condẽnatio expensarꝫ si omissa fuerit ipso iure facta sit a pñti statuto, & facta esse intelligat; nisi iudex in absolutione ipsarꝫ expensarꝫ exprimat iustã, & legitimã causam, pp quã victum absoluat ab expensis, rata manẽte pœna prædicta iudici imposita; & sacramentũ de calumnia p̃stitum in causa non excusset a restitutione expensarꝫ, & earꝫ cõdemnatione p̃dicta; & p̃dicta locum non habeant in causis euictionum, in quibus seruetur ius commune.

Quòd solum tertia pars salarij conuerti debeatur, si lis non fuerit contestata.

IVdices qui præstant patrocinium in causa, si lis non contestetur, non possint petere a parte sua nisi tertiam partem salarij debiti; & hoc etiam habeat locum, & obseruetur in salarijs, & renuntiationibus procuratorum, syndicorum, & actorum.

Quòd syndici communis Parmæ in causis contra commune Parmæ mouendis debeant interesse.

AD defensionẽ bonorꝫ, & iuriũ cõis, & populi Parmæ, statutum, & ordinatũ est, q̃ si aliqua causa petitio, vel q̃stio mota fuerit contra cõe Parmæ, vel in p̃iudicium cõis Parmę, q̃ causa debeat examinari in ciuitate Parmæ, q̃ aliquis non audiat̃ ad talẽ causã, seu petitionẽ pagẽdã in p̃iudiciũ, seu damnũ dicti cõis; nisi adfuerint syndici dicti cõis, q̃ defendant ius, causam, & vtilitatẽ dicti cõis ad hoc legitimè deputati; & dicti syndici vocati in ius ab aliquo pro dicto cõi, teneantur, & debeant facere dare sibi libellũ, continentem causam, & ius actoris, qui libellus inter Antianos publicet̃. Qui Antiani dare teneantur, & debeant ipsis syndicis aduocatos necessarios sm̃ exigentiam dictæ causæ, quo facto ipsi syndici solicitè dictum cõe defendant, & introducant ad defensionem dicti cõis oĩa statuta facientia pro dicto cõi, & oĩa alia iura quæ pro dicto cõi poterunt inuestigare, facientia pro dicto cõi; & iurent dicti syndici corã dictis Antianis, & aduocati, q̃ in tali quæstione non ommittent de contingentib⁹, q̃ sit in iudicio deducendum; & maximè nõ ommittent statuta facta, seu facienda in defensione dicti cõis, & de iuribus, & statutis quæ introduxerint dicti syndici, fiat mentio in sententia; & si mentio facta non fuerit, nõ intelligantur produxisse; & si sine prædictis solemnitatibus sententia lata fuerit contra dictum commune Parmæ sit ipso iure nulla.

De

De tempore assignato correrijs ad præsentandum quoscunq; detinebunt.

SI aliquis correrius mandato D. potestatis, vel aliquorꝫ suorꝫ iudicum, vel aliquorꝫ aliorꝫ officialium cõis Parmæ capiet, seu detinebit aliquẽ, die detentionis, vel sequenti repræsentet ipsum corã officiali, de cuius mandato ipsum cęperit; & hoc si ipsum cęperit in ciuitate, vel burgis, vel in ep̃atu infra quinq; milliaria; si verò ipsum cęperit vltra quinq; milliaria, debeat ipsum præsentare coram dicto officiali infra tertiam diem, sub pœna, & banno libr. xxv. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice.

A quibus sententijs appellari possit.

STatutum, & ordinatum est, q̃ ab aliqua sententia interlocutoria, vel aliqua determinatione alicuius incidentis, vel emergentis quæstionis non possit appellari; nisi in casibus in quibus a statutis cõis Parmæ sit appellatio permissa. A quibuscunq; verò sententijs diffinitiuis, vel quæ p̃ diffinitiuis habent̃ p̃ statuta cõis Parmæ; & diffinitiuæ ĉt intelligantur, per quas negotiũ principale decidit̃, possit, & valeat appellari infra tp̃a a statutis cõis Parmæ limitata; & non possit in aliqua causa appellari, nisi semel tantum a qualibet parte; & q̃ iudex appellationis possit cognoscere de omni grauamine alicui partiũ illato p̃ iudicem, a quo appellatũ fuerit; & q̃ in sententia p̃ ipsum ferenda possit habere considerationẽ dicti grauaminis, & ipsum emendare, & amouere, & reformare; non obstante aliqua p̃nuntiatione, seu declaratione facta super dicto grauamine p̃ dictum iudicem causæ principalis; saluo, q̃ a sententia diffinitiua a qua sit de iure cõi appellatio interdicta, nõ possit, nec valeat appellari p̃ formã p̃titium statutorũ; & intelligant̃ sententiæ interlocutoriæ in hoc statuto, illæ p̃ quas principale negotiũ non deciditur, vel quæ expectant aliam sententiam post se.

De executione sententiæ, & per quos, & infra quæ tempora fieri possit.

STatutum, & ordinatum est, q̃ quęlibet sententia diffinitiua sm̃ ordinẽ statutorꝫ cõis, & populi Parmæ lata, tã super causa principali si nõ extitit appellatũ, q̃ super causa appellationis; & ĉt quælibet sententia habita p̃ diffinitiua p̃ dicta statuta, possit, & debeat executioni mandari p̃ quẽlibet iusdicentẽ cõis, & populi Parmæ iurisdictionẽ habẽtem, ĉt si non sit ille qui sententiã p̃tulerit; & nulla sententia lata in causa principali, a qua non fuerit appellatum, vel lata in causa appellationis, possit dici nulla per viam agendi, aut excipiendi; nisi ipsa nullitas peruenerit ex defectu iurisdictionis iudicis talem sententiam proferentis; & quod oĩs sententia lata sm̃ ordinem statutorꝫ cõis, & populi Parmæ, post q̃ transiuerit in rem iudicatam, si lata fuerit reo p̃nte, & intelligat̃ p̃nte reo lata, si reus comparuerit, seu legitima p̃sona pro eo, in requisitione de eo facta, q̃ veniat respõsurus de

de iure actori; & ipsi seu ꝓcuratori suo, seu legitimæ ꝑsonæ pro eo comparenti oblatus fuerit libellus per agentem, in termino per statuta cõis, & populi Parmæ limitato, debeat executioni mandari realiter, & personaliter, & oĩbus alijs iuris remedijs; etiam vno remedio aliud non expectante, vel excludente, seu differente; & hoc nõ obstantibus aliquibus exceptionibus iuris, vel facti; nisi sit exceptio nullitatis, quæ proueniat ex defectu iurisdictionis illius qui tulit sententiam; vel nisi sit exceptio solutionis factæ post ipsam sententiam, vel nisi sit exceptio, vel defensio quæ eidem permittere tur per formam aliquorum statutorum cõis, & populi Parmæ, quæ sententia sic lata cõtra pñtem, debeat in ꝑsonali executioni mãdari post quindecim dies, postꝙ in rem iudicatam transiuerit, & in reali post quinq; dies. Et si lata fuerit contra absentem, & intelligatur absens, qui in causa, litequæstione, aut sententia, per se vel legitimam personam nunquam comparuerit in reali, vel personali post duos menses postꝙ lata fuerit sententia, & in rem iudicatam transiuerit, & de ea notificationem fieri fecerit ſm ordinem statutorũ de hoc loquentium, vel iuris, qua executione sententię contra absentem latæ facta; reus postea comparens in irritando executionem prædictam nullatenus audiatur; saluo, ꝙ si eidem competeret auxilium restitutionis in integrum contra ipsam sententiam, & eius executionem de iure, vel ex forma alicui⁹ statuti cõis, & populi Parmæ ratione minoris ætatis, vel ꝓp absentiam, vel aliter, illo iure restitutionis possit vti; & possit iudicium rescindens, & rescisorium in eodem libello, & iudicio intentari; & quo auxilio dictæ restitutionis vti non possit ille, contra quem fuerit lata sententia, qui aliquo tempore motæ litis contra ipsum fuerit in ciuitate, vel districtu Parmæ; nisi prout facere posset, qui præsens liti fuisset. Et ꝙ nullus extraneus qui non fuerit in litigio, possit executionem alicuius sententiæ, siue lata fuerit sententia in causa personali, siue reali, impedire; nisi ipse extraneus fuerit in vera possessione, & non constituta, rei, ante temp⁹ primæ citationis factæ in litigio, in quo lata fuerit dicta sentẽtia. Nisi principalis debitor esset euidenter soluendo, & in districtu Parmæ pro quadruplo in bonis immobilibus vltra denarios; saluo tñ omni iure ipsi extraneo, ꝙ haberet in dicta re, in qua facta fuerit executio; vel nisi dictus extraneus primitus obtinuisset aliquam sententiam diffinitiuam contra illum, cõtra quem fieret executio, quo casu dictus extraneus audiatur ad ius suũ, quod habet vigore dictæ sententiæ, non obstantibus supradictis, super quib⁹ exceptionibus supradictus iudex coram quo propositæ fuerint, teneat ꝑnuntiasse, & terminasse infra xv. dies vtiles, sub pœna libr. quinquaginta Parmen. applicanda cõi Parme ꝑ medietate; & ꝑ alia medietate petẽti executionẽ, de qua pœna possit ẽt, & debeat syndicari; & in ipsã pœnã ipso iure, & facto intelligat condemnatus, & ꝙ sub eadem pœna teneatur condemnare partem, quæ succubuerit in supradictis exceptionibus in soldo vno pro quali-

qualibet libra eius, quod vertitur in lite, vltra legitimam condemnationẽ expensarum applicanda parti; & prædicta supra ordinata non habeant locum in dotibus, quando maritus aliàs non esset soluendo; ita tamen quòd non fiat præiudicium habenti anteriora iura.

De saximentis fiendis, vel non.

NVllum saximentũ, seu sequestrũ possit fieri de bonis alicuius de ciuitate, epatu, vel districtu cõis Parmæ ex parte alicuius officialis cõis Parmæ; nisi primo fuerit contumax, vel condẽnatus ille de cuius bonis debuerit fieri saximentũ debiti, celebratũ in psonã eius qui saximentũ petierit, & eius cõtra quẽ fieri petierit, non vitiatũ, non suspectum, non cancellatũ, neq; abolitũ in aliqua parte sui, & cuius terminus sit transcursus; vel nisi ille qui petierit fieri saximentum, vel eius procurator iurauerit illũ esse suũ debitorẽ, vel nisi per petentẽ saximentũ, vel sequestrũ allegata fuerit causa suspitionis, & fugæ, de qua credatur sacramento dicti petentis; de quibus contumacia, seu condẽnatione, seu instrumento pub. seu iuramẽto, debeat fieri mentio in concessione licentiæ saximenti fiendi, & in dictis casibus iudex teneat facere saximentũ ꝓdictũ, si a parte fuerit requisitus; & aliter, & alio modo saximenta, seu sequestra facta non valeant, neq; teneant; nisi aliter, & alio modo sit concessum ꝓ formam alicuius statuti cõis, & populi Parmæ. Et oẽs consules vicinia⁊ ciuitatis Parmæ, & mistrales, & consules terra⁊, villa⁊, & loco⁊, & singulares ꝑsonæ epatus, & districtus Parmæ teneant, & debeant recipere saximenta, & pignora q̃ apud ipsos fieri contigerit; & q̃ eis, & in eo⁊ arbitrio, & baylia tradent, & assignabunt, pœna, & banno x. libr. Parmen. ꝑ quolibet Mistrale, & seu cõsule, & centũ soldo⁊ Parmen. ꝑ qualibet singulari psona, q̃ recusaret recipere saximẽta, vel pignora, q̃ sibi assignarent, & realiter traderent vt supra sine allegatione suspitionis. Et si essent res quæ cõmodè assignari, vel tradi, vel moueri non possent; veluti fructus in campis, vel vineis, tunc custoditi debeãt dicti fructus, & redditus sequestrati per mistrales, vel consules, vel speciales personas, quibus factum esset dictum saximentũ, & ꝓceptũ, vel p alios ꝑ eis; & hoc expensis eius qui dictum saximentũ fieri fecerit, taxãdis congruè per iusdicentem, seu officialẽ; & post modũ restituendis ei qui soluerit per debitorem, vel de dictis rebus vt supra sequestratis; & hoc locũ non habeat in ciuibus, qui reperirentur esse extra ciuitatem Parmæ. Et si dictæ res non essent illius, contra quẽ factum esset dictum saximentũ, vel pignoratio; tunc ille qui saxiri, vel pignorari fecerit, teneat soluere oẽs expẽsas. Et nisi infra sex menses fuerit diffinitum cuius esse debuerint, vel cui sint obligatæ res saxitæ, vel pignoratæ; vlterius non teneantur mistrales, vel consules, vel speciales personæ, penes quos, & quas dictæ res essent recõmendatæ ad præsentandum, nec ad custodiendum res ipsas, nec aliqualiter de

ipsis

ipſis reſpondendum. Et quod omne ſaximentum, quod cõtingat fieri, debeat relaxari illi contra quem factum fuerit, ipſo legitimè ſatiſdante de re ſaxita præſentanda iudici, quando fuerit per iudicem requiſitus.

Quando ſaximenta præſentari debeant.

NVllus penes quem ſaximentum, vel ſequeſtrum aliquod factum eſt, vel fuerit, compellatur ducere dictum ſaximentum, ſeu pſentare, nec ſibi præcipi poſſit, q̃ ducat, vel præſentet; nec ipſum ducat, nec præſentet, donec de iure fuerit diffinitum cuius eſſe debuerit, vel cui debeat relaxari; teneatur tamen exhibere res ſequeſtratas iudici, partibus, & teſtibus, vt cognoſci poſſit, ſi fuerit requiſitum; & præceptum aliter factum non valeat, nec teneat ipſo iure.

De rebus pignorari prohibitis.

NVlli laboratori terraꝝ ſuaꝝ, vel alienaꝝ habitanti in ciuitate, epiſcopatu, vel diſtrictu Parmę, vel qui pro tpe habitabit, poſſint, ſeu debeãt accipi, pignorari, ſaxiri, vel ſequeſtrari boues, vel beſtiæ ad agriculturã deputatę; nec aliqua vſiuilia cum quibus laborantur terrę pro pignore, aliqua occaſione publica, vel priuata; & hoc ſub pœna, & bãno libr. v. Parmeñ. & in reſtitutionem vſiuiliarum, & damni; & hoc non habeat locum in dominis contra mezadros ſuos, vel ſocidales, vel alijs iurantibus animalia, & res eſſe ſuas; vel illis qui obtinuiſſent expreſſam licentia, & ſpecialem in defectum aliorum bonorum.

De debitoribus contumacibus capiendis, & de ceſſione bonorum.

SI quis habuerit aliquẽ in contumacia, quẽ aſſerat ſuũ debitorem, poſſit licitè ipſum contumacẽ facere pignorari, vel perſonaliter detineri etiã diebus feriatis, non tñ introductis in honorẽ Dei; donec dict⁹ cõtumax ſi fuerit pignoratus, vel detentus, purgauerit contumaciã, & ſibi dederit idoneũ fideiuſſorẽ de parendo iuri, & iudicato ſoluendo, & reſtituerit expenſas factas per dictum creditorem vitio contumaciæ ipſis, dum tñ pignoratus, vel detentus fuerit; obtenta ipſius licentia a poteſtate, vel eius vicario, vel alio officiale habente iuriſdictionem in prædictis, quę licentia dari poſſit ẽt diebus feriatis, non tñ in honorem Dei introductis. Saluo, q̃ nullus poſſit perſonaliter detineri, ſi voluerit cedere bonis ſuis, & ceſſerit cum effectu modo, & forma ſupra datis; & oĩa ſua bona mobilia, & immobilia ſuo ſacramento in ſcriptis dederit creditori; & ſi creditor aſſerat cedentẽ habere plura bona, quã dederit in ſcriptis; hoc ipſe creditor probare teneat infra quinq; diẽs continuos non feriatos in honorẽ Dei, vel ſanctorum eius, quæ probatio fieri poſſit quolibet tpe etiam feriato; dum tamen non ſit feriatus in honorem Dei, vel ſanctorum eius; q̃ ſi ꝓbauerit, ceſſio non

non valeat, nec teneat, nec amplius cedere poſſit pro debito pro quo ceſſerat; ſi autem hoc non probauerit creditor, ceſſio valeat, & teneat, & debitor detineri non poſſit, ſed de carceribus relaxetur; & non intelligatur cedẽtem ommiſiſſe dare omnia ſua bona in ſcriptis, ommittendo rem, vel res valoris centum ſoldorum Parmeñ. vel ab inde infra.

De accipiente contumacem, vel condemnatum detentum ex cauſa pecuniaria de manibus correriorum, vel fortia communis.

SI quis auſu temerario aliquem contumacem, vel condemnatũ ex cauſa pecuniaria captum, vel detentum mandato D. poteſtatis, vel alicui⁹ iudicis, vel officialis cõis Parmæ ad poſtulationem creditoris talis cõtumacis, banniti, vel condemnati, auferret, vel acciperet de manibus alicuius correrij, berouarij, vel officialis cõis Parmæ per fortiam, vel aliter, contra voluntatem dicti correrij, berouarij, vel officialis, vel de manibus, & fortia dictorum correriorꝝ, berouariorũ, vel officialium aufugere faceret, vel prohiberet ne duceretur in fortiam communis Parme, vel de fortia cõmunis Parmæ, vel alicuius officialis aufugere faceret, vel acciperet; teneatur, & debeat ille talis prædicta, vel aliquod prædictorum committens, vel contrafaciens; & compellatur ſatiſdare ſoluere, & ſatisfacere tam communi Parmæ, quam creditori omne id, & totum q̃ dictus contumax, vel condemnatus teneretur, deberet, vel obligatus eſſet, tam cõmuni Parmæ, quam creditori; ſaluis ſemper maioribus pœnis.

De bonis debitorum, vel contumacium ad petitionem creditorum inquirendis.

AD inquirendũ de bonis debitorꝝ, vel contumaciũ, aut condẽnatorum, vel quibus facta eſſent ꝑcepta ſm̃ formã ſtatutorꝝ Parmę, D. poteſtas, & ſui iudices, & quilibet officialis cõis Parmæ teneaẽ, & debeat ad poſtulationẽ creditorꝝ cõpellere iuris remedijs oĩbus oẽs perſonas habitatores ciuitatis, epatus, & diſtrictus Parmæ, quas ipſi creditores dixerint habere penès ſe, vel ſcire debere penès alios eſſe, vel aliter de bonis ſupra contentorum, ea bona manifeſtare, dicere, & indicare ſuo ſacramento preſtito, vt ipſis creditoribus citius, & melius ſatisfiat.

De poſſeßione reſtituenda in qua quis ſua auctoritate intrauerit.

SI aliqua perſona intrauerit ſua auctoritate in poſſeſſionẽ, vel quaſi alicui⁹ rei mobilis, vel immobilis, vel iuris, quã alius habeat, & teneat, eã reſtituere teneaẽ, & debeat, ei q̃ ipſam poſſeſſionẽ, vel quaſi habebat, & tenebat, & cum fructibus perceptis, vel qui percipi potuerunt veriſimiliter; & vlterius puniatur in libr. xxv. imperialium applicandis communi Parmæ pro medietate, & pro alia medietate ſpoliato.

Quòd

HAYKOBA BIBLIOTEKA ... IMEHI I. MEЧНИКОВА

Quod quis non posit facere accaptum, siue acquisitionem de ea re, possessione, vel quasi, quam alius teneat, & possideat.

SI quis fecerit accaptū, seu acquisitionē de ea re, possessione, vel quasi, q̃ alius teneat, & possideat, seu habebat, tenebat, & possidebat tempore acquisitionis; talis acquisitio nullius sit momenti, efficaciæ, vel valoris; & contractus inefficax habeatur, etiam si in ipso iuratum fuerit. Et D. potestas teneatur, & debeat eum defendere, qui possidebat, in possessione dictæ rei, possessionis, vel quasi; ita quod non prosit accaptum, seu acquisitio dictæ rei possessæ vel quasi, ei qui accaptum, seu acquisitionem fecerit de ipsa, dum alius tenebat, & possidebat; & hoc non habeat locum in cessionibus iurium.

Item statutum est, quòd possessio defuncti intelligatur continuari, & continuetur cum hærede; ita quòd dici non valeat vacua, vel vacans ante possessionem apprehensam per hæredem.

Qualiter qui vendiderit terram, vel domum valentem duplum præcij, eam recuperare posit.

SI quis vendiderit terram, vel domum alicui, & terra, vel domus valuerit duplum precij; & ille qui emerit, vel alius pro eo promisserit eam vendere venditori, vel alij ad terminum pro certo precio, & tempus termini etiam sit elapsum; & ille qui petit terram, vel domum, vel rem immobilem habeat instrumentum promissionis rei vendendæ, vel retrouendendæ, vel dandæ; nihilominus teneatur, & debeat qui promissionem fecerit eam vendere, vel retrouendere, non obstante quòd terminus sit elapsus; nec possit per dictum talem emptorem ipsa res alienari, quominus facultatem habeat ipsam rem tradendi; & si contingerit peruenire ad aliquem actum alienationis ipsius rei, vt supra vendendæ, alij contra voluntatem eius cui facta fuerit dicta promissio, vel hæredum, vel habentiū causam ab eo, vel eis; ipse talis actus, & quęcunq; illius alienatio ipso facto nullius sit momenti, efficaciæ, valoris; & si in promissione vt supra non fuerit præfixus terminus, tunc non possit vendere vsq; ad decennium; & huic statuto non possit renunciari; & renunciatio etiam cum iuramento facta, sit, intelligatur simulata, & ficticia, & facta in fraudem. Statuentes insuper, quòd quicunq; promisserit vendere, vel alienare aliquam rem immobilem ad terminum, non possit eam vendere, vel alienare alteri durante dicto termino, contra voluntatem eius cui promisio facta fuisset; & si venditio, vel alienatio aliter facta fuerit, nullius sit momenti, sed eam rem vendere, & alienare teneatur, & cogi possit, cui promisio facta fuisset, & in termino eiusdem promissionis.

Qua-

Qualiter mulieri habenti tenutam, vel in solutum de bonis viri sui causa dotis suæ conseruandæ, illi quibus essent dicta bona obligata, possint probare bona plus valere, & debitum offerre.

SI aliqua mulier habuerit tenutā de bonis mariti sui causa dotis suæ cōseruandæ, ēt si habuerit ea in solutū ꝓ dote sua, nihilominus ille q̃ habebit dicta bona obligata possit probare dicta bona plꝰ valere, quam dos fuerit, vel offerre dotem si voluerit habere ipsa bona; dum modò restituat ipsi dnæ oēs expensas legitimè factas per ipsam dnam in accipiendo ipsa bona in solutū ꝓ dotę sua; & hoc locum habeat ēt si mulieri satisfactū fuerit de dote sua in dictis bonis per maritum eis, vel hæredes suos.

De domo, turri, castro, vel munitione alicui mulieri non dandis in solutum pro dote sua.

NVlla turris, munitio, seu castrū ciuitatis, vel ep̃atus Parmę, vel domus aliqua ciuitatis debeat dari in tenutā, vel in solutū alicui mulieri, vel alicui pro ea, vel eius occasione, nec eius hæredi, nec successori ꝓ dote sua, seu pro alimentis; donec supersint alia bona viri sui, vnde possit sati fieri de prædictis; & si datæ fuerint, nullius sint momēti; nisi processerit de voluntate partium, cum consensu duorum attinentium ipsarum mulierum; & hoc locum habeat in præteritis, præsentibus & futuris; & huic statuto renunciari non possit etiam cum iuramento.

Qualiter mulieri non liceat petere vltra dotem suam.

AD magnam vtilitatē ciuitatis, & ep̃atus Parmæ, statutū est, q̃ nulla mulier de ciuitate, vel ep̃atu Parmæ, vel habens causam ab ea, prætextu alicuius donationis, vel incontri possit, vel debeat agere, petere, exigere vel retinere, nisi solū modo dotem suam; & donationem aliquam, vel incontrum dotis, non possit nec debeat petere, exigere, vel retinere, & si accepisset non valeat ipso iure; & q̃ habeat electionē sibi satisfieri faciendi pro dote sua in quibus bonis voluerit, non contrarijs statutis, ꝓ p̃cio competenti; & p̃dicta locum habeant in p̃ntibus, p̃teritis, & futuris.

Qualiter viro vergente ad inopiam vxori prouideatur de dote.

PRo bono, & vtilitate iugalium, & eorum filiorū; & ne creditores mariti defraudētur, statutum, & ordinatum est, q̃ si contingat vxorem constante matrimonio posse agere ad dotem suam, pro eo q̃ eiꝰ maritus vergat, seu vergere cęperit ad inopiam, seu malè vtatur substātia sua, vel aliter, hoc sit ei pmissū a iure constāte matrimonio suā dotem exigere; & ipsa velit suam dotem propter casus prædictos in bonis viri exigere, q̃

eidem vxori satisfiat, & satisfieri debeat primo de bonis immobilibus per missis a statutis communis Parmæ, demum ipsis deficientibus ad bona mobilia, vel se mouentia, ac iura in exigendo, & recuperando dotem prædictam, & non ante valeat deueniri.

Quòd nulla mulier possit petere nisi quantitatem dotis, & legati in bonis mariti.

SI qua mulier agit, vel aget hypothecaria contra bona mariti, non possit petere nisi tantum de bonis prædicti mariti, quantum est quantitas dotis, & augumenti dotis, & legati sibi facti a marito; reliqua vero remaneant hæredibus, & creditoribus.

Quid, quantum, & quomodò possint mariti legare vxoribus.

MAritus quacunq; lege viuat, habeat potestatē iudicandi, seu legandi, & quoquo relicti titulo relinquendi vxori suæ si voluerit centū libr. Parmen. siue ab ea, vel pro ea habuerit dotē, siue nō; & vltra, sibi legare, vel quoquo alio relicti titulo relinquere non possit, directè, vel indirectè, in quantitate, nec in specie; ēt p via institutionis, substitutionis, vel fideicōmissi, vel aliquo alio modo; siue marito superstint filij, vel descendentes ex eius, siue nō; nisi alimentorū causa, q̄ alimenta, siue maritus legauerit alimenta simpliciter, siue legauerit vxorē dñam, massaria, & vsufructuariā, gaudetricē, vel possedetricē, vel aliter, dom⁹ suæ, & oīum suorū bonorū, habere debeat vxor ab hæredibus mariti si fuerint filij mariti, & ipsi dñę, vel descendētes legitimi ab eis, in domo habitationis ipsorū filiorū, vel descēdentiū de eo pane, & vino, & alio victu, de quo habebunt ipsi filij, & descendentes; & vestimenta, & alia alimenta cōdecenter, & ꝓheminentiā in domo quā habebat tpe mariti; & si dicta vxor noluerit, vel recusauerit dicta aliména modo p̄dicto; teneatur petere, & recipere dotem suā a dictis filijs, & descendentibus, & in bonis eorū; ad cuius exactionem si dicta dña tunc fuerit negligens, vel remissa, aut morosa, non debeat habere aliména ꝓ tpe negligentiæ, remissionis, aut moræ; si verò non adsint hæredes mariti qui sint filij, vel alij descendentes vt supra; sed adsint hæredes, vel successores mariti, qui sint filij mariti tantum, vel alij descendentes ex ipsis filijs, aut alij extranei hæredes mariti eiusdē; tunc, & eis casibus dicta alimenta sibi præstari debeant modo supradicto, & in domo habitationis ipsorū hæredum, si pacificè cū eis ipsa vxor poterit habitare, habendo ꝓheminentiā supradictam; si autem noluerit pacificare, vel non possit, tunc præstari debeat secundum modum, & facultatem reddituum, fructuum, & prouentuum, ac obuentionum hæreditatis, & bonorum mariti, & pro numero personarum, sine quibus ipsi hæredes non possent secundum taxationem, & declarationem fiendam per vnum, vel tres eligendum, vel eligendos de confidentibus partium bonos viros; ita tñ ꝙ si fructus, & reditus supradicti fuerint fertiles, & vberes, non intelligant, nec debeant inplus p̄stari debere ipsa alimenta, quā sit legitimus, & cōgruus modus sm̄ facultatē patrimonij, vel bonorū hæreditariorū, & modū dignitatis mulieris, & viri, & quantitatis dotis, taxanda tñ, & declaranda vt supra; & si mulier noluerit dicta alimenta modis supradictis, ꝙ possit, teneat, & debeat petere, exigere, & recipe dotem suā, quo casu ēt si negligens fuerit, morosa, vel remissa in exactione dictæ dotis; dña non possit, nec debeat petere, vel habere alimenta ꝓ tpe negligentiæ, vel remissionis, aut moræ supradictæ; intellecto semper, ꝙ p̄stari debeant alimenta vt supra, quamdiu ipsa mulier steterit honestè in viduitate pro ipso marito, & honorē suum seruauerit, & non vltra, & ipsa alimenta voluerit modo supradictis; & ꝙ quādiu ipsa alimenta recipere voluerit vt supra, durante p̄statione ipsorū alimentorū non possit petere, nec exigere dictas libr. centū Parmen. nec ēt dotē suā. Quodq; aliqua cōminatio, vel dispositio alicui⁹ priuationis, vel ammotionis ab hæreditate, vel legato, fideicōmisso, vel re, aut iuris, quorūcunq; verborū, vel tenorū apposita, vel quæ apponeret in aliqua vltima voluntate, vel alibi q̄ obuiet dispositioni huius statuti, vel præiudicet alicui, quominus p̄sens statutū suum sortiat effectum, non valeat, nec teneat, nec p̄iudicet alicui, quatenus disponat fieri contra dispositionem supradictā. Et ad euitandum fraudes quæ quotidiè fiunt; statutum, & ordinatum est, ꝙ si maritū contingat in testamento, vel vltima voluntate, vel alio habito pro vltima voluntate sm̄ formā iuris, confiteri se aliquid teneri, vel debere suæ vxori, aut ꝓmittere, vel ad id se obligare; talis cōfessio, ꝓmissio, vel obligatio nullius sit momenti, nec aliquid ipsi vxori opituletur; nisi de sic confesso, promisso, vel obligato aliter legitimè doceatur. Concubinis aūt concubij nequaquā legare possint, vel aliquo quouis titulo relinquere, directè, vel indirectè vltra libr. quinquaginta Parmen. in vsq; verò dictam quantitatem libr. quinquaginta Parmen. sibi legari possit; & si vltra, vel aliter factū fuerit, legatum, vel relictum vt supra non valeat, nec teneat ipso iure.

De alimentis præstandis mulieribus post mortem maritorum suorum.

POtestas, & alij iusdicentes cōis Parmæ teneantur facere plenariam rationem ēt diebus feriatis incontinenti post maritorū suorū mortē de dotibus earū, & de augumentis dotiū, si constiterint in reb⁹ immobilibus inæstimatis; si verò constiterint in pecunia, vel rebus ęstimatis, fiat eis ratio plenaria de dotibus suis, & augumentis dotium post annum ꝓteritum a morte maritorum suorum, siue se maritare voluerint, siue nō; & interim, donec, & quousq; eis integraliter satisfactum fuerit de dotibus, & augumentis dotium, debeant eis p̄stari alimenta ab hæreditatibus ma-

ritorum, si fuerint filij ipsarum mulierum, & maritorum defunctorum, vel descendentium legitimi ab eis, in domo habitationis ipsorum filiorum, & descendentium, de eo victu de quo habebunt ipsi filij, & descendentes, & vestimenta, & alia alimenta condecenter, & prẽheminentiam quam habebant tpe maritorum; si non adsint hæredes qui sint filij, vel descendentes vt supra; sed adsint vel hæredes successores maritorũ, qui sint filij maritorũ tantum, & non ipsarum mulierum, vel alij descendentes ex ipsis filijs, aut alij extranei hæredes, vel successores maritorum eorundem; tunc & eis casibus prædicta alimenta sibi præstari debeant modo supradicto, & in domo habitationis ipsorum hæredum si pacificè cũ eis poterunt habitare, habendo præheminentiam supradictam; si autem pacificare nó possint; tunc præstari debeant sm̃ modum, & facultatem reddituum, prouentuum, fructuum, & obuentionum hæreditatum, & bonorũ maritorũ, & pro numero personarum; sine quibus ipsi hæredes non possint, sm̃ taxationẽ, & declarationem fiendã p vnum, vel tres bonos viros, eligendũ, vel eligendos de confidentibus partium, eligendis pro vt eliguntur arbitri inter coniunctos; dũ modò si fructus, & redditus supradicti sint vberes, non taxent nec taxare possint minus septem pro centenario dotiũ, & augmẽtorũ dotium, nec vltra duodecim. Si verò adsint post mortẽ maritorũ alij extranei, vel tertij, aut eorũ hæredes, vel successores obligati, seu qui teneãtur ad dotes, vel augumenta dotium psoluenda, & restituenda; tunc pstari debeant ab eis congruè referendo alimenta ipsis mulieribus, taxanda, & declaranda p vnum, vel tres bonos viros eligendos vt supra, inspectis, & cõsideratis supradictis, & quãtitate dotis, & augumenti, & conditionib⁹ mulierum. Cum hoc, q̃ prædictæ mulieres teneantur pro dotibus, augumentis, & alimentis prædictis agere prius contra hẽredes, & bona maritorum, si mariti, vel eorum bona fuissent obligati, vel obligata prædictis dotibus, & augumentis, quam contra alios obligatos; & hoc casu sufficiat pro excussione reali publicum proclama super scalis, & sub palatio veteri; si qui sciant de bonis ipsorum maritorum, & hæredum, & in termino nullus cõparuerit ad docendum de bonis prædictis cum effectu.

Quæ mulieres si noluerint alimenta modis prædictis congruè referendo, possint, teneantur, & debeant petere, exigere, & recuperare dotes suas; & si in exactione earum fuerint negligentes, vel remissæ, aut morosæ, q̃ alimenta vlla habere non debeant pro tempore morę, negligentiæ, vel remissionis; & hoc de alimentis præstandis locum habeat in viuẽte muliere tm̃. Possit tamen hæres defuncti, vel debitor quilibet dotium, vel augumentorum offerre, & soluere dotes, & augumenta, & eo casu a præstatione alimẽtorum sit liberatus.

Itẽ statutum, & ordinatum est, q̃ si contingat maritum ducere vxorem suam, & substinere onera matrimonij, & ei dos tradita non fuerit; possit maritus

maritus in casu moræ traditionis dictæ dotis, petere, & exigere ab illo qui promisit dotem, vel dare tenetur alia ratione quã promissionis, loco damnorum, & interesse sex pro centenario ipsius dotis pro alimẽtis ipsius mulieris, donec tradita sit dos, quæ pertineat marito.

Qualiter mariti qui occiderint vxores, non veniant ad successionem dotis, & bonorum ipsarum vxorum, & in vsufructu.

CVm non conueniat diuino, & humano iuri, q̃ dolus, vel malitia, p̃ sit alicui, nec sibi patrocinetur in aliquo; & indignum sit, q̃ homicida vocet ad successionẽ interfecti ab eo, & maximè illorũ, quib⁹ ab intestato succederet; & vt remoueat improbabile votum alicuius alienę mortis captandæ, & ad obuiandum p̃dictis; statutum est, q̃ quicunq; vxorẽ suã occiderit, vel occidi fecerit, aut qui de hoc infamatus, & condemnatus, vel bannit⁹ extiterit; siue condẽnatio, vel bannũ, postea cancellata, vel cãcellatum fuerit, siue nõ, ipso iure ipse maritus, & ei⁹ filij masculi, & nepotes ex ipsis filijs descendentes sint priuati ab hæreditate, bonis, iuribus omnib⁹, & dote dictæ talis vxoris occisæ; & ad successionẽ ipsorũ bonorũ, hæreditatis, & dotis ppetuò venire nõ debeãt ab intestato, nec ẽt ex testamento; & si ipso marito remãserint filiæ, vna, vel plures, ad quã, vel ad quas deuoluta esset hæreditas, siue dos ipsius matris occisæ; & decederent anteq̃ nuberent, vel se dedicarent; talis dos, vel hæreditas quæ ad ipsã filiã, vel filias puenissent eodẽ modo; ad ipsũ maritum, nec ad eius filios, vel nepotes masculos descendentes ex linea masculina ppetuò puenire non possint ex testamento, nec ẽt ab intestato, in totũ, vel in partem; & p̃dicta oĩa obseruentur, & locum habeant in quolibet alio, qui aliquem propinquũ, agnatũ, vel cognatum, vel affinem, vel quẽlibet aliũ occidisset, vel occidi fecisset, seu qui de hoc infamatus, & bannitus, vel condemnatus fuisset; siue bãnum, vel condemnatio fuerit cancellata, vel cancellatum, siue non.

De dote per maritum lucranda vxore præmoriente.

SI aliquis ciuitatis, vel districtus, seu epãtus Parmæ accepit, vel acceperit aliquã dñam in vxorem; & ipsam p̃mori contingerit iã in domo viri transductã, vel quæ vir̃ duxerit, maritus lucretur dotem ipsius vxoris datã, vel promissam; & si contingat eã decedere intra annum sine filijs; lucret tantum dimidiũ dotis, elapso vero anno lucret integram dotem.

Sed si dictus maritus ex ea haberet filios, vel filias, vnũ, vel plures, dicta dos ad eos ptineat; saluo q̃ si ex p̃dicta dña, seu vxore essent alij filij, vnus, vel plures ex altero matrimonio, seu alijs matrimonijs; tunc illi tales filij, seu filiæ in legitima dictæ dotis tantum succedãt ipsi earum matri, in qua legitima diuidenda non veniant, nec cõputentur filij vltimi matrimonij; & tota alia pars ptineat vltimo marito, & eius hæredibus si ex dicta dña,

seu vxore eius dicti vltimi mariti non essent filij, vel filiæ; & si non essent filij, vel filiæ ex dicto vltimo marito, & ex dicta dña, seu vxore eiº, dicta tota alia pars ad eos ptineat vt superius dictum est; & in oibus casibus supradictis maritus non possit molestari de prædicta dotæ tempore vitæ suæ.

Quod filia, & aliæ fœminæ descendentes dotatæ in, & de bonis eius ascendentis, de cuius hæreditate agitur, non possint habere regressum ad ipsius bona.

Filia, neptis, vel pneptis, vel soror, q dotatę fuerint a patre, auo, vel ab alio ascendẽte paterno, vel fratre, patruo, vel a patrui filijs masculis, vel cuius pater, auus, vel alius ascendens paternus, vel frater, patruus, vel patrui filij masculi parati se obtulerint cũ effectu dotare cõdecenter, & cõpetenter sm qualitatẽ, & facultatẽ eius ascendẽtis, de cuiº hęreditate agitur, in, & de bonis eiº inspecta consuetudine, & more ciuitatis, & dioecesis Parmen. extantibº filio, vel filijs, masculo, vel masculis, nepotibus, vel pnepotibus masculis, vno, vel pluribus, & deinceps descendentibºab eo, vel de caxali eiº, de cuiº hæreditate agit vt supra, nullũ amplius ad bona paterna, auita, vel patrita possit habere regressũ; nec aliqd amplius vltra dotem ei bonis petere possit, seu valeat; si tñ cõtingat eas fœminas dotadas de quibus supra, decedere ab itestato, vel sine testamento anteq̃ dotent, & maritent; tunc, & eo casu adueniente, illi tales masculi qui habebant facultatẽ, & post testatę dotadi vt supra, succedãt ipsis mulieribus in ea dote, qua habere debebant vt supra, oibus aliis in hac tali dote exclusis p ptens statutũ; & pdicta intelligantur de successionibus ascendentiũ, & descendentiũ; & dicta oblatio dotadi possit fieri qñcũq;, ante iterpellationẽ factã de ipsa dotatione, & post iterpellationẽ itra sex menses, quo tpe elapso nõ ptsit oblatio.

De successionibus ab intestato fratrum & filiorum eorundem.

Cum sat congruũ sit hæreditates defunctoꝝ sine testamento, vel ab itestato liberis masculis nõ extãtibus, ad pximiores masculos de caxali defuncti deferri; Statutũ, & ordinatũ est, q mortuo aliquo, vel aliquib9 ab itestato, vel sine testamẽto, ex quo, vel ex q̃bus filij, vel filię, vel alij descedentes legitimi, & naturales nõ supstint, & q sint de caxali defuncti, talibus sic defunctis succedere debeãt fratres vtrinq; cõiuncti, & ex altero parente tm si adsint, & q sint de caxali defuncti, & nepotes ex fratribus de caxali vt supra, vna cũ pdictis fratrib9 i stirpẽ cõiunctim, nõ aũt ordine successiuo, exclusis sororib9 defuncti, & alijs fœminis, q̃ aliàs de iure cõi succederent pariter cũ pdictis masculis, si dotatæ fuerint ipsæ fœminæ, in, & de bonis pris; si verò non fuerint dotatæ, tunc dotent copetenter, & decẽter, in & de bonis illius de cuius hæreditate agit; ita tñ, & taliter, q vnica dotæ sint contentæ, & tacitæ prædictæ fœminæ. Non existentibus aũt fratribus,

bus, vel nepotibus ex fratribus vt supra; tunc alij transuersales masculi vsq; ad tertiũ gradum inclusiuè de caxali patris vt supra; intelligendo gradum sm ius canonicum, succedant, & succedere debeant ipsis defunctis, exclusis similiter fœminis, quæ cum ipsis transuersalibus aliàs de iure cõi succedere deberent, vt supra dictum est; vel quæ præferri deberent ipsis transuersalibus masculis de caxali, seu domo defuncti; si dotate fuerint vt supra. Saluo, q̃ si ex prædicto defuncto supersit pater, auus, vel alius masculus ascendens ex linea paterna, tunc pdicti ascendentes admittantur, & vocẽtur ad hæreditatẽ talis defuncti; vna cũ pdictis fratribus, & nepotibus pro vt iura disponunt, exclusis semper pdictis fœminis. Possint tñ, & debeãt tales sorores, & aliæ fœminæ exclusæ in casibus pñtis statuti, stare, gaudere, & vsufructuare bona, & hæreditates pdictoꝝ fratrũ, & aliorꝝ masculoꝝ, a quib9 excludunt, vna cũ pdictis masculis succedentibus, ipsis fœminis deueniẽtib9 in viduitate, & in ea pseuerantibus; vel si in casu pdicto cũ pdictis masculis stare, & habitare, vel pacificè viuere noluerint, vel non potuerint; tunc habeant, & habere debeant toto tpe vitæ suæ vsufructũ medietatis illi9 partis hæreditatis, q̃ eis fœminis aliàs de iure cõi spectaret, & ptineret. Post mortẽ aũt earꝝ fœminarꝝ reuertatur, & consolidetur vsufructus cum proprietate; & prædicta disposita in præsenti statuto, vendicent sibi locum, tã in hę reditatibus fœminarꝝ, q̃ masculorum, singula singulis congruè referẽdo.

De muliere extra territorium communis Parmæ nupta non succedente.

NVlla mulier se nubat cũ hęreditate extra iurisdictionẽ cõis Parmę; & si nupta fuerit extra iurisdictionẽ, postq̃ delata fuerit hęreditas, nõ succedat alicui de iurisdictione Parmæ; sed illa hæreditas pueniat in agnatos pximiores, vel alios ppinquos, tã masculos, q̃ fœminas ex ordine, pro vt pueniret, si talis mulier nupta extra iurisdictionẽ nõ esset in medio; & hoc siue pueniat ex testamento, vel ab intestato; & eodẽ modo pueniat in agnatos proximiores, vel alios propinquos vt supra, si mulieri nuptæ extra iurisdictionẽ cõis Parmæ hæreditas aliqua in causa afferatur, seu aperiatur, ipsa existente nupta extrã iurisdictionem, vel vidua.

Idem sit, & intelligatur in oĩbus descendentibus taliũ mulierꝝ, qui nati fuerint ex non suppositio iurisdictioni D. potestatis, & cõis Parmæ.

Quòd mater non succedat filiõ ab intestato, extantibus aliquibus de caxali patris; & qualiter agnati in successione ab intestato præferantur cognatis.

AD conseruandum agnationẽ, & nomen caxalis defuncti; & p cõi bono, & vtilitate hoĩum ciuitatis, & cpatus Parmæ. Statutum, & ordinatũ est, q mater non succedat filio, vel filiæ ab intestato, vel sine

sine testamento decedentibus, extantibus tpe mortis defuncti, de cuius hę reditate agit aliquibus masculis legitimis, & naturalibus, de domo, siue ca xali ipsius defuncti ad quartū gradū iclusiuè, intelligēdo gradū sm̄ i⁹ cano nicū; sed ipsi masculi legitimi, & naturales vt supra, succedāt in bonis, & hę reditate p̄dicti defūcti, vel defunctæ, de cui⁹ hęreditate agit exclusa matre.

Possit tn̄ mater toto tpe vitæ suæ stare, gaudere, & vsufructuare bona dicti sui filij, siue filiæ, p̄mortui, vel p̄mortuæ, cum illo, vel illis quibus defertur hæreditas p prælens statutum; ipsa matre stante in viduitate, & honestate in domo dicti sui filij, vel filiæ; vel si cum prædictis hæredibus stare, & habitare, vel pacificè viuere noluerit, vel non potuerit; tunc habeat, & habere debeat vsufructum medietatis illius partis hæreditatis, quæ alias ei dem matri spectaret, & pertineret de iure communi.

Post mortem verò dictæ matris reuertatur, & consolidetur vsufructus cum proprietate.

Et prædicta quæ dispositа sunt de matre, habeant locum in omnibus, & per omnia in quibuscunq; ascendentibus, descendentibus, & transuersalibus ex linea materna extantibus vt supra; & exclusis ipsis ascendentib⁹, descendentibus, & transuersalibus vt supra.

Et intelligantur decedere ab intestato etiam illi, qui non potuerint facere testamentum.

Quòd nullus possit exigere pœnam.

NVLLVS possit exigere pœnam adiectam quantitati.

De præscriptione decem annorum contra mutuatores vel deponentes, currenda.

SI quis fęnerator stet, vel steterit per decē annos, q̄ debitū a debitorib⁹ nō q̄siuerit per publicū instrumentū factū, debitori p̄sonaliter, vel eo absente ad domū suæ solitæ habitationis in p̄ntia duor̄ vicinor̄; vel i concordia cū eo non steterit, de qua appareat publicū instrumentum, vltrerius debitū petere non possit; idem obseruet, si post condēnationē steterit p decēniū; & q̄ non possit agere hypothecaria, nec p̄sonali occasione dicti debiti; si debitor, vel eius hæredes transcurso decēnio iurauerit debitū fuisse vsurariū; & ēt probauerit ad minus p sex testes fide dignos p̄ publicā vocē, & famā, deponentes talē creditorem fuisse vsurarium, seu fęneratorē.

De creditoribus compellendis tradere instrumentum debiti, & instrumentū solutionis facere debitoribus soluto eius debito.

CReditores de pecunia, vel alia re eis soluta, teneātur reddere instrumenta debitoribus, & instrumēta solutionis, & pagamenti ipsis debitorib⁹, vel agētibus pro eis facere, expensis ipsor̄ debitor̄, ad voluntatem ipsor̄ debitor̄, seu agentiū p̄ eis; & si creditores iurauerint se nō habere instrumenta p̄dicta, & dolo ea nō retinere, teneant̄ instrumenta solutionis, & pagamenti facere debitoribus ad voluntatē debitor̄, expēsis tn̄ ipsor̄ debitor̄; & si prędicta non fecerint creditores, potestas teneat̄ auferre ei qui non fecerit, pro banno xxv. libr. Parmeñ. cuius banni medietas sit cōis, & alia debitoris; & nihilominus teneantur attendere creditores vt dictum est; & idem obseruetur, & locum habeat in forasterijs. Et potestas, & quilibet officialis cōis, corā quo mouebitur quæstio de prædictis, teneatur sacramento compellere illum, vel illos qui solutiones receperint, ad volūtatē eius qui eā fecerit, facere sibi instrumentū de ipsa solutione, nō obstante si pactū esset inter eos de instrumento non faciendo. Et possit, teneat̄, & debeat notarius qui de instrumento debiti fuerit rogatus, vel cui essent cōcessa aliqua breuiaria, seu prothocolla, vel sede alior̄ notarior̄, de voluntate debitoris, & creditoris cancellare in prothocollo, breuiario, vel seda instrumentū debiti, vel alterius obligationis; dūmodò illud faciat in p̄sentia testiū, & secundi notarij necessarior̄; siue ipsum instrumentum fuerit expletū, siue non; & faciat mentionē apud ipsum instrumentum debiti, vel obligationis, de p̄dicta cancellatione, & voluntate; & de millesimo, indictione, & die dictæ cancellationis; & de causa ipsius cancellationis, & de p̄ntia testiū, secundi notarij, ac loco, & in forma infrascripta. Et si cōtingeret p̄dictum creditorē qui instrumentū finis, & solutionis fecerit debitori suo, iter̄ petere tale debitū solutū a debitore quondā suo, cū fortè debitor non possit ita subitò ostendere, vel reperire instrumentū solutionis, & finis p̄dict̄; tunc, & eo casu talis creditor condēnatus sit ipso iure in tantū, quātū petet a debitore suo indebitè, applicandū, & dandū incontinenti, & sine exceptione debitori, a quo indebitè petitur; & hoc debitore ostendente instrumentū finis, & solutionis, & non aliter; cum creditor ex malitia sua damnū, & pęnā consequi debeat, petendo bis debitum, in quo prętendere ignorantiam non potest. Petere autem intelligatur per solam libelli oblationem coram quocunq; iusdicente, q̄ solum locum habeat in creditore, & in alijs habentibus causam ab eo idem facientibus; scilicet, bis idem debitum petentibus; & non in hærede, siue hæredibus ipsius creditoris, qui prætendere possunt verisimiliter ignorantiam defuncti.

Quòd filius familias sine consensu patris non obligetur.

ALiquis filius familias sine consensu patris non obligetur, nec obligari possit ex aliquo contractu, nec aliqua occasione, sed cum cōsensu, & voluntate patris possit obligari ēt sine parabola, & aucto ritate iudicis D. potestatis, vel alterius officialis, si fuerit maior xxv. annis; si verò filius familias fuerit minor xxv. annis, possit obligari cum cōsensu patris, interposito decreto etiam ab aliquo ex aduogadris cōmunis Parmæ. Et

Et quilibet filius familias maior xxv. annis faciens familiam seperatã a patre, possit ex quacunq; causa, & contractu obligari tanquã pater familias, etiam sine consensu patris; & habeatur, & reputetur in omnibus supradictis tanquam pater familias; ita q; possit agere, & conueniri in quocunq; iudicio, etiam patris licentia, vel consensu non interueniente.

De formis, & solemnitatibus obseruandis in contractibus filiorum familias, & minorum vigintiquinq; annis.

NVlli filij familias, aut minores xxv. annor̃, sui iuris, siue habeant curatores, siue non, possint obligari ex aliquibus contractibus, distractibus, vel quasi; nisi tales contractus, vel distractus, vel quasi dictor̃ filior̃ familias, vel minor̃ facti, & celebrati fuerint cum consensu ascendentium, in quor̃ sunt potestate, aut auctoritate, & consensu curatorum suor̃; & vtroq; casu in conspectu vnius ex iudicibus D. potestatis, cũ interpositione decreti, & cum iusta, & euidenti causæ cognitione; & si aliter facti fuerint, quocunq; modo illi contractus appareant, vel quãcunq; obligationẽ contineant, habeant̃ pro simulatis, & simulata, & ficticia sint, & nullius valoris quantũ ad personã, & in præiudiciũ, ac obligatione minor̃, seu filior̃ familias, & bonor̃ suor̃; & nemo audiatur, nec habeat ius petendi, nec actionem aliquã habeat contra dictos minores, & filios familias, nec eorum bona sibi obligata, prædicta solemnitate non seruata, & prædicta omnia, & singula sint præcisa, & præcisè debeant obseruari; & sacramentum minorum xxv. annorum, vel filiorum familias non habeat validare contractum prædictum in præiudicium dictorum minorum, vel filiorum familias. Et supradicta locum habeant, etiam si dicti minores se obligarent ex causa artis lanæ, ad officium dictæ artis, vel alibi.

De minoribus iurantibus se maiores.

NVllus minor xxv. annorum iurans in aliquo contractu, vel distractu, vel quasi, se fore maiorem xxv. annorum; aut non venire contra contractum, vel distractum, vel quasi, ex dicto tali iuramento excludatur, quin probare possit se tunc fuisse minorem; & ad sic probandum per iudicem admittatur, tam per testes, & instrumenta, q̃ per aliud genus probationis, qua probatione facta admittatur vt minor, aliqua iuris dispositione in contrarium non obstante; & talis contractus, vel distract⁹, vel quasi tunc habeatur pro simulato.

De contractibus factis inter mutuatores, & lusores.

OMnes contractus qui fient per aliquem qui sit infamatus, q̃ teneat ludum, vel q̃ mutuet ad ludum, seu alios contractus faciat occasione ludi cum aliquo lusore; vel qui sit infamatus esse lusor, qualem

qualem causam, vel obligationem contineant, sint vani, cassi, & nullius momenti; & D. potestas, & eius iudices, & aduogadri teneantur non facere rationem de prædictis contractibus; & teneatur non permittere aliquem officialem cõis inde facere rationem; & hoc capitulum sit p̃cisum, & præcisè debeat obseruari perpetuò, & sine tenore; & non possit mutari, nec remoueri per aliquos statutarios. Et idem obseruetur, & locũ habeat in omnibus contractibus, qui fierent inter aliquos infamatos esse publicos lusores; saluis semper & in sua firmitate manentibus omnibus, & singulis alijs pœnis, & conditionibus ordinatis, seu ordinandis per cõmune Parmæ contra mutuantes ad ludum, & tenentes ludum, & lusores, & super contractibus factis, seu fiendis inter prædictos dictæ conditionis, & contra ipsos contractus, & eos in quos cederent; & eos qui iura cessa de eis haberent, & alia, & alios, & in alijs.

De patribus infamatis de ludo, dissipatoribus suorum bonorum compellendis eorum filios emancipare, & eis portionem assignare.

SI aliquis est, vel erit lusor, & infamat⁹ lusor de ludo azari, & dissipator bonorum suorum; & de hoc etiam sit, vel fuerit publicè infamatus; & iste talis habeat filios, vnum, vel plures, seu in futurum habebit, D. potestas teneatur, & debeat ad petitionem propinquor̃, seu affinium ei⁹ melior̃; & qui melius, & magis diligant vnum talẽ ludentem, & dissipantem, emancipare filios suos cuiuscunq; ætatis fuerint; & dare partem cuilibet masculor̃ de bonis suis, quantum p̃ se retineat; & cuilibet fœminarũ dare medietatem totius eius, q̃ dabit cuilibet masculorum; & si talis lusor, & bonorum dissipator noluerit filios suos emancipare; nihilominus D. potestas possit, debeat, & teneatur suprascriptam partem dare filijs suprascriptis, & filiabus; & prędicta pars debeat valere, & efficiatur filij, vel filiorum, & perpetuò inuiolabiliter obseruari per commune Parmæ, ac si prædicti filij essent legitimè emancipati. Et si prædicti filij, seu aliquis eorum post dictã emancipationem, seu partem datam, vt superius continetur, stabunt, & habitabunt in vna familia cum dicto patre suo; nihilominus dicta emancipatio, seu dicta pars assignata filijs suis prædictis valeat, & perpetuo firmitatẽ obtineat, iure, vel statuto aliquo facto, cõmunis, & populi, seu ordinamento quod in contrarium appareret, vel apparuerit, seu reformatione aliqua, seu quocunq; alio obstaculo non obstante. Et si contingeret prædictum lusorem, & bona sua dissipantem post dictam partem sic datam; vt superius continetur, habere filios, vel filias, ipsi filij, seu filiæ, qui, vel quæ dictã partem recepissent, conferre teneantur cum filijs, & filiabus postea natis secundum modum superius contentum; ita q; tantum habeant secundo nati, vel natæ, quantum primo nati, vel natæ; ita quod singuli æquales sint in partibus, singula singulis congruè referendo.

Qua-

Qualiter emancipationes debeant fieri, & curatores dari, & decreta interponi minoribus, in alienatione rerum immobilium pupillorum coram D. potestate, & suis iudicibus, & alijs officialibus ciuitatis, communis, & populi Parmæ.

QVicunq; de ciuitate, vel episcopatu Parmæ, vel alius cuiuscunq; conditionis existat, voluerit decætero emancipare filios suos, & filias, nepotes, vel neptes, vel decretum interponi in alienationibus rerum pupillorum, & minorum; & dari, & confirmari tutores, & curatores generales minoribus, & in omnibus in quibus de iure dantur, & conceduntur; & qui voluerit producere testes ad æternam rei memoriam, vel aliquid aliud fieri, in quo auctoritas, vel decretum iudicis requiratur, illos emancipare debeat; & prædicta omnia, & singula facere coram potestate Parmæ, vel suis iudicibus, seu alijs officialibus communis Parmæ, quibus per formam alicuius statuti, vel capituli prædictum negocium est concessum. Qui prædicta omnia, & singula, & sine alicuius precij solutione ipsius decreti interpositionem omnibus, & singulis petentibus facere teneatur; & si aliquid receperit occasionibus prædictis, cadat, & cecidisse intelligatur in pœna libr. quinq; Parmen. in quibus possit syndicari; cuius pœnæ medietas perueniat in accusatore, & alia medietas communi.

De emancipatione liberorum, & eorum solemnitatibus.

VT filiorꝝ emancipatorꝝ noticia sit oibus, & ne fraudes per eos in aliquibus possint committi, tam in soluendo onera, & factiones communis, q̃ in aliquibus alijs causis, quæ solitæ sunt committi in talibus. Statutum est, ꝙ si aliquis filius emancipatus fuerit, faciat instrumentum emancipationis publicari in consilio generali cõis Parmæ, sono tubæ præmisso; & intelligatur ēt consilium generale, quando D. potestas facit cõdemnationes in criminalibus per vnum ex notarijs reformationũ Parmæ; & postea faciat ad officium reformationum cõis Parmæ per notarios dicti officij, & super libris dicti officij registri generalis litterarum, & decretorꝝ dñi, instrumenta suæ emancipationis, & publicationis cũ millesimo, indictione, & die, quibus facta fuerint, cum nominibus notariorum qui ipsa fecerint, & publicauerint; ita ꝙ quilibet possit habere copiam de ipsis emancipationibus, & instrumentis, quæ emancipationes fieri possint ēt corã vno ex iudicibus D. potestatis, vt supra in alio statuto continetur. Quibus emancipationibus, & publicationibus sic registratis ad officium reformationum vt superius continetur; postea dicti filij obseruatis dictis solemnitatibus, siue cum patribus ad vnum panem, & vinum, & focum in vna domo, & in vna familia, siue alibi morentur, habeantur pro emancipatis, & tanquã patresfamilias, & tanquã hoĩes sui iuris, & suæ potestatis in

in omni euentu, & casu; & hoc capitulum sit p̃cisum, & p̃cisè debeat obseruari, salua semper dispositione contenta in statuto suprascripto. Qui liber registri, & alioꝝ p̃dictoꝝ singulis annis remanere debeat penès notarios successores ad dictũ officiũ reformationũ; & ad fidẽ faciendũ de ipsa registratione sufficiat, si notari⁹ q̃ ipsã registrauerit manu ppria, & cũ signo suo scripserit, & attestet dictã emancipationẽ, & publicationẽ registrasse.

De parte assignata filio emancipato patris creditoribus non præiudicatura.

SI quis de ciuitate, vel districtu Parmæ emãcipauerit filiũ, vel filios, & ei vel eis dederit aliquid ĩ partẽ; & remisso ei vel eis p̃mio emãcipationis, vel non remisso; p̃dictus filius, vel filij habuerint, vel haberent, vel aliquid habeant in solutum de bonis patris, vel ét tenutam solam occasione dotis matris; & pater prædictus iam erat debitor alicuius, vel aliquorũ, talis emancipatio, & præmij emancipationis remissio, & tenuta, vel in solutum datio ipso patre viuente, eodemq; debitore, non præiudicet creditori aliquo modo, vel ingenio, vel creditoribus talis patris in vsufructu, quẽ habiturus est ipse pater, vel habere debet in rebus prædictis.

Qualiter in contractibus filiorum emancipatorum sufficiat, si fiat mentio per notarium qui ipsos contractus fecerit, se vidisse instrumenta emancipationis, & publicationis cum millesimo, indictione, & die.

SI aliquis emancipatus inueniet obligatus in aliquo contractu, vel quasi, & facta fuerit mentio de carta emancipationis, & publicationis factæ in consilio generali, & registrationis factæ ad officiũ reformationum cõis Parmæ, & scriptus millesimus, indictio, & dies in ipso cõtractu, vel quasi, & noĩa notariorꝝ qui fecerint cartas illas, & scriptũ sit in illo contractu, vel quasi, ꝙ notari⁹ qui scripserit, viderit cartã emancipationis, publicationis, & registrationis, aliquis in cuius fauorem fuerint tales contractus, non habeat necessitatẽ ostendendi in aliquo iudicio cartam emancipationis, nec publicationis, nec registrationis prædictæ. Et oĩ exceptione cessante quilibet cõtract⁹, vel quasi in quo scriptæ fuerint p̃dictæ solẽnitates, nullatenus possit infringi, pro eo quod ille ad quem pertineat, non possit repr̃sentare cartam emancipationis, publicationis, & registrationis.

Quò pater non patiatur damnum pro filio emancipato.

CVm in statuto cõis contineatur, qualiter emancipationes in consilijs legi debeant; & non conueniat, postq̃ filius emancipatur a patre, ꝙ pater occasione ipsius filij, vel opere recipiat a communi, vel ab aliquibus officialibus damnum aliquod, nec etiam detrimentũ; pater

pro

pro tali filio postquam legitimè apparet emancipatus esse, & per se pars habere per publica instrumenta, occasione aliqua ad aliquid penès commune, vel officiales aliquos, nullo modo teneatur; reformatione, seu statuto communis aliquo non obstante.

De contractibus filiorum familias maiorum publicè exercentium mercantias.

QVilibet filius familias maior xxv. annis, qui publicè exercuerit mercantias; & qui sit ex illis artibus quæ possint conueniri sub iurisdictione officialiu mercatorꝝ, possit contrahere liberè cum quacunq; persona voluerit; & ét se obligare in facto suæ artis, & etiã conueniri ob prædictum casum decętero; non obstantibus aliquibus reformationibus, vel statutis in contrarium loquentibus, quibus præsens statutum deroget in hac parte, & aliquo alio iure in contrarium non obstante.

De contractibus metu factis pro irritis habendis.

CVm dicatur multos contractus fuisse factos metu, vtpotè venditionum, & mutuorum nulla soluta pecunia; ad obuiandum ne similia in posterum fiant, statutum est, ꝙ oẽs contractus facti, & qui fierent, seu fieri possent in futurum prędictę conditionis, sint cassi, & vani, & nullius vtilitatis, vel momenti, & pro cassis, & vanis habeantur, & occasione talium contractuum nullus possit grauari, inquietari, vel molestari. Et si quæstio moueretur coram aliquo officiali communis de talibus contractibus, sit plena probatio sacramentum sic oppressi in dictis contractibus faciendum, cum publica voce, & fama; & hoc locum habeat in omnibus alijs contractibus metu factis, pecunia non soluta qualitercunq;. Et ꝙ vbi dicit, plena probatio sacramentum sic oppressi. & cętera; intelligatur, vel eius hęredis, vel hęredum, vel personarum legitimarum agentium pro eo, vel eis, si fortè hęredes non essent legitimę ętatis; & ꝙ dicta publica vox, & fama probetur per duodecim testes fidedignos.

Ex quibus causis contractus intelligantur simulati.

SI quis fecerit alienationem, vel translationem, intelligendo alienationem, vel translationem per quam transferatur dominium rei de bonis eius, seu de aliqua re de bonis suis; & postea reperiatur possidere, vel fructus rei venditæ percipere per spatium trium annorum proximorꝝ post dictam alienationem, vel translationem, vel vltra; præsente, sciente, & non contradicente illo in quem alienatio facta fuerit; hoc ipso iure sit, & esse intelligatur contractus simulatus; non obstante, ꝙ qui alienationẽ fecerit instrumẽto alienationis constituerit se possidere etiam præcario, vel aliter nomine illius, in quem alienatio, seu translatio facta fuerit; saluo ꝙ si

ille in quem dicta alienatio facta fuerit, postea locauerit res, in eum alienatas ipsi, qui in eum fecerit dictã alienationem, siue ad mediũ, siue tertium, vel quartum, siue ad fictum, ꝙ tunc non intelligatur contractus simulatꝰ, licet ipse alienator steterit in possessione, vel fructus perceperit; & prędicta locum habeant non obstantibus aliquibus verbis, vel iuramento in tali cõtractu appositis, & insertis.

De modo tenendo in interdictione bonorum, & eius relaxatione, & restitutione.

POtestas teneat nõ interdicere bonis alicui, nisi ille cui petit interdictio fieri in consilio generali cõis Parmæ publicet; ne hoĩes p ignorantiã decipiant, & aliter nõ valeat interdictũ; & eodẽ modo reuocatio interdicti publicet, & fiat crida p ciuitatẽ, & burgos publicè, & minutim, & det terminus duorꝝ mensiũ ex parte D. potestatis, ꝙ oẽs, & singuli quibus est interdicta administratio bonorꝝ suorꝝ, repsentẽt ipsi, vel amici sui instrumenta interdictorꝝ vsq; ad dictũ terminũ corã vno ex iudicibus D. potestatis; & scribat p notariũ eius millesimus, indictio, mẽsis, & dies, & scribat nomen notarij qui inde fecerit cartã; & si ad dictũ terminũ dicti p digi, vel sui amici nõ pũtauerint instrumenta interdictorꝝ, non habeant p interdictis; sed ipsa instrumenta sint irrita, & nulliꝰ valoris. Quo facto scribant cũ solẽnitatibus suprascriptis noĩa p̃dictorꝝ in duobus libris, quorum vnus sit apud vicariũ D. potestatis, & alius ad ecclesiolã cõis, vt ab oĩbus possit haberi copia de eis quibus sint interdicta bona; vt possint sibi cauere cũ quibus cõtrahant. In sententijs vero in quibus interdicet decętero administratio bonorꝝ aliquibꝰ, seruet similis solẽnitas; videlicet, ꝙ noĩa ipsorũ infra octo dies post sententiã factã scribant in p̃dictis ambobus libris, cũ millesimo, indictione, & die, & scribat nomen notarij qui ipsam sententiã scripserit; & sic spatiosè, ꝙ apud talem scripturã possit scribi qualiter administratio sibi fuerit restituta, si post interdictũ sibi restituetur; quia factus fuerit sanę mentis, & restitutio scribat sm̃ prædictas solemnitates per notarium D. potestatis cum millesimo, indictione, & die, & mense, & nomen ipsius notarij; & nisi scriptura dicto modo facta fuerit, non habeatur pro restituto; & ét tã interdictũ, q̃ restitutio p ciuitatẽ, & burgos publicè pręconizetur, & talis crida in dictis libris scribi debeat per eundem notarium.

Qualiter liceat interdicere bonis.

SI quis venerit corã potestate dicens, parentẽ, vel amicũ malè facere facta sua, potestas teneat ipsum audire, & si probauerit, ꝙ dixerit, teneatur interdicere bona talis malefacientis facta sua, & curatorẽ dare bonis suis; & scribantur prædicta in dictis libris in quibus alia interdicta scribuntur, & cum eisdem solemnitatibus, & etiam restitutio eorundem.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ОЛУМНІЯ МЕЛНИКОВА

LIBER

De curatoribus dandis minoribus, mentecaptis, furiosis, vel similibus ad litem.

NE defectu ætatis, & carentiæ legitimi defensoris minores xxv. annis, furiosi, vel mentecapti, & similes in causis sibi mouendis dãnum indebitè patiantur, & vt talibus personis sit, prouisum, ne remaneant indefensæ, salubriter est statutum, ꝙ si contingat aliquam quæstionem, litem, causam, seu controuersiã moueri in iudicio alicui minori xxv. annorum, furioso, vel mẽtecapto, & simili personæ tutore, vel curatore, vel alio legitimo defensore carente, ꝙ agere, & mouere volẽs aliquam quæstionem, litem, seu controuersiam contra aliquem minorem xxv. annos, furiosum, vel mẽtecaptum, seu similem personã, anteq̃ ad aliquid in iudicio ꝓcedatur, & procedi possit contra tales psonas tutore, vel curatore, seu alio legitimo defensore carentes, teneatur, & debeat agere volens, & iudicium dirigere contra aliquam ex personis ꝓdictis, cõparere coram illo iusdicente, coram quo agere intendit, & ab ipso iusdicente petere, & instare per ipsum iudicem, seu alium in hoc habentem auctoritatem, ꝙ det, & dare debeat curatorem dictæ tali personæ, & liti saltim prædictæ quã mouere intendit. Qui iudex q̃ citius, & celerius esse potest, a quo facta fuerit petitio, & requisitio teneatur, & debeat curatorem sufficientem, bonum, & idoneum tali personæ, & liti sic mouendæ aliquem bonum, & idoneum ex proximioribus agnatis dictæ talis personæ si aderint; & si non aderint, aliquem sufficientem, & idoneum ex proximioribus de cognatione dictæ talis personæ; & si non adessent, aliquos idoneos, sufficientes, bonæ conditionis, & vitæ ex proximioribus amicis, & vicinis talis personæ, cum quo curatore sic dato, & creato, possit sic agere volens suum iudicium intentare, inchoare, & finire; & qui curator sic creatus compellatur, & compelli possit, & debeat per iusdicentem ad prædictam curam, & defensionem subeundam; & ad prædictum curatorem sic dandum, & creandum teneatur iusdicens sub pœna libr. centum Parmeñ.

Qualiter mulieres non possint alienare legitimam filiorum.

SCribitur, ꝙ vir est caput mulieris, & quodammodò sub ei⁹ potestate, & arbitrio viuit; quo fit, vt plerumq; mulieres metu, persuasione, aut complacentia maritoꝝ, inducantur ad alienandũ, & disponendũ de earum bonis parafernalibus, in ipsarꝝ maximum detrimentũ, & liberorũ suorum; ideò ad tollendum, ꝙ ipsæ dominæ nuptæ non cogantur, seu inducantur per maritos alienare bona sua parafernalia; nec alia qui ab eis ꝓcia postmodum extorquent persuasionibus, vel blanditijs, aut meticulosis angariationibus; statutum, & ordinatum est, ꝙ nulla mulier nupta, seu vidua possit alienare bona sua parafernalia, vel alia quæcũq;, quin remaneãt

legitimæ filijs cuiuslibet matrimonij. Saluo quam in casu, vel casibus necessitatis vrgentis, quo casu, vel casibus alienare possit cum consensu vni⁹ ex proximioribus agnatis, vel cognatis dictæ mulieris, & cum interpositione decreti D. potestatis Parmæ, & cum iusta, & euidẽti causæ cognitione, & nisi ipsi redarguantur verè de ingratitudine iustis ex causis. Et iustæ causæ intelligantur, ex quibus licet parentibus liberos exhæredare.

Quid ordinatum est in fauorem fideiussorum.

SI quis fideiusserit, vel fidemsebit, vel aliter se obligauerit, vel obligabit, vel aliquo, vel aliquibus, vel denarios sup se accepit, vel pecuniã soluerit, vel soluet ꝓ aliquo, vel aliquib⁹; potestas, & ei⁹ iudices, & officialis cõis a qbus postulabit, teneant dare tm̃ de bonis illoꝝ pro quib⁹ soluerint, vnde possit eis satisfieri integraliter, si bona poterint iueniri; si verò fideiussor nondũ soluerit debitũ, vel pecuniã, & voluerit eximi, & liberari ab obligatione ꝓ qua interceſſerit; tũc si debitor principalis venerit ad paupertatẽ, vel ceperit malè vti substãtia sua, vel ipse fideiussor extiterit iã condẽnatus, vel ei ꝓceptũ de soluendo factũ fuerit, vel dies soluẽdæ pecuniæ ꝓ qua interceſſit, trãsactus fuerit; potestas, & eius iudices, & alij officiales cõis habentes iurisdictionẽ cognoscẽdi in ciuilib⁹, teneant cõpellere illũ, vel illos principales eximere dictũ fideiussorẽ, & absolui facere ab oĩ obligatione, fideiussione, & interceſſione q̃ feciſſet principali debitori, capiendo, & detinendo ipsos debitores psonaliter, & contra eos ét ꝓcedendo realiter oĩbus iuris remedijs, quibus melius fieri poterit ad volũtatem ipsius fideiussoris; & hoc in oĩbus casibus superius expreſſis. Si vero instrumento debiti, vel obligationis ꝓ quo vt fideiussor, vel aliter se obligauerit, non sit aliquis certus terminus expreſſus, infra quẽ solutio fieri debeat; tunc elapso termino vnius anni, & non ante, cõputando a die qua fideiussit, vel ꝓ principali se aliter obligauit; possit talis fideiussor petere se eximi, & absolui ab obligatione, & fideiussione prædicta; & potestas, & cæteri officiales hoc facere teneantur, capiendo, & detinendo principales, & contra eos procedendo vt supra; & in ꝓdictis oĩbus casibus ꝓcedi possit ꝙ quoslibet officiales cõis, ét tempore feriato, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij.

Quòd nullus possit fideiubere pro aliquo forasterio.

SI aliquis de ciuitate vel ẽpatu Parmæ alicui forasterio aliqualiter mutuauerit aliquam pecuniæ quantitatem, vel rem, & ob hoc fideiussores de ciuitate, vel episcopatu Parmæ acceperit; potestas, & omnes iudices, aduogadri, & omnes officiales communis teneantur creditorem cõtra fideiussores talẽ non audire, nec ei ius reddere; & huic statuto non possit renunciari ét cum sacramento, & renuntiatio facta non valeat, nec teneat; & hoc capitulum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari.

HAУКОВА БІБЛІОТЕКА ОДУ

De fideiussoribus non compellendis iurare.

FIdeiussores qui dantur coram potestate, vel aliquibus officialib⁹ cõmunis Parmæ, non teneantur, nec compellantur iurare, sed promissiones tantum facere compellantur.

De repudiationibus hæreditatum.

SI quis abstinuerit, vel repudiauerit bona paterna, vel alterius cui poterat succedere ex testamento, vel sine testamento; & reperiatur ipsũ ea bona alienasse, vel possedisse, p̃ testes, vel instrumenta alienationis, vel possessionis, & hoc liquidũ fuerit; potestas teneat cõpellere ipsũ satisfacere creditoribus hæreditarijs, tanq̃ si nõ abstinuisset, vel non repudiasset, ét si ne beneficio inuentarij; & hoc locum habeat in p̃tibus, præteritis, & futuris. Et si quis adiuerit, vel adibit hæreditatẽ alicuius, tanq̃ hęres cum beneficio inuentarij, teneatur respondere creditoribus, sicut tenebatur defunct⁹ dũ viuebat, eo saluo, q̃ si ipse fuerit creditor hæreditatis, ei reseruentur oia iura vt alijs creditoribus seruato ordine iuris; & saluo q̃ nõ teneatur respõdere, nisi quantum patiuntur vires hæreditariæ. Et si aliquis repudiauerit hæreditatem sibi delatam, postea adire non possit, nisi sm formam iuris. Et si quis dixerit se esse hæredem alicui⁹ cum beneficio inuentarij, & dixerit se habere bona hæreditaria in solutum occasione iuris pertinẽtis ad ipsum; potestas, & eius iudices, & alij officiales cõis teneantur ad postulationẽ creditoris, de ipsis bonis per diligentes, & idoneos viros qui habeãt notitiã rerum, non obstante æstimatione, vel datione in solutum hæredibus prædictis, etiam in solutum dare superfluum creditoribus, & non obstante aliqua alienatione facta ab hæredibus prædictis de bonis prædictis.

De trebellianica propter ommissionem inuentarij non perdenda.

AD quædam dubia extirpanda sæpè occurrentia, & ex quib⁹ si nõ auferentur litigantibus dispendia inferentur, ad tollendum dubia glosarum; & doctorum iuris ciuilis, & canonici; statutum, & declaratum est, q̃ per ommissionem confectionis inuentarij trebellianica non perdatur, aliquo iure in contrarium non obstante.

De forma inuentarij per hæredem conficiendi.

CVm sæpè contingat hæredes defunctor⁹ volẽtes vti beneficio legali, q̃ dat hęredib⁹ cõficientib⁹ inuentariũ, & ne vltra vires hęreditarias teneant, in ipsi⁹ cõfectione, nõ dolo, sed poti⁹ ignorãtia in ipsũ conficiendo iuris solẽnitates ommittere; statutũ, decisũ, & ordinatũ est, q̃ sufficiat dictũ inuentariũ fieri in p̃ntia triũ testiũ bonæ opinionis, & famę hæredẽ cognoscentiũ, & in instrumento inuentarij asserentiũ ipsũ hęredẽ cogno-

cognoscere, & in eius confectione adsint duo notarij, quor⁹ vnus scribat; & conficiat instrumentum, & alius se subscribat, seu rogatus sit se eidem inuentario pro secundo notario subscribere; & in eius confectione, seu ad ipsius confectionem sufficiat in genere citari creditores, & legatarios ad videndum confici inuentarium, quæ citatio fieri debeat per tubatorem vnum communis, sono tubæ præmisso publicè, & alta voce ad scalas vtriusq; palatij, & sub palatio veteri communis Parmæ, & ad domum solitæ habitationis defuncti, si fuerit habitator in ciuitate Parmæ; & si non fuerit habitator ciuitatis Parmæ, sufficiat super scalis, & sub palatio vt supra, qd inuentarium sic factum valeat, & teneat, & pro solemne, & legitimo habeatur; dummodo factum sit per persõnam habilem infra tres menses incipiendos ab adita hæreditate.

De melioramento monetæ non petendo nisi in dotibus.

CVm expediat vtilitati communi hominum ciuitatis, & episcopat Parmæ, contentiones, & discordias, quæ inter ipsos ex cõtractu aliquo oriri possent radicitus extirpare, maximè in his casibus in quibus ipsi homines si suum recipiant, debent esse contenti absq; incommodo debitorum, caritatem tantum in se ipsis habẽtes secundum Apostolũ. Statutum, & ordinatum est, q̃ de quibuscunq;, & pro quibuscunq; cõtractibus siue emptionum, & venditionum, siue mutui, siue societatis, siue depositi, seu aliorum quorumcunq; contractuum, ex quibus, vel eorũ aliquo aliqua obligatio, vel actio oriatur, aliquis de ciuitate, vel epatu Parmę non possit, nec debeat modo aliquo petere, vel habere ab aliquo de ciuitate, vel epatu Parmæ aliquid pro melioramento alicuius monetæ, seu denario⁹, quos sibi deberi quis dicat ex aliquibus de contractibus antedictis, vel alijs quibuscunq;; sed potius tales persõnæ quæ aliquid ab aliquo petere intendunt ex quocunq; contractu, sint, & esse debeant cũ effectu tacitę, & cõtentæ petere, exigere, & habere illud solummodò de quibus in instrumentis, seu in alijs probationibus ordinatis pro cõtractibus suprascriptis, vel alijs quibuscunq; fit mentio, absq; melioramento aliquo monetæ cuiusquam, in pœna, & sub pœna libr. xxv. Parmeñ. soluenda per eos qui cõtrafecerint cõi Parmæ; & hæc oĩa, & singula suprascripta teneantur obseruare p̃cisè potestas ciuitatis Parmæ, suiq; iudices, & aduogadri cõis, & cęteri officiales dicti cõis Parmæ sine tenore sub pœna p̃dicta, non obstantib⁹ aliquibus statutis, reformationibus, consuetudinibus dictæ ciuitatis Parmæ, aut pactis, & conuentionibus quibuslibet inter prædictos contrahendis factis, in contrarium facientibus ad prædicta; & hæc omnia, & singula locum habeant, & seruẽtur in totum, in omnibus, & singulis suprascriptis contractibus, & alijs quibuscunq;, tam pro temporibus præteritis, præsentibus, quam futuris; exceptis instrumentis dotalibus.

De modo ſcribendi nomina omnium iudicum in matricula in principio, vel in fine ſtatutorum.

NOmina iudicũ qui ſunt,& erũt p tpa,in matricula iudicũ ſcribant & ſcripta ſint in principio ſtatutorꝝ cóis,vel in fine p notariũ eligẽdũ p collegiũ iudicũ,aut notariorꝝ reformationũ cóis Parmæ infra quindecĩ dies mẽſis Ianuarij quolibet anno;& qui nõ erit ſcriptꝰ ĩ libro ſtatutorꝝ cóis,nõ intelligat eſſe ſcriptꝰ ĩ collegio iudicũ;nec poſſint aliqui poni in matricula iudicũ,niſi infra quindecĩ dies mẽſis Ianuarij, nec aliquis qui nõ ſit verè ciuis Parmę,nec aliquis nõ ſuppoſitus iuriſdictioni Parmę; & ſi aliquis q nõ eſſet verè ciuis Parmę, vel nõ ſuppoſitus iuriſdictioni cóis Parmæ ſcriptus inueniet,debeat cacellari;& aliquis nõ poſſit vocari ad cõſulendum ſuper aliqua quæſtione,niſi fuerit ſcriptꝰ in matricula iudicũ.

De taxationibus,& ſolutionibus notariorum.

SVper taxationibus,& ſalarijs notariorꝝ ita ſtatutũ eſt pro euidenti vtilitate oĩum perſonarꝝ,& ẽt notariorꝝ,q oẽs,& ſinguli notarij,ſiue officiales,ſiue alij quicunq; fuerint,tam de ſcripturis,q̃ de ſententijs,& inſtrumentis,& omnibus alijs, & ſingulis quibuſcunq; ſpectantibus ad artẽ,& officia eorꝝ,in quacunq; cauſa,lite,& q̃ſtione ciuili,& criminali,& quolibet alio actu,& inſtrumẽto,& teſtiũ,& aliorꝝ oĩum,ſiue de auẽticis, ſiue de exemplo,ſiue de ſcribendo in libris, vel extrahendis, vel explendis in quocunq; officio,ſiue ordinario,ſiue extraordinario,vel alio quolibet, ſiue in iudicio,ſiue extra,licitè poſſit pcipere,& habere a pſonis quarꝝ inſtrumenta,& ſcripturæ,acta,& ſentẽtiæ fuerint,in oĩbus,& p oĩbus tantũ, q̃tum p oĩbus,& ſingulis notarijs,officialibus,& inſtrumẽtis p quolibet, & in quolibet actu,articulo,dictũ,taxatũ,& terminatũ eſt, vel fuerit in taxationibus collegij notariorꝝ ciuitatis Parmæ,& p ipſas taxationes, & determinationes, & nõ plus,& tm̃ oẽs pſonę ipſis notarijs ſoluere teneant;niſi vbi in ſtatuto cõis,vel aliter cõtineat;& ipſi notarij ipſis taxationibꝰ taciti eſſe debeãt,& cõtenti;& ad plꝰ eis ſoluendũ teneant non cõpellere aliquẽ; ſed ad oĩa,& ſingula teneantur,quę per ipſas taxationes ſcriptas in ſtatutis collegij notariorꝝ cõtinet;& ſi quæſtiones orirent inter aliquos notarios, & alias pſonas ſup dictis ſolutionibus,ſeu aliqua ipſarꝝ,ſit,& eſſe debeat cognitio,& determinatio ipſarꝝ quæſtionum in.d.p̃conſulem, vel maſſariũ, & conſules dicti collegij,ſm̃ q; in dictis taxationibus dicti collegij continetur;& p ipſa,& ipſas ſtatutum,& determinatũ eſt,dũmodo dictæ taxationes non fuerintreprobatæ in examinatione quæ fieri debet annuatim de ſtatutis oĩum artium , & collegiorꝝ per vicarium D.poteſtatis cum certis ſapientibus ſm̃ formam ſtatuti inde loquentis;& prędicta non habeant locum in notarijs officiorum quæ venduntur,vel locantur pro communi.

Qua-

Qualiter notarij debeant imbreuiare,& explere inſtrumenta.

OMnes notarij ciuitatis,& epiſcopatus Parmæ cogantur omnia inſtrumenta quæ notauerint in ſedis,imbreuiare, & ſcribere anteq̃ celebrentur contractus,vel inſtrumẽta in p̃ſentia partium,& legere partibus;& ſic ipſis inſtrumẽtis notatis poſtea imbreuiare in quaternis, quibꝰ ĩbreuiatis teneant ipſa explere,& dare partibus infra tres dies ex quo ſolutio ſibi facta fuerit,niſi remanſerit iuſto impedimento pſonę notarij, vel parabola ipſius ad quem ſpectabunt talia inſtrumenta, vel cauſa obliuionis;& teneantur notarij in principio breuiarij quolibet anno ſcribere, qualiter illud breuiarium eſt ſuum,ponendo nomen,& pronomen,& ſignum ſuum,& annum,ſiue milleſimũ,& indictionem tũc currentẽ; & in ipſo breuiario apud quodlibet inſtrumentũ ſcribere ſi eſt ſibi ſolutum de inſtrumento,vel non,& quantũ;& tã in breuiario, q̃ in cartis expletis ponat milleſimus,indictio,& quantitas dierum menſis,& pecuniæ,vel illius rei de quo fuerit inſtrumentũ p conſequentiã litterarꝝ,& nõ per litteras ſolas ſignificantes certum numerum;& notarius qui aptabit aliquas ſcripturas,vel inſtrumenta,ponat nomen,& pronomen ſuum,& vnde ſit.

Quòd liceat notarijs poſſe explere inſtrumenta, & acta per alios notarios imbreuiata, de ipſius imbreuiantis voluntate.

QVilibet notarius poſſit explere,& in publicam formam redigere, & reducere inſtrumenta imbreuiata per alium notarium,& explere acta per alios notarios rogata,de volũtate eius notarij qui ea imbreuiauerit,& rogauerit facta auſcultatione,& ſubſcriptione per illum notarium qui ea expleuerit,& compleuerit, & ſubſcriptione illius notarij qui ea imbreuiauerit,& rogauerit,& ſint inſtrumenta eiuſdem valoris,& auctoritatis,quemadmodum eſſent imbreuiata & reducta, ſeu redacta in publicam formam per vnum & eundem notarium.

De notarijs compellendis facere inſtrumenta denuntiationum, & proteſtationum,ac appellationum.

POteſtas,& eius officiales teneantur cogere quẽlibet notarium in pœna ſoldorum viginti applicanda denuntianti,& proteſtari,ac appelare volenti,facere omnes cartas cuiuſlibet denuntiationis,proteſtationis,& appellationis ad poſtulationem cuiuſlibet perſonæ denunciare,vel proteſtari,ac appellare volentis aliquid, ſuper aliquo negocio, vel euentu poteſtati,vel alicui de ſua familia, vel alicui alij officiali tam Illuſtriſs.D.noſtri,quam communis Parmæ,vel alicui alij perſonæ,vel ab eis, vel aliquo ipſorum,ad voluntatem eius qui ipſam denuntiationem,preſtationem,& appellationem facere voluerit.

Qualiter liceat omnibus quaslibet denuntiationes, protestationes, & appellationes facere D. Potestati, & cæteris officialibus Parmæ, & alijs personis, & de notarijs dicta instrumenta facere compellendis.

LIcitum sit cuilibet denũtiare, & ꝓtestari ptãti, & singulis eiꝰ iudicibꝰ, socijs, & officialibus, & cuilibet alij officiali tã Illustriss. D. nñi, q̃ cõis Parmæ, ꝙ obseruare debeat statuta, & ordinaméta, & reformationes consilioꝝ cõis, & populi Parmæ, & ab eis, & quolibet eoꝝ, & a sentẽtijs, & grauaminibus, & oĩbus actibus eoꝝ appellare sm̃ formã statutoꝝ cõis Parmæ, & aliã quãlibet denuntiationẽ, & protestationẽ, quãcunq; causã continentẽ facere sine pœna; & quilibet notarius possit impunè facere cartam de hoc, ita ꝙ nec denuntiator, protestator, vel appellator, nec notarius qui fecerit cartã, grauet, & grauari possit, vel debeat per potestatẽ, vel aliquẽ de eius familia, vel aliquẽ officialẽ cõis, vel aliquẽ alium; & si potestas, vel aliquis de sua familia, vel aliquis alius officialis vt supra aliquem contra formã huius capituli grauaret; amittat potestas, & quilibet alius officialis Illustriss. D. nostri ipso iure de suo sãlario libr. cẽtum Parmeñ. & vlterius postq̃ denuntiatum fuerit eis, vel alicui eorum aliquid esse faciendum ꝓ statutũ, vel reformationes consilij, illud adimplere teneatur sub banno prædicto. Saluo, ꝙ notarius qui rogatus fuerit facere cartam dictæ denuntiationis, protestationis, & appellationis singula singulis congruè referendo, debeat dare illi cui denuntiatio, protestatio, & appellatio facta fuerit, denuntiationis, protestationis, & appellationis copiam si eam voluerit.

De modo tenendo per notarium exemplantem aliquod statutum in aliqua causa, seu negocio producendum.

QVilibet notarius qui exemplabit aliquod statutum producendum super aliqua quæstione, vel negocio, teneatur sacramento in attestatione sua quam fecerit, super ipso dicere, & testificari de quo libro statutorum communis illud exemplauerit; videlicet, primo, vel secũdo, vel tertio, quarto, vel quinto statutorum communis.

De modo obseruando in quibuscunq; donationibus tam inter viuos, quam causa mortis.

IN omnibꝰ, & singulis donationibus quæ amodò fient tam inter viuos, quam causa mortis, duo notarij debeant interesse, vnꝰ quorum scribat instrumentum, alter verò se subscribat; & infra decem dies si factum fuerit in ciuitate, & intra quĩdecim dies si factum fuerit in episcopatu, vel districtu Parmæ donatariꝰ debeat comparere coram vno ex notarijs reformationum, qui pro tpe fuerit, & faciat scribi instrumentũ donationis ꝑdictæ;

ctæ; ita tñ ꝙ semꝑ transcribat̃ instrumentũ donationis ꝑ ipsum notariũ, coram quo fiet insinuatio donationis vt supra continet̃; & postea a donatore sciat̃ si dictus cõtractꝰ est verꝰ, & scribatur sm̃ quod dixerit; si verò donator dixerit illã donationẽ non esse verã, tunc inter ipsos dispute̅ illa q̃stio, & finiat̃ de iure, & inquirat̃ donator ad petitionẽ donatarij; & si fuerit cõtrafactum in aliquo talis contractus, siue donatio nullius sit momenti.

Et prædicta locum habeant in donationibus quæ fiunt inter subditos iurisdictionis cõis Parmæ, vel inter vnum subditum, & aliũ non subditũ, ꝑdicta tamen locum nõ habeant in liberationibus, nec pactis liberatorijs.

Et ꝑdicta oĩa, & singula in præsenti capitulo donationum contenta, & expressa, sint præcisa, & præcisè debeant inuiolabiliter obseruari.

Et etiam intelligatur prædictas solemnitates fuisse obseruatas, si donãs, & donatarius, vel eorum legitimi procuratores habentes ad hoc speciale mandatum, post donationem infra dictos terminos congruè referendo, dixerint coram vno ex notarijs reformationum cõis Parmæ, donationem fuisse, & esse veram ad banchum reformationum, vel alibi.

De modo obseruando in testamentis, & codicillis, & alijs quibuscunq; instrumentis.

DEcætero duo notarij debeant esse in testamentis, & codicillis, & alijs quibuscunq; instrumentis quæ fient in ciuitate, & episcopatu Parmæ, alter quorum scribat testamentum, & alter se subscribat, vel sit rogatus se subscribere; & si aliter factum fuerit, non valeat illud testamentum, seu codicillus; & hoc capitulum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari.

Qualiter, & quando credatur instrumento de quo fiat mentio de concessione facta notario de breuiarijs alicuius.

CVilibet publico instrumento extracto de breuiarijs alicuius per quoscunq; notarios, in quo instrumento notarius fecerit mentionem de concessione sibi facta de prædictis breuiarijs in consilio generali, vel per præconsulem notariorum, quantumcunq; non fecerit mentionem de notario qui fecit instrumentum dict̃ę concessionis, nec de milleſimo, indictione, & die ipsius concessionis, debeat adhiberi fides, quẽ admodum si de ipsa concessione appareret publicum instrumentum; & hoc habeat locum si ille qui expleuit dictum instrumentum, iam sit defunctus, vel tam longè absens, ꝙ ad eum commodè recursus haberi non possit; si verò ille notarius sit præsens, vel ad eum recursus haberi possit, non credatur de dicta concessione sibi facta, nisi de ipsa si petatur, publicum instrumentum exhibeatur.

Quòd potestas teneatur, & debeat obseruare statuta, & ordinamenta notariorum.

POtestas, & alius quilibet officialis, & iusdicens ciuitatis Parmę teneatur, & debeat sacramẽto ꝑciso obseruare, & facere obseruari ab oĩb⁹, statuta, & ordinamenta collegij notariorꝫ; & exigere, & exigi facere oẽs condẽnationes factas, & q̃ fient ꝑ dn̄os ꝑconsules ipsius collegij, q̃ núc sunt, vel ꝓ tpe fuerint sub pœna libr. centũ Parmeñ. pro quolibet, & quali bet vice applicañ. cõi Parmę pro parte dimidia; & pro alia dimidia ipsi collegio, de qua debeat syndicari tpe sui syndicatus; eo saluo, & excepto, ꝙ cũ in primo capitulo ipsorꝫ statutorꝫ contineatur, ꝙ notarij debeãt imbreuiare instrumenta quæ rogauerint in cartis membranis, siue abrasis, siue non abrasis, liceat, & licitum sit per hoc pn̄s statutũ ipsis notarijs ẽt imbreuiare ipsa instrumenta in cartis bambacinis, siue de papyro; & quantum in hoc per præsens statutum ipsi capitulo derogatum sit; cæteris in dictis statutis, & ordinibus contentis remanentibus firmis, & intactis.

De notarijs qui fecerint aliqua instrumenta ad commune Parmæ pertinẽtia, ipsa dare, & manifestare compellendis.

QVilibet notarius ciuitatis, & ep̃atus Parmę, vel aliunde qui fecerit, vel sciuerit aliqd̃ instrumentũ ꝓtinens ad cõe Parmæ, vel aliquas scripturas ꝓtinentes ad cõe Parmæ de aliquo legato, vel de aliqua re, aliqua occasione, vel iure, quibus cõe Parmæ possit aliquid conseq̃ vtilitatis, teneaꝫ infra mensem postq̃ fecerit, aut sciuerit manifestare D. potestati, & suis iudicibus; & facere, & cõpellere reddere, & assignare D. potestati, si illa fecerit, aut manifestare illũ qui fecerit; & D. potestas teneaꝫ ꝑci sè, & quilibet ex iudicibus suis procedere, exigere, & in cõi conuertere modis oĩbus quibus melius poterit, ac facere cridari singulis tribus mensibus sui regiminis ꝑ ciuitatẽ, & burgos prædicta publicè, & minutim; & qui cõtrafecerit, & non manifestauerit soluat nomine pœnæ decẽ libr. Parmeñ. quas D. potestas auferre teneatur; & quilibet possit accusare, & denũciare, & habeat medietatem banni. Saluo, ꝙ notarij quibus testamenta, vel alia instrumenta imponerentur tenenda secreta, ad prædicta non teneantur, donec prædicta non fuerint de iure in publicum deducenda.

Quòd potestas teneatur instare cum D. episcopo, quòd notarius qui fecerit aliqua instrumenta pertinentia ad commune, ea non assignans, excommunicetur.

POtestas teneatur infra duos menses sui regiminis quolibet anno instare cũ D. episcopo, aut eius vicario, ꝙ per oẽs ecclesias ciuitatis, & ep̃atus Parmæ, fiat ex parte sua amonitio generalis, ꝙ quilibet qui habe-

haberet, vel habet, vel scit aliquod instrumentum in quo aliquid debeatur cõi, illud debeat assignare, & manifestare D. potestati infra terminum in amonitione contentum, & sub pœna excõicationis; alioquin fiat sententia excõicationis contra inobedientes; & ꝑdicta oĩa, & singula fiant decẽtero ẽt contra testes qui fuerunt ad aliqua testamenta, in quibus cõi relinquere tur aliquid, vt ipsi testes manifestent D. potestati infra mensem; & ꝑdicta fiant modo prædicto, vt animæ hoĩum ciuitatis, & ep̃atus Parmæ non remaneant illaqueatæ peccatis. Saluo, ꝙ notarij, & testes quibus testamẽta, vel aliqua instrumenta essent imposita tenenda secreta, ad prædicta non teneantur, donec ipsa secundum tempora de iure venerint publicanda.

Qualiter D. potestas teneatur satisfacere fieri notarijs, qui præsentauerint aliqua instrumenta ad commune pertinentia.

POtestas teneaꝫ facere satisfieri cuilibet notario repræsentanti, & assignanti aliqd̃ instrumentũ ꝓtinens ad cõe, seu aliquas scripturas pertinentes ad cõe de labore suo, ad minus vsq̃; in quantitate decẽ soldorꝫ Parmeñ. & plus sĩm ꝙ exigerit labor notarij prædicti, & qualitas, & conditio instrumenti, vel scripturarum de quibus supra fit mentio.

Quòd D. potestas Parmæ teneatur primo mense sui regiminis publicè facere præconizari, quòd omnes habentes iura pertinentia ad cõe Parmæ ea debeant præsentare.

POtestas primo mense sui regiminis teneaꝫ publicè facere ꝑconizari, ꝙ singuli hñtes aliqua instrumenta, seu iura ad cõe Parmæ ꝓtinentia, cõparere debeãt corã ipso ad terminũ deputatũ ꝑ ipsum sub pœna eius arbitrio auferenda; & de dicto mense teneatur, & debeat facere registrari oĩa instrumenta feudorꝫ, & alia pertinentia ad cõe Parmæ ad camerам Massarij cõis; & de prædictis fieri debeat vnus liber, qui remaneat, & remanere debeat penès rationatores dicti communis, & sit præcisum.

De forma registri adempta, & de ordinibus, & formis ipsius sublatis, & validitate instrumentorum non registratorum.

STatutum, & ordinatum est, ꝙ oĩa, & singula instrumenta contractus, vel quasi contractus, distractus, vel quasi, quæ hactenus celebrata fuerunt, & quæ decætero celebrabuntur, siue sint registrata, siue non, valeant, & teneant in oĩbus suis partibus, & capitulis; & tam in iudicio, q̃ extra, quantuncunq; denunciata, & registrata nõ sint aliqualiter; & in oĩbus, & per oĩa prout ac si registrata, & denunciata forent, sĩm ordines, & pacta dicti registri, non obstantibus aliquibus ipsis ordinibus, & statutis dicti registri superindè ordinatis, quibus derogatum sit, & derogatum esse intelligatur ipso iure, & facto per præsens statutum. Et ꝙ decætero aliqua instrumenta

menta vigore dictorum ſtatutorum,& ordinum regiſtri aliqualiter non debeant regiſtrari,& hoc capitulum ſit præciſum, & præcisè debeat obſeruari,& prædicta in hoc capitulo contenta valeant, & locum habeant in omnibus inſtrumentis præteritis,præſentibus,& futuris. Saluo q̃ non habeant locum in donationibus quæ fiunt,ſed regiſtrentur ſecundum ordinem,& formam ſtatutorum inde loquentium.

De ordine ſeruando per notarios.

QVilibet notarius ciuitatis, diſtrictus,& ep̃atus Parmæ ſuppoſitus, vel non ſuppoſitus iuriſdictioni communis Parmæ, & etiam foré ſis ſuppoſitus,vel non ſuppoſitus iuriſdictioni prædictæ, qui decætero tradet,vel rogabit aliqua inſtrumenta,ſeu cartas,vel aliquos cõtractus,vel quaſi contractus,ſeu diſtractus,teſtamenta,codicillos,vel vltimas voluntates,teneantur,& debeant ſcribere primo in prothocollo, ſeu cædula ſaltim ſubſtantiam facti,& principia clauſularum neceſſariarum; & hoc antequam legat, tradat, & ſtipuletur ipſum, uel cartam;nec liceat dicto notario aliquid addere primę cędulę ſeu prothocollo prędicto; nec breuiaturæ,ſeu expleturæ dictarum cartarum,ſeu inſtrumentorum,quòd non ſit de natura ipſorum;niſi de hoc expreſsè fecerit mentionem in cędula,ſeu prothocollo prædictis,ſaltim in ſubſtantia, & in effectu; & maxime teneatur in prima ſcriptura,ſeu prothocollo extendere pacta, & conuentiones ſaltim in ſubſtantia, & effectu.Et poſtea rogatis,traditis,vel lectis dictis inſtrumentis,cartis de conſenſu partium,vel partis, vbi inſtrumentũ, vel carta poſſit fieri de conſenſu vnius partis tantum,teneatur dictus notarius ipſa inſtrumenta,& cartas breuiare in cartis membranis, ſiue abraſis, ſiue non abraſis;& ponere,ſeu poni facere vnum inſtrumentũ poſt aliud, ita continuatiuè q̃ inter vnum inſtrumentum,& aliud non poſſit fieri aliquid malignitatis,& hoc intra dies triginta poſt breuiata ipſa inſtrumẽta; & poſtquam ipſa rogauerit,niſi remanſerit iuſto impedimento notarij.Et teneatur,& debeat quilibet notarius in principio breuiarij cuiuſlibet anni ſcribere,qualiter illud breuiarium eſt ſuum;ponendo nomen, & p̃nomẽ, & ſignum ſuum,& annum,& milleſimum, & indictionem tunc currentes,& menſem,& diem apud quodlibet inſtrumentum extenſum;& ſi eſt ſibi ſolutum de dicto inſtrumento,vel non,& quantum eſt ſibi ſolutum; & hoc tam in breuiarijs,q̃ in cartis expletis,& finitis, in quibus ſcribantur extenſa,& extenſæ,& non per litteras denotantes quantitatem,vel numerum,milleſimum,indictionem,quantitatem dierum certi menſis,& quãtitatis pecuniæ,& quantitatis menſuræ, de & in quibus fieret inſtrumentum,vel carta.Et notarius qui atteſtabitur aliqua inſtrumenta,vel ſcripturas publicas,vel nomen ſuum ſubſcribat,ponat nomen, & p̃nomen ſuũ, & nomen patris,& ſi eſt ciuis diſtrictualis Parmẽſis,vel forenſis, & in qua ciuitate,

ciuitate,vicinia,vel villa habitat; & quilibet notarius qui contrafecerit, vel ommiſſerit,incurrat ipſo facto pœnam librarum decem imperialium qualibet vice qua contrafecerit, vel ommiſſerit,applicañ. pro tertia parte collegio nouo notariorum Parmæ,& pro alia tertia parte cõi Parmę,& p alia tertia parte accuſanti,vel denuntianti. Liceat tamen cuilibet notario qui dicta inſtrumenta,& cartas tradet,vel rogabit,petere,conſequi,& habere ſolutionem expenſæ,cartæ,membranæ in qua breuiauerit,ſeu breuiare debuerit inſtrumenta,& cartas prædictas,& carta ſuper qua inſtrumenta,& cartas expleuerit,& explere debuerit,& medietatem eius q̃ ex forma taxationum habere debuerit ex ipſis inſtrumentis,& carta, ſi eſſent expleta,ſtatim cum ipſa inſtrumenta fuerint rogata;& poſtea cum ipſa breuiauerit,oſtenſo breuiario prædicto poſſit conſequi,& habere integram ſolutionem mercedis eius dicti inſtrumenti,vel cartæ;tanquam ſi expleuiſſet, vel finiſſet a parte,ſeu partibus,cui,ſeu quibus ſpectabunt inſtrumẽta prędicta nominata,ſeu nominatis in dictis inſtrumentis,vel cartis. Hoc ſemper ſaluo,q̃ ſi dicta pars,ſeu partes depoſuerint denarios pro expẽſis dictarum cartarum,& mercedis,nunquam currant,nec dentur notario, donec breuiauerit,expleuerit,& finiuerit ipſa inſtrumenta,& cartas,& ipſa,& ipſas,ſic expleta,& finita,& expletas,& finitas dederit,vel dare obtulerit parti,ſeu partibus,cui,ſeu quibus ſpectabunt. Poſſint etiam per notarios prædictos abbreuiari,& extendi prothocolla in libro compoſito de cartis bõbicinis,ſicut in cartis membranis ſeruatis omnibus ſupraſcriptis;& ſi prædicta non fuerint obſeruata,dictis inſtrumentis non adhibeatur fides, & ſint nulla;ſaluis,& illæſis pœnis ſupradictis.

De vaſſallis communis Parmæ recuperandis.

NVllus vaſſallus communis Parmæ poſſit ſine voluntate cõſilij generalis aliquam poſſeſſionem,vel rem ſibi datam in feudum a cõi Parmæ trãsferre aliquo titulo,vel modo in aliquã aliam perſonã; & omnes vaſſalli cõis Parmæ inueniantur,& ſcribantur nomina ipſorum in libris cõis Parmæ,ponendis ad eccleſiolam cõis Parmæ, & omni quoquomodo requiratur, compellãtur renouare fidelitatem cõi Parmę;& teneatur D.poteſtas omnes terras,vaſſallos,& conditiones aliquo tempore acquiſitas,& emptas pro cõi Parmæ per inſtrumenta,vel alio modo recuperare; & ſi aliquis vaſſallus cõis Parmæ fecit, vel fecerit datum, ſiue alienationem in aliquo de conſortibus ſuis,& feudo, quod habeat a communi Parmæ,tale datum,& alienatio valeat,teneat,& firma ſit;& teneatur, & debeat D.poteſtas,& commune Parmæ ipſum datum,& alienationem defendere,& manutenere;dum tamen emptor,ſeu conductor ipſum feudum a communi Parmæ recognoſcat,nullo,vel prohibitione obſtante in contrarium.

De

De litibus inter Dominum, & vassallum fiendis coram potestate.

SI contentio fuerit inter dominum, & vassallum de feudo, vel de alio, & dominus, & vassallus, & feudum sint de Parma, vel de Parmesana; litigium prædictum debeat fieri in ciuitate Parmæ coram D. potestate Parmæ, vel alio ex iudicibus suis.

De vendentibus communi Parmæ rem feudalem.

SI per commune Parmæ empta est, vel decætero emetur aliqua dom⁹, vel caxamentum, vel terra; & illa domus, caxamentum, vel terra reperiretur esse feudum, ille qui ipsum feudum vendiderit, teneatur, & debeat assignare in loco dicti feudi venditi tantum, quantum valebat dictum venditum in domo, vel terra infra annum ex quo fuerit sibi denuntiatum.

De assignationibus feudorum a vassallis suis dominis fiendis.

SI dominus denuntiationem fecerit vassallo de feudo non permutando, sed assignando sibi coram tribus testibus bonæ opinionis, & famę ad minus, tabellione ibi præsente qui de dicta denuntiatione instrumentum fecerit; nec aliter possit probare dominus prædictam denuntiationem, nisi per instrumentum inde factum vt dictum est; teneatur, & debeat vassallus infra quattuor menses ex quo ab eo fuerit requisitus assignare, ꝙ si non fecerit vassallus cadat iure suo, & dominus possit feudum vendicare, si maior fuerit vassallus xxv. annis; & si vassallus iurauerit infra quattuor menses, vel post se nescire feudum, propter hoc non amittat; dum tamen feudum non alienauerit.

Quòd omnia instrumenta vassallatica facta a certo tempore citra sint nulla, & de pœna imposita contra recipientes vassallos, & contra eos qui efficerentur vassalli.

AD conseruandum bonum statum cõis Parmæ, & libertatẽ hoĩum ciuitatis, ep̃atus, & districtus Parmæ. Statutum, & ordinatum est, ꝙ quilibet teneatur, & debeat sacramento præciso non recipere, nec recipi facere per se, vel alium aliquo modo, vel ingenio, qui dici, vel excogitari possit, aliquem ciuem, vel districtualem, seu rusticum ciuitatis, & ep̃atus Parmæ, aut qui vtatur priuilegio ciuium, vel aliquã vniuersitatem alicuius loci ep̃atus Parmæ, in totũ, vel in partẽ, in vassallum, seu vassallos; vel aliquem contractũ facere in fraudẽ vassallitici acquirendi; & si contra factum fuerit, ipso iure nullus sit contractus, & pro nullo habendus, & renendus; & qui acquisiuerit, vel præsumpserit acquirere aliquem vassallũ, seu in fraudem vt superius dictum est, soluat pro pœna, & banno pro quolibet,

libet, & qualibet vice centũ libr. Parmeñ. & vassallus quinquaginta libr. Parmeñ. si hoc fecerit, & in fraudẽ vassallatici se obligauerit; & ꝙ receptũ, datum, seu assignatũ, seu quod promissum fuerit, debeat deuenire in cõe, & in cõi publicare; & notarius qui ex inde fecerit instrumentũ, soluat pro banno, & pœna quinquaginta libr. Parmeñ. sine remissione; & cassetur, & cassatus sit ipso iure ab oĩ officio cõis Parmæ ordinario, vel extraordinario vsq; ad decem annos; & testes qui interfuerint p̃dictis, si hoc non manifestauerint D. potestati, & cõi Parmę infra decem dies postquã commissum fuerit, soluat quilibet sine remissione decem libr. Parmeñ. ꝑ qualibet vice; & quilibet qui tractauerit, siue fuerit mediator ꝑ his tractandis, & adimplendis, soluat pro banno, & pœna pro qualibet vice xxv. libr. Parmeñ. & quilibet possit accusare contrafacientes, & habeat medietatem bãni, & teneatur secretus. Et D. potestas teneatur, & debeat hoc capitulum obseruare præcisè, & sine tenore in totum facere obseruari, & pœnas, & banna infra quindecim dies postq̃ ei liquidum fuerit exigere, & auferre sine remissione; & si contrafecerit, & prædicta oĩa non obseruauerit, ammittat de suo feudo, vel sãlario ducentum libr. Parmeñ. sine remissione pro qualibet vice; & syndicatores teneantur, & debeant eum syndicare, & dictum bannũ sibi auferre; & de & pro hoc capitulo non possit, nec debeat D. potestas nõ acquirere, nec recipere, nec acquiri, nec recipi facere per se, vel alium absolutionem a D. Papa, nec ab aliquo suo vicario, seu legato, nec ab aliqua cõcione, seu arengho; & istud capitulum teneatur, & debeat D. potestas facere legi in consilio generali, vel concione, seu arengho post introitum sui regiminis infra quindecim dies. Et præsens capitulum habeat locum ab initio guerræ citra, quam habuit commune Parmæ cum D. Federico Imperatore, quæ guerra incepit in millesimo ducentesimo quadragesimoseptimo de mense Iulij dicti anni, & omnes contractus, & omnia instrumenta vassallorum, seruorum, & hominum de masinata, seu manentium, facta, & acquisita ab initio dictæ guerræ citra a quibuscunque personis, excepto q̃ a communi Parmæ; & omnia iura pertinentia ex ipsis instrumentis, & contractibus, seu aliquo ipsorum sint vana, cassa, & irrita; & pro vanis, cassis, & nullis, & irritis debeant perpetuò in iudicio, vet extra iudiciũ ab omnibus obseruari haberi, & reputari, & pœna immineat arbitrio potestatis eiusq; iudicum, & qui in iudicio, vel extra contenderet, diceret, vel allegaret aliquem esse suum vassallum, vel seruum, vel manentem, aut hominé de masinata, qui non reputetur vassallus, vel seruus, vel homo de masinata, seu manens alicuius nobilis potentis, seu magnatis a dicto tempore citra, saluis alijs pœnis, & omnibus alijs contentis in statuto præsenti. Et omnia statuta, reformationes consiliorum, prouisiones, & ordinamenta cõis Parmæ, & decreta, & priuilegia quocunq; tempore facta a dicto tempore de millesimo ducentesimo quadragesimo septimo de mense Iulij citra, in

fauo-

fauorem eorum qui accepissent aliquos in suos vassallos, vel seruos, vel homines de masinata, vel per quæ huiusmodi contractus, vel confessiones decerentur in dictis consilijs, promissionibus, decretis, vel priuilegijs approbata, ratificata, vel approbari, vel ratificari, sint nulla, vana, cassa, irrita, & nullius valoris, efficaciæ, vel momenti.

Item ꝙ nulla confessio, vel assignatio feudi fiat decætero per aliquem alicui de ciuitate, episcopatu, seu districtu Parmæ; nec fiat iuramentum alicui fidelitatis per aliquem, nisi in instrumento confessionis, vel assignationis feudi facta fuerit mentio de instrumento antiquo concepto de dicto feudo, & vassallitico ante tempus prædictum de millesimo ducentesimo quadragesimo septimo de mense Iulij; & specificatum fuerit nomen notarij qui illud fecerit, & scriptus fuerit millesim⁹, indictio, & dies, & vbi appareat ipsum instrumentum antiquum in publicam formam non vitiatum, non corruptum, non suspectum, non cancellatum, neq; abolitum in aliqua parte sui. Et si contrafactum fuerit, intelligatur fieri, & esse factum contra formam huius statuti; & puniantur testes, dñs, & vassallus secundū ꝙ in hoc statuto supra plenius continetur; & aliter facta dicta assignatio, vel confessio feudi non valeat, nec teneat ipso iure, quantumcunq; in ipsa confessione, seu assignatione fiat expressa mentio de instrumento antiquo millesimo, indictione, mense, & die, & notarij nomine.

Item ꝙ D. potestas teneatur, & debeat audire quemlibet dicere volentē se esse vassallum alicuius vi, vel metu, vel aliquo timore a dicto tempore de millesimo ducentesimo quadragesimo septimo de mense Iulij citra; & si inuenerit aliquem factum vassallum, seruum, seu hoīem de masinata alicuius ab inde citra, vsq; ad tempus in quo ciuitas Parmæ redacta fuit sub dñio Illustriss. Principis, ac Magnif. & Excellen. D. D. nostri, teneatur, & debeat eum vassallum, seruum, seu hominē de masinata facere liberari, absq; eo quod ipse vassallus, seruus, vel homo de masinata aliquam pœnam soluat; & hoc obseruetur, & locum habeat in vassallis, seruis, manentib⁹, vel hominibus de masinata, masculis, & fœminabus.

Quòd quis non ascribatur solo.

AB hinc in antea aliqua persona non possit, nec debeat ascribi solo, vel appellari pro manente, vel constringi stare, & habitare in casamento, etiam si habitauerit in casamento, & solo alieno per triginta, vel quadraginta annos.

De mezadris, & quot vicibus terræ debeant arari.

OMnes qui laborant de terris ciuium ciuitatis Parmæ ad medium, tertium, vel quartum, vel aliter, teneantur, & debeant eas arare, videlicet, seminandas de frumento ad minus per quattuor vices congruis

congruis temporibus; & seminandas de spelta tribus vicibus, ita ꝙ vltima aratura sit facta vsq; ad medium mensem Septembris, antequam eas seminent; & teneantur fossata terrarum quæ seminari debent, sgabiare, anteq̄ seminent, & eas sub pœna denariorum trium imperialium pro qualibet pertica fossatorum non sgabiatorum, ꝙ si non fuerit obseruatum, & dominus voluerit ipsos accusare, soluat accusatus pro banno, & pœna xxv. sold. Parmeñ. pro qualibet bobulca terræ applicanda domino prædicto, & emēdet damnum, & de prædictis stetur sacramento domini. Item ipsis seminatis teneantur, & debeant ipsas zapollare, & asulcare tempore congruo, & ripalia terrarum prædictarum vsq; in ripis fossatorum zapare, & frumenta ronchare tempore debito, sub pœna ꝑ qualibet bobulca, & qualibet vice qua non arauerint, vel non zapollauerint, vel non asulcauerint, vel non rōchauerint sold. decem imperialium pro bobulca applicanda vt supra; & de quibus, & quolibet ipsorum stetur sacramento domini vt supra.

Quot vicibus vineæ, legumina, & minuta debeant zapari.

OMnes qui laborabunt, & laborant de vineis, seu pergolis ciuium ad partem, ante maturitatem vuarum teneantur, & debeant eas zapare per duas vices temporibus congruis; primam videlicet, circa finem mensis Aprilis; vel circa principium mensis Maij, & secundam ante tempus messium; & vlterius teneantur ipsas vineas, & pergolas recalzare, & discalzare tpibus congruis; & si prædicta, & quolibet eorū non obseruauerint, soluat qlibet contrafaciens pro bobulca qualibet vineæ lib. tres Parmeñ. domino vineæ applicandas, & totidem pro singulis xxv. pertis pergularum, salua ratione interesse; & non habeat nisi tertiam partem eius ꝙ ex pacto habere debebat. Et similiter locum habeat in minutis, & leguminibus, qui laboratores zapare debeant his temporibus competentibus, sub dicta pœna applicanda & vt supra. Si verò laborauerint ad storā, siue ad precium, & prædicta omnia non obseruauerint, soluāt domino libr. sex Parmeñ. pro qualibet bobulca vineæ; & nihilominus teneantur ad damnum, & interesse. Hoc addito, ꝙ laboratores, & mezadri laborantes terras in quibus sunt arbores vitatæ, si terræ fuerint in stipula, teneantur vites, & arbores tam putatas, quam non putatas zapare semel in anno tempore congruo; alioquin ex ipsis vitibus nullam percipiant vtilitatem, vel partem vuarum. Eo verò anno quo vltimo desinēt laborare dictas terras, & alio ibunt habitatum, nihil omnino habere debeant, seu possint de aliquibus vuis, frugibus, vel fructibus ipso vltimo anno natis, & existētibus, in & super terris existentibus in stipula, seu in stipulis; & de prædictis omnibus, & singulis credatur sacramento domini, & intelligatur dominus ēt si habuerit causam ab alio.

Qua-

Qualiter mezadri non debeant carezare cum bobus domini, nec communibus, nec laborare in alicuius terris absq; licentia domini.

NVllus mezadrus habens boues, vel vacas communes cum domino, vel tantum boues, & vacas domini debeat carezare, vel victurare cum ipsis bobus, nec in terra alicuius laborare; nisi in terra domini, & mezadriæ domini cuius fuerint boues in totū, vel in partē absq; expressa licentia, & voluntate domini; & si quis contrafecerit, dominꝰ possit petere, consequi, & habere redditum quem habuerit de terra aliena, vel æstimationem precij victuræ, vel carezaturæ; & nihilominus soluat ꝓ bāno pro qualibet vice centum sold. Parmen. applicādos domino prædicto; & hoc vt terræ melius laborentur. Et de prædictis stetur sacramento domini, & quilibet etiam possit accusare, & habeat medietatem dictæ pœnæ.

Quam partem fœni debeant mezadri domini se diuidendo de mezadrijs suorum dominorum dimittere.

SI mezadrus habuerit boues cōes cum dño suo, vel domini sui, vel proprios ipsius mezadri; & contingat ipsum mezadrū discedere de mezadria sui domini, teneatur, & debeat dictus mezadrus permittere, dare, & consignare domino suo medietatē totius fœni, quod ipse mezadrus illo anno habuerit, vel verisimiliter habere potuit a domino, siue de pratis dñi, seu de pratis datis in auxilium, vel acceptis ad fictum per dominum de denarijs dñi, seu per mezadrum de denarijs ipsius domini, vel eius ꝙ verisimiliter habere potuit de denarijs sibi datis per dominum, in & pro auxilio fœni, seu laborandi possessionem, vel terras, vt ipse dominus possit melius locare terram ad laborandum, & eam facere laborari.

Item si contingat dominum locasse aliqua prata ad secandum ad medium, teneatur, & debeat ipse mezadrus vltimo anno dictæ locationis, & sic quo recedet a possessione, dimittere tres partes ex quattuor fœni collecti super dictis pratis, & eas partes consignare domino in eo loco in quo solitus erat consignare dimidium.

Qualiter mezadri, & laboratores terrarum debeant battere totam blauam, & totam paleam dimittere in curia dominorum.

SI quis fuerit mezadrus, vel alius qui laborat aliter de possessione alicuius; & ille mezadrus, vel alius relinquerit mezadriam ante tempus messium, ipse mezadrus, & quilibet alius qui laborauerit de possessione alicuius, compellatur totam blauam quam habuerit super domini possessione, mettere, colligere, & battere in curia domini suis expensis; & illic totam

totam paleam dimittere, & alia stramina ex quibuscunq; leguminibus, & quandocunq;, & quolibet tempore relinqueret mezadriam; ita ꝙ prorsus de dicta palea, seu paleis nihil habeant ipsi mezadri, vel laboratores q fuerint, quando recedent, & mezadriam relinquerint; & si remanserint super mezadria prædicta, dicti mezadri nō possint dictam paleam vendere, nec eam operari nisi in vtilitate mezadriæ prædictæ; & mezadrus non intelligatur habere partem in palea, & hoc sub pœna pro quolibet plaustro paleæ libr. trium Parmen. applicanda domino aliter vendenti, vel operanti, & de prædictis omnibus stetur sacramento domini; & teneatur quilibet mezadrus, & laborator ad petitionem domini terrarum diuidere in paleis segetes, & blaua quæcunq;, quas habuerit super laborerio domini, & conducere ipsas sic diuisas vbicunq; voluerit dominꝰ terrarum, in villa, in qua fuerint nata dicta blada, & ibi battere dicta blada, & partem domini conducere ad domum domini trituratam suis expensis in ciuitate Parmæ; excepta gabella portæ, & partem ipsius mezadri battere super cortili ipsius domini, & dimittere totas paleas ibidem.

Qualiter mezadri teneantur redditus dominorum ducere dominis ad ciuitatem Parmæ, & quo tempore possint relinquere mezadriam.

QVilibet qui laborat de terris ciuium ciuitatis Parmæ ad medium, tertium, vel quartū, cogatur per D. potestatem, & quoslibet alios officiales communis Parmæ, ducere partem domini blauę, & alium redditum ad domū ipsius domini Parmā infra decē dies battuta blaua; & hoc etiam locum habeat in fictis; saluis pactis, & conuentionibꝰ factis circa præsens capitulum cuiuslibet. Et nullus mezadrus, vel laborator terrarum possit repudiare mezadriam, vel alias terras quas laborat ab alio, ꝓ anno futuro nisi de mense Maij, nec de mezadrijs discedere nisi de mense Nouembris; & aliter renuntiatio facta non valeat, & cogatur ad stādum nisi repudiauerit vt supra; & quilibet dominus possit suos mezadros excomiare de mensibus Maij, Iunij, Iulij, & Augusti.

De ordine super battitoribus blauæ.

OMnes, & singuli qui habent in arra blauam alicuius in ciuitate Parmæ, vel extra ciuitatem, teneantur, & debeant bona fide battere dictā blauā quā battere debuerint, & segregare, & excutere granū a paleis, & lucho, & custodire ipsam, & non permittere furtum ex ea fieri p se, vel per alium, & manifestare furtum domino si factum fuerit, quamcitius poterint, sub pœna perdendi totam araturam suam; & vlterius tales aratores committentes contra prædicta, teneantur ad damna, & interesse de quibus credatur sacramento domini.

De aratura non percipienda per mezadros.

STatutum, & ordinatum eſt, ꝙ mezadri, & laboratores terrarum a modo non habeant, nec habere debeant aliquam quãtitatem bladorum ante partem, ſub prætextu alicuius araturæ, ſed dimidiam oĩum bladorum integraliter conſignent domino; & ſi contingeret dominum mittere aliquem aratorem ad recolligendum blada, teneatur mezadrus ipſum aratorem recipere, & ſibi præſtare alimenta cibi, & potus, cui dominus ſatisfacere habeat, ſecundum ꝙ cum eo conuenerit; & ſi nullam expreſſam conuentionem fecerit cum ipſo aratore, poſſit ipſe arator percipere, & habere vnum ſextarium bladi pro quolibet modio bladorum, integro tamẽ remanente dicto modio bladi de bladis domini tantum; & non de portione contingente mezadro.

Qualiter qui reſtipulauerit terram alienam perdat ſemen, & ſeminatam.

SI quis reſtipulauerit terrã alienã inſcio, vel inuito eo cuius ſit dicta terra, ammittat ſemen, & ſeminatam, quod, & quã in ea poſuit, & fiat, & ſit eius cuius terra fuerit, & vltra illud tantũ de ſuo dare debeat ei cuius terra fuerit; & ille, ſeu illi qui arauerint ibi, ſi ſciuerint, ꝙ dicta terra nõ ſit eius, qui eum, vel eos duxerit ad arandum in ipſa, ſoluat ꝑ banno quilibet eorum pro qualibet bobulca xx. ſoldos Parmeñ. ei, cuĩ fuerit dicta terra, vel ad quem pertinuerit ipſa terra; & ꝙ nullus mezadrus, vel laborator poſſit inſcio, vel inuito dicto domino ſecare, ſeu ſecari facere ſtipulam de aliqua terra quã laborat a dño, ſub pœna centum ſold. Parmeñ. dño applicanda pro qualibet bobulca; & nihilominus teneatur ad omne damnum, & intereſſe ipſi domino; & de prædictis ſtetur ſacramento domini.

Qualiter ad petitionem dicentium ſe habere terram in aliqua parte epiſcopatus, & diſtrictus Parmæ, quam non poſſit facere laborare metu alicuius, debeat eis de fructibus reſponderi, & per quos.

SI quis de ciuitate, eꝑatu, vel diſtrictu Parmę fuerit, ſeu ſit volens dicere ſe habere terram in aliqua parte eꝑatus, ſeu diſtrictus Parmę, quam voluerit dicere ſtare ſaldã metu alicuius ꝓſonæ cuiuſcunq; cõditionis fuerit, vel ſe habere timorem laborandi, vel faciendi eã laborari metu alicuius perſonæ, D. poteſtas, & quilibet ex iudicibus ſuis a quo poſtulabitur, teneatur, & debeat ſacramento præciſo illum, vel illos compellere, contra quem, vel quos fuerit obiectum per aliquem, ꝙ metu ſuo terra ſtet ſalda, vel quòd eam dubitet laborare, vel facere laborari; & reddere, & conducere fructus in ciuitate Parmę in quantitate quam terræ cohærentes reddiderint, infra quindecim dies, poſtq̃ fructus ſimiles conducti fuerint Parmã, & ſi ille, vel illi contra quẽ, vel quos obiectum fuerit de prædictis nõ obedierint

dierint præceptis D. poteſtatis, & communis Parmæ, poſſint, & compelli debeant ad prædicta adimplenda homines talis inobedientis, & homines illius villæ, & loci in cuius territorio poſita fuerit talis terra, ſi talis villa habuerit vltra ſeptem focos, & ſi illa villa non habuerit focos in prædicto numero, vel minori; tũc compellantur homines totius plebatus, in quo poſita fuerit talis villa, ſeu terra; & ſi dubitetur ſuper quo plebatu eſſet terra, intelligatur eſſe de illo plebatu cuius plebi eſſet proximior. Et ad omnia dubia remouenda, & ad omnes exceptiones, excuſationes, vel defenſiones, quæ poſſent dici, naſci, & introduci, vel opponi remouẽdas, iuramentum cuiuſlibet volentis vti beneficio huius ſtatuti, ſit plena probatio contra quemlibet plebatum, & contra homines cuiuſlibet villæ, & contra quaſlibet ſingulares perſonas, contra quos, vel quas voluerit poſtulare hoc capitulum executioni mandari; tam de quantitate fructuum, q̃ de omnibus alijs, & ſingulis quæ in hoc capitulo continentur; ita ꝙ ille qui velit vti beneficijs huius ſtatuti, non habeat onus alicuius probationis, ſed iuramentum ſuum præſtitũ præſentibus illis, contra quos voluerit executioni mandari, vel eis contumaciter abſentibus ſit plena probatio in quolibet euentu, contra quaſlibet ſingulares perſonas, contra quamlibet vniuerſitatem, vel contra homines cuiuſlibet plebatus, contra quem, vel quos, ſeu quam, vel quas credi poſſit aſſequi velocius ꝙ intendat; & ſi D. poteſtas fuerit negligens, vel remiſſus, ſeu non adimpleuerit, vel non fecerit adimplere cum velocitate quæcunq; in hoc capitulo continentur, condemnetur, & ipſo iure condemnatus intelligatur pro quolibet, & qualibet vice in centum libr. Parmeñ. & de hoc poſſit, & debeat ſyndicari.

De baylia officialium contra mezadros, & laboratores terrarum.

STatutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliquis mezadrus, vel laborator terræ alicuius, aut molinarius, aut ſocidarius, ſiue conductor aliquarum beſtiarum cuiuſcunq; conditionis exiſtat, in aliquo vſufructu, vel ſemine, pecunia, vel debito, aut beſtijs fraudauerit, vel fraudare nitatur, vel dicatur per dominum; a quo terras habeat in laborerio, molendinum, vel beſtias, negando debitum, vel ſubtrahendo ſemen, vel redditus, quos illi domino, a quo terras habet in laborerio, aſſignare debet, vel negãdo debitũ, vel beſtias ſubtrahendo, vel ducere, vel partes facere negando; D. poteſtas, & quilibet eius iudex, & aduogadrus communis Parmæ, poſſit, teneatur, & debeat ad requiſitionem cuiuſlibet cuius interierit, contra dictos mezadros, & alios ſupraſcriptos dictis occaſionibus realiter, & perſonaliter procedere, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudici, ſola veritate inſpecta, remotis quibuſcunq; ſubterfugijs, & cauillationibus, & per omne genus probationum cum vno teſte, & iuramento domini, vel alijs probationibus ſemiplenis, & iudicijs quæ eidem D. poteſtati, vel officiali

ſuo, aut aduogadro coram quo erit controuerſia videbuntur ſufficere ad conuincendum de prædictis dictos mezadros, mulinarios, laboratores, & ſocidarios, & alios quoſcunq; partiarios; & hoc vt obuietur fraudibus, machinationibus, & rapinis talium perſonarum; & vt homines bonæ fidei q̃ cõfidunt de talibus laboratoribus, mulinarijs, mezadris, & ſocidarijs, ac partiarijs qui continuè non poſſunt per ſe, vel alios inſiſtere ad videndũ ſua, nec etiam poſſunt habere notarios, vel teſtes ſingulis vicibus, quibus pecunias, vel alias res præſtant dictis perſonis, nõ damnificentur in talib⁹, ꝑ hactenus multi, & multifariè damnificati ſunt; & ſi dictos tales mezadros, laboratores, vel mulinarios, aut ſocidarios, ſiue cõductores, aut partiarios vt ſupra culpabiles inuenerint, ipſos condemnare teneatur in duplo eius de quo fraudem fecerint illis, a quibus terras, molendina, vel beſtias tenẽt, & ad ipſius duplum domino aſſignandum omnibus iuris remedijs, ſtatutis, vel prouiſionibus nequaquam obſtantibus, omniq; exceptione remota; ẽt ſi conſilium ſuis expenſis peterent. Et oẽs maſculi maiores quattuordecim annorũ teneantur, & cogi poſſint pro quibuſcunq; debitis, ẽt ante dictam ætatem quomodolibet, & per quoſcunq; contractus, & occaſionibus quibuſlibet, reſpectu eorum cum quibus prænominati, occaſione mezadriæ, laborerij, vel locationis alicuius agere habuerint de familia oĩum ſupraſcriptorum mezadrorum, laboratorum, mulinariorum, ac conductorum vt ſupra congruè referendo, teneantur, & cogi poſſint realiter, & perſonaliter, & inſolidum, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, vel iuribus alijs ciuilibus, vel municipalibus in cõtrarium editis, vel edendis; & quòd etiam non poſſint cedere bonis, & ceſſio facta non teneat; & ſufficiat probatio, q̃ fuerit, vel ſit de familia per vnum teſtem cum ſacramento petentis; & omnia debita ex quacunq; cauſa contracta per ſupraſcriptos mezadros, & alios ſpecificatos ſupra cum dominis durante locatione, intelligãtur contracta occaſione mezadriæ, ſocidæ, molendini, & conductionis beſtiaminum; & habeant domini fauorem ſupraſcripti ſtatuti contra ipſos omnes ſupra ſpecificatos.

Quod locatores, vel domini terrarum, & poſſeſſionum præferantur cæteris creditoribus in fructibus natis in ipſis terris.

QVicunq; locauerit terras, vel poſſeſſiones proprias ſuas, vel conductas alicui, vel aliquibus ad laborãdum ad medium, ſeu ad tertiũ, vel quartum, vel etiam ad fictum, ſi ipſe locator, vel dominus debuerit recipere ab ipſo conductore, vel conductoribus aliquã pecuniæ quantitatẽ, ſeu bladi; vel fœni quam dicat ſe mutuaſſe ipſi conductori, vel conductoribus pro auxilio laborandi dictas terras, vel poſſeſſiones, vel aliter habere debere; talis locator præferat̃, & præferri debeat oĩbus creditoribus ipſius conductoris, vel conductorũ, obligata in oĩbus fructibus natis in ter-

in terris, & poſſeſſionibus ipſius domini, vel conductis ſpectantibus ad ipſum conductorem, ẽt quantumcunq; a ſolo ſeparatis; dummodò ipſe locator corporaliter iuret ſe mutuaſſe, vel aliter habere debere a dicto cõductore, vel conductoribus illam quantitatem pecuniæ, ſeu res pro labore dictarum terrarum, ſeu pro auxilio laborandi ipſas terras, vel alia quacunq; cauſa; & ſe debere recipere dictam pecuniam, ſeu res prædictas; & ipſius iuramento ſtetur, & credatur omninò, niſi in contrarium probetur ſibi ſatisfactum eſſe; & in quibuſcunq; cauſis fictabilium, & liuellariorum ꝑcedatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

De ordine dato ſuper colonis, fictabilibus, & alijs perſonis infraſcriptis.

STatutum, & ordinatũ eſt, q̃ nullus colon⁹ partiarius, fictabilis, vel mulinarius poſſit terrã conductam, vel ad maſſaricium, ſeu ad laborandũ acceptam, dimittere, vel relinquere etiã termino elapſo, niſi domino, ſeu locatori ſatisfecerit de omni eo, q̃ eſſet dicto domino, vel locatori obligatus occaſione dictæ terræ conductæ, vel ad maſſaricium, ſeu ad laborandum acceptæ; & ſi dictus colonus partiarius, fictabilis, vel mulinarius contrafecerit; non poſſit, nec debeat aliquis de ciuitate, eẽpatu, vel diſtrictu Parmæ eidem colono partiario, fictabili, vel mulinario locare ſuam terram, molendinum, vel poſſeſſionem, nec ad maſſariciũ, ſeu ad laborandũ dare; nec eum cum aliquo de eius familia aliter recipere, & tenere, vel receptare ſuper ſuo. Et ſi quis de ciuitate, ſeu diſtrictu Parmæ contrafecerit, & eidem denuntiatum fuerit per publicum inſtrumentũ per olim dñm, ſeu locatorẽ, q̃ ipſum conductorẽ, vel maſſariũ partiariũ, fictabilẽ, & mulinariũ expellat, vel debitũ ſoluat, facta mentione, & fide de credito ſuo p̃ inſtrumẽta, vel alia documenta, aut per teſtes recipiẽdos per iudicẽ abſq; ſcriptura, ipſo locatore, ſeu alio dño præſente, vel citato cum quattuor interrogationibus de ſcientia, loco, tpe, & quibus præſentibus oretenus, vel in ſcriptis prout iudici placuerit; & ipſum conductorem, maſſarium, fictabilem, vel mulinarium, vel partiarium non expulerit vt ſupra infra menſem vnum a tpe dictæ denuntiationis, teneatur, & obligatus ſit ipſo iure, & facto, dict⁹ alius locator, ſeu dñs etiam minor xxv. annorũ; dum modò exceſſerit ętatẽ quattuordecim annorum, ſatisfacere dicto olim domino, ſeu locatori, de eo in quo dictus colonus partiarius, fictabilis, vel mulinarius reperiretur obligatus eſſe ipſi olim domino, ſeu locatori, occaſione prædicta ſine vlla exceptione, vel contraditione iuris, aut facti.

Item per omnia locum habeat, ſi dictus colonus partiarius, fictabilis, vel mulinarius excomiatus, vel expulſus fuerit per dñm extra coloniam. Et ſi contingat dictum colonum partiarium, fictabilem, vel mulinarium deuenire partiarium, maſſarium, fictabilem, vel mulinarium alicuius non ſubditi iuriſdictioni communis Parmæ, vel per aliquem non ſubditum

HAYKOBA BIBLIOTEKA

ſuper ſuo receptari vt ſupra; teneatur eodem modo idem colonus partiarius, fictabilis, vel mulinarius ſatisfacere olim domino, ſeu locatori; alio. quin colonus partiarius, fictabilis, vel mulinarius contrafaciens, & quilibet de eius familia maſculus maior annis quattuordecim ad petitionem olim domini, ſeu locatoris perſonaliter capi, & in carceribus cõis Parmæ perſonaliter detineri poſſit; donec ſatisfecerit ipſi olim domino, ſeu locatori, de eo q̃ habere debebit vt ſupra, non obſtante collatione captionum facta, vel infuturum fienda. Nec poſſit idem colonus partiarius, fictabilis, vel mulinarius, vel alius de ſua familia taliter captus, & detentus petere ipſi olim domino, vel locatori ſoldos duos terciolorum in die, qui peti poſſunt per alios carceratos: & etiam liceat ipſi olim domino, ſeu locatori capere, & facere derobari tali colono partiario, fictabili, vel mulinario, boues, & plauſtrum, & omnia alia bona quæ reperirentur in cuſtodia, vel habitatione talis coloni partiarij, fictabilis, vel mulinarij eius, non ſuppoſiti, quæ bona quo ad hoc eſſe præſumantur ipſius debitoris, nec poſſit fieri probatio in contrarium per ipſum non ſuppoſitum. Et quilibet non ſuppoſitus iuriſdictioni cõmunis Parmæ, qui commiſſerit contra prædicta, vel aliquod prædictorum ipſo iure intelligatur eſſe exemptus, & alienus a protectione, & defenſione communis Parmæ, ſi non ſoluerit, vel in termino nõ examinauerit, quod ſtatutum habeat locum tam in debitis, præteritis, quam præſentibus, & futuris.

Item ad obuiandum fraudibus eorum qui poſſeſſiones, & bona immobilia quæ ad fictum, vel alio modo conduxerint, inhabitata relinquunt, & inculta, de iuriſdictione ad iuriſdictionem cum bonis, & auxilijs p dominos ſuos eis impenſis, habitatum clam ſe transferendo, præſentium tenore ſtatutum, & ordinatum eſt, quòd ſi quis colonus, partiarius, maſſarius, fictabilis, aut mulinarius qui aliquas terras, domos, maſſaricia, poſſeſſiones, molendina, vel alia bona immobilia conduxerint ad maſſaricium, vel ad laborãdum, vel aliter ab aliqua perſona, communi, collegio, vel vniuerſitate; & contingat ipſum talem colonum, fictabilem, partiariũ, maſſariũ, aut mulinariũ eas domos, terras, maſſaricia, vel alia bona immobilia relinquere, & iuriſdictionẽ illius iuſdicẽtis, ſub qua poſita fuerint ipſa talia bona p eũ cõducta, vel aliter ad maſſariciũ, vel ad fictũ accepta diſcedere, vel aufugere, vel alio habitatũ ire nõ ſoluto, & non integrè ſatisfacto domino cuius fuerint ipſa bona immobilia; teneatur, & debeat ille iuſdicens, vel magiſtratus; in cuius iuriſdictione contingat huiuſmodi maſſarium, colonum, partiarum, fictabilem, aut mulinarium ire habitatum, eundem maſſarium, fictabilem, colonum, vel mulinarium compellere realiter, & perſonaliter ad ſatisfaciendum domino ſuo prædicto, de toto eo quòd iuridicè eidem dare debuerit, q̃ ſi facere ommiſſerit iuſdicens, vel magiſtratus illius iuriſdictionis in qua contingat talem maſſariũ, colonum,

lonum, mezadrum, fictabilem, vel mulinarium ire habitatum; tunc fieri poſſint repreſaliæ contra homines, & perſonas illius iuriſdictionis vbi iuerit habitatum. Idem autem obſeruetur in omnibus, & per omnia prout ſupra, etiam ſi dictus maſſarius, fictabilis, partiarius, aut colonus ſtaret, aut ſtare, vel habitare contingat in ipſamet iuriſdictione in qua poſita fuerint bona, quæ relinquerit cum aliqua perſona, communi, communitate, collegio, vel vniuerſitate non ſubdita, vel non ſubditis iuſdicenti, vel magiſtratui ipſius iuriſdictionis.

Item q̃ prædicta omnia locum habeant in conducentibus, ſeu tenentibus ab aliquo ciuitatis, vel epiſcopatus Parmæ beſtias aliquas groſſas, vel minutas in ſocidam, vel ad capitale; & vt etiam ipſi conductores pro eo q̃ tenentur dominis ratione conductionis prædictæ poſſint, & valeant capi, & perſonaliter detineri aliquo ſtatuto in contrarium non obſtante, tempore etiam feriato, & quibuſcunq; diebus.

Quòd mezadri laboratores terrarum, fictabiles, & mulinarij non poſſint cedere bonis.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ aliquis mezadrus, colonus, partiarius, laborator terrarum, aut mulinarius, ſeu emphyteota, aut malgari[9], ſiue conductor aliquarum beſtiarum cuiuſcunq; conditionis exiſtant, pro aliquo debito quod haberẽt cum domino ſuo locatore, vel partiario, non poſſint cedere bonis; & ſi ceſſiſſent, talis ceſſio nullius ſit momenti.

De lætamine non conducendo alibi extra terras dominorum.

ITem ſtatutum eſt, q̃ oẽs mezadri, coloni, ac laboratores terrarum, teneantur, & debeant omnem quantitatem lætaminis, quæ fieri contingeret ſuper terris domini proprijs, vel conductis, tam pro beſtijs domini, q̃ pro alienis, conducere ſuper terris domini quas laborant ab eo, ſub pœna ſoldorum triginta Parmeñ. pro quolibet plauſtro applicãda dño terrarum; & de prædictis oĩbus, & ſingulis credatur ſacramento domini.

Qualiter via debeat concedi non habentibus.

SI quis fecerit quærimoniã de itinere, actu, vel via per prædium, vel vineam vicini, vel vicinorum, ſi non habet viam; poteſtas teneatur facere concedi, & dari viam p eum locum, qui ſibi viſus fuerit congruus cum maiori cõmoditate petentis, & cũ minori incõmoditate ſtantis; ita q̃ fundus non intelligatur dimiſſus propter viam, & hoc fiat, ſoluente illo qui perierit ſibi dare, iuſtum precium pro ipſa via, illi cuius fundus fuerit in æſtimatione bonorum virorum. Saluo q̃ ſi aliquis non ſubditus iuriſdictioni cõis Parmæ fecerit quærimoniam de aliqua via, ſeu itinere habendo, ſeu habendo ad eundum ad terras ſuas per terram ſubditi iuriſdictioni

communis, ille talis non ſubditus nullo modo audiatur; niſi prius bonam, & idoneam ſecuritatem præſtiterit tali ſubiecto, & ẽt cõi Parmę, ꝙ ipſe nõ ſubiectus viam, & iter dabit ſimiliter ſubiecto, ſi ab ipſo ſubiecto fuerit poſtulata, exiſtenti ſimili caſu petendi tali ſubiecto.

De incidendis arboribus nociuis.

QVilibet habens arbores nociuas fundo alicui⁹ in aliqua parte ciuitatis, & epatus Parmæ, compellatur ad inſtantiã cuiuſlibet ſui vicini ſecũ confinantis, & poſtulantis eas incidi facere, ſi voluerit dare xij. impiales de quolibet plauſtro lignor̃ pro dãno inciſionis ipſor̃.

Item non intelligatur per formã huius capituli, ꝙ oẽs arbores frugiferę, vel auidatæ debeant incidi; ſed ipſe arbores auidatę, vel frugiferæ, & etiam ſæpes de frugibus nimis ſpiſſæ debeant totaliter incidi, & taliter inter ſe ab inuicẽ alongari, ꝙ quælibet arbor ẽt frugifera, vel auidata ſit longè a thoro alterius per duas perticas rationabiles; & hoc ad remouendũ fraudes, & nocumenta q̃ fiebant fundis hoĩum ſub prętextu arbor̃ fructiferarum, vel auidatar̃ non incidendar̃ ſm̃ modum qui in hoc capitulo continetur. Et ſi clerici, vel alij non ſubiecti recuſarent ad petitionẽ laicorum obſeruare hoc capitulum, teneantur tñ, & cõpelli poſſint, & debeãt mezadri, & laboratores, ac fictabiles dictor̃ non ſubiector̃ ad incidendũ, ſeu incidi faciendum arbores p̃dictæ conditionis modo ſupraſcripto nociuas, aut ad diſcedendum de mezadria, laborerio dicti talis non ſubiecti infra duos menſes poſtq̃ fuerit requiſitus de incidendo, vel de ſoluendo libr. x. imperialiũ ſingulo anno quo ſtabit ſuper dicta mezadria, & laborerio applican. ei qui dãnũ tulerit, ꝓ damno, & intereſſe arborum non inciſar̃. Et ẽt ſi quis nõ ſubiectus iuriſdictioni cõis Parmæ fecerit quærimoniã de aliquo ſubiecto iuriſdictioni cõis, de faciendo incidi arbores nociuas terræ ipſius non ſubiecti, ſitas in terra ſubiecti cõis, ille non ſubiectus nullo modo audiatur; niſi bonam, & idoneam ſecuritatem præſtiterit tali ſubiecto, ꝙ ipſe non ſubiectus incidet, & incidi faciet omnes arbores nociuas exiſtentes in ſuis terris, quæ nocerent ipſius ſubditi terris, & aliorum ſubiectorum.

Quòd habentes foſſata inferius teneantur ea expedita tenere.

POteſtas, & quilibet eius officialis ſi quærimonia facta fuerit ſibi, teneatur cogere eum qui foſſatum inferius habuerit, facere cauari, & cauatum, & expeditum tenere, ita quòd aqua labens de ſuperius poſſit liberum facere decurſum; & idem obſeruetur per eum qui non habuerit inferius foſſatum, quod facere teneatur de nouo; & quilibet poſſit compellere vicinos ſuos inferiores ad cauandum foſſata etiam adhærentia ſtratis, & vijs, & in eorum terris etiam diſtantibus ab eius poſſeſſione, vel cãpo per ſpatium, & vſq; ad ſpatium cẽtum perticarum, ꝙ ſi dicti inferiores non

non fecerint infra menſem, poſtquam eis præceptum fuerit ad inſtãtiam ſuperioris, incurrant pœnam ſoldorum ſex Parmeñ. pro pertica applicandam ſuperiori quærelanti; & nihilominus ipſi inferiores teneantur, & cõpelli poſſint, & debeant ad ipſa foſſata faciendum modo quo ſupra, ſub pęna prædicta applicanda vt ſupra; & ad prædicta faciendum ſub dicta pęna teneantur, & compelli poſſint mezadri, & laboratores expenſis dominorum, quas expenſas, & pœnam poſſint exigere a dominis.

Item circa foſſata quæ ſunt communia inter aliquos vicinos, ſiue inferius, ſiue per tranſuerſum, ſiue aliter, vicin⁹ poſſit facere ſuis proprijs expẽſis cauamentum, & proijcere totam terram foſſati, vel cauamenti ad partem ipſius cauantis; facta prius denuntiatione vicino ex parte vnius ex officialibus communis de cauando, & ipſo per quindecim dies expectato; aut compellere, & compelli facere iuris remedijs vicinum, vel vicinos prædictos ad cauandum, & cauari faciendum partem, ſeu partes ipſorum foſſatorum cauandorum, eum, vel eos contingentes, vel contingente, expenſis proprijs ipſius, vel eorum ſic cauari facere debentis, vel debentium infra quindecim dies, ad quorum etiam cauamentum dictus vicinus, ſeu vicini teneantur, & compelli poſſint, & debeant vt ſupra & mezadri eorum. Et ſi aliquis non ſubiectus iuriſdictioni communis Parmæ grauitatem, & iudicium huius capituli recuſabit, quilibet laicus laborans, vel tenens de poſſeſſionibus eius compellatur adimplere illud quòd in hoc capitulo continetur.

Qualiter quis compellatur vendere foſſatum, & de nouo facere inter ſe, & vicinum, & vias priuatas vendere.

OMnes homines ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ teneantur vendere foſſata eorum, ſcilicet medietatem illis qui confinant cum eis vna parte poſtulante, facta æſtimatione per bonos homines villarum, & locorum in quibus ſunt foſſata ſita; & ſimiliter ſi foſſatum non fuerit inter partes, de nouo fiat ſuper terra communi expenſis vtriuſq; patris; & hoc adimplere vtraq; pars ad poſtulationem alterius compellatur. Et ſi quis fuerit contumax in faciendo dictum foſſatum, vicinus poſſit facere ipſum foſſatum ſuper terra communi ſuis expenſis, proijciendo terram totam ad partem ipſi⁹ facientis ſi voluerit facere; & ſi non voluerit facere, teneatur ſuus vicinus ad faciendum medietatem infra xv. dies ſub pœna ſoldorum decem Parmeñ. pro pertica qualibet applicanda petenti foſſatum fieri; facta prius denuntiatione vicino eius, ex parte vnius ex officialibus cõmunis, de faciendo ipſum foſſatum, & ipſo per quindecim dies expectato; & idem locum habeat in vijs priuatis, & locum non habeat in foſſatis caſtrorum, quæ ſunt cauata propter defenſionem.

Qua-

Qualiter in ciuitate Parmæ, & burgis non debent esse domus nisi de cuppis, & de claudendis melegariorum non habendis inter vicinos.

NVlla domus debeat esse in ciuitate, vel burgis coperta de alio, quã de cuppis, vel habere claudenzã de melegarijs; & si qua est auferat claudenza, & domus coperiatur de cuppis; & qui contrafecerit soluat pro banno centum soldos Parmen. si fuerit intus a foueis ciuitatis, & ille de burgis tres libr. Parmen. & nihilominus claudendas auferre; & potestas teneatur inquirere de prædictis, & facere adimpleri secundum possibilitatem personarum suarum quarum sunt.

Qualiter quis compellatur vendere murum existentem inter se, & vicinum suum.

QVilibet compellatur vendere murum domus suæ, qui est inter se, & domũ vicini sui; scilicet, medietatem facta æstimatione per bonos viros ciuitatis; hoc declarato, q̃ in dicto muro sic empto, vel vendito non possit fieri aliquod opus per emptorem, vel habentem causam ab eo, quod obstet lumini quod primitus habebatur in dicto muro, & per dictum murum, seu fenestris ipsius muri; & hoc quando murus est a fundamento vsq; ad summum totius illi⁹, qui potest compelli vendere. Si autem communis est in aliqua parte, possit compelli ad vendẽdum partem non communem æstimo vt supra; & talis emptor possit ædificare vsq; ad summum quantum voluerit; non obstante aliquo lumine vicini; nisi habeat iure seruitutis⁹.

Qualiter quis compellatur vendere medietatem andronæ, & quid ordinatũ est super eis, & super priuatis ad eam spectantibus.

QVilibet compellatur uendere andronam, quæ est inter ipsum, & vicinũ suum facta æstimatione per bonos viros ciuitatis; & etiam quilibet qui habet andronam inter se, & vicinum suum possit ipsum compellere ad emendum medietatem andronæ facta æstimatione vt supra, si velit vti; & hoc habeat locum si talis vicinus compellendus habuerit, vel habet possibilitatem emendi. Et si aliqua androna tenet caput ad domum alicuius, & ille cuius fuerit domus habeat solummodò foramẽ priuati in muro domus suæ, quod priuatum habeat in dictam andronam, possit compellere illum, vel illos quorum androna est, vendere sibi duo brachia tantum de ipsa androna, ita q̃ possit ædificari super ipsam andronam vnus porticus, siue porticellus pro priuato facta æstimatione p̃ duos bonos magistros. Et si aliquis habet andronam propriam, vel communẽ ab aliqua parte suæ domus, & habet priuatum super suum, non possit cogere

gere vicinum suum ab aliqua parte andronam habentem, vendere sibi aliquam partem ipsius andronæ; & si androna cõis habuerit caput, seu confinet ad aliquam stratam, vel aliam quæ cohæret alicui canali, q̃ quilibet vicinus habens commoditatem dictæ andronæ possit compelli, & compellatur, q̃ dicta androna decurrat in canale, vel per canale purgetur.

Qualiter quis compellatur facere claudendam inter domum suam, & vicinum suum.

SI duo sunt vicini inter quos nõ sit claudenda cõgrua, vno postulante, alter cõpellat facere claudendã cõiter cũ eodẽ, bonã, & idoneã timore ignis, & ne damnũ inde perueniat; & hoc sm̃ possibilitatem hoĩum, & locor; & idem obseruet in curijs, & casamentis ciuitatis Parmæ, burgorũ, & sub burgor, in quibus casamentis, & curijs, ac domibus ciuitatis Parmæ, burgorũ, & sub burgor, si vna pars non fuerit habilis ad faciendũ claudendã inter se, & vicinũ suũ; possit vicinus cõpellere dictũ suũ vicinũ inhabilẽ ad permittendũ, & q̃ permittat dictũ vicinũ facere volentẽ claudẽdã expensis proprijs ipsius facientis, & facere volentis, super territorio dictæ partis impotentis in faciendo clausurã prædictam, quæ clausura postea sic facta, sit, & remaneat cõis, quæ claudẽda fiat, & fieri possit per prædictum sic facere volentem de muro, vel pariete ad voluntatem facientis.

Infrascripta sunt statuta facta inter commune Parmæ, & vniuersitatẽ mercatorum super iurisdictione concessa officialibus mercatorum prædictorũ; & ad quam iurisdictionem stare debent contenti ipsi mercatores, & banna, & placita cognitio officialium mercatorum ciuitatis Parmæ, secundum quod fuit terminatum tempore D. Roberti quondam D. Manfredi Purgi potestatis Parmæ per consilium generale communis ipsius ciuitatis milleſimo ducenteſimo ſexageſimoquarto.

PRimo cognoscat aduogadri, rectores, consules, seu officiales mercadandiæ, & habeant iurisdictionem cognoscendi inter infrascriptos mercatores ciuitatis, & epatus Parmæ; videlicet, Cãbiatores, Draperios, Becarios, Calzolarios, Calegarios, Bonarolos, Solarolos, Sartores, Naparios, Zopelarios, Parolarios, Aurifices, Tessitores pignolati, Cartarios, Coronarios, Pelizarios operis domesticæ, & saluaticæ, Speciarios, Ferrarios, Tesitores pannorum de lana, Paterios, Fublarios de arechalcho, Carnarolos, Piscatores, Linarios, & homines mysteriorum prædictorũ habentes inter se controuersiam, seu litigantes inter se de rebus mobilib⁹, & mercibus mobilibus, quas ipsi inter se emunt, & vendunt, seu permutant causã lucri acquirendi, seu negociandi, si quando emunt aliquas res mobiles, seu mercationes; hoc scilicet vt vendant alicui, vel aliquibus, vel ex causa permu-

permutationis eas alijs concedunt, dant, & concedant. Et hoc tantum ꝑ ſuprafcriptis ſitibus, & controuerſijs inter ſuprafcriptos mercatores habẽtes de ſuprafcriptis mercibus, & rebus, ꝑdicti rectores mercadantiæ, ſeu officiales tantum cognoſcant, & non de alijs, neq; inter alias perſonas huius ciuitatis, & epiſcopatus, nec aliundè, cuiuſcunq; myſterij, ſeu artis ſint, & omnes aliæ cõtrouerſiæ ſiue ſint inter ſe mercatores de rebus quas emũt, & cauſa permutationis accipiunt, vt in domo ſua conſumant, & vtantur cauſa victus, ſeu nutrimenti, & veſtimenti, & hominum, & animalium, ſiue de rebus immobilibus, ſeu mobilibus, controuerſiæ, ſeu lites ſint inter prædictos mercatores cognitio de ipſis controuerſijs ſit officialium cõis Parmæ & ipſius communis. Et cæteræ inſuper controuerſiæ, ſeu quæſtiones inter quaſcunq; perſonas ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ, vel aliundè fuerint, ſiue fuerint mercatores, ſiue non, ſiue fuerint inter mercatores, ſiue non mercatores de quibuſcunq; rebus mobilibus, vel immobilib⁹ fuerint controuerſiæ, ſiue lites per commune Parmæ cognoſcantur. Inſuper appellationes cauſarum mercadantiæ, vel executiones ſententiarum mercadantiæ, & præcepta mercadantiæ per alios officiales communis Parmę cognoſcantur, & terminentur, & in commune Parmæ deueniant, & per poteſtatem, & iudices eius, & alios officiales communis Parmæ ordinariè cognoſcentes debeant executiones fieri etiam diebus feriatis, & de alijs ſitibus quæ poſſunt, & debent ſub mercadantia conueniri.

Quòd officiales mercatorum debeant ſtare ſub palatio ad iura reddenda.

ADuogadri, & alij officiales mercatorum debeant habere bãchum ſub palatio cõis Parmæ, vbi ſtare debent ad ius reddendum ſecundum iuriſdictionem ſibi conceſſam, & non alibi; & in ipſo palatio cõis facere conſilia ſua, & congregationes quotiens voluerint; & ꝑ ipſis congregationibus pulſetur campana mezana, quæ eſt ſuper turri communis, & decætero dicti aduogadri nihil poſſint petere, vel recuperare ab aliqua perſona pro datio alicuius quæſtionis, nec pro aliqua licentia, vel commiſſione, nec aliqua occaſione; ſed debent eſſe contenti ſalario ſuo; videlicet, ꝙ habere debeant medietatem eius ꝙ lucratur notarius ad officiũ ſuum, & nihil aliud accipere, pœna, & banno decem libr. Parmenſium pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit eos accuſare, & habeat medietatem banni.

Qualiter ſtatuta mercadantiæ habent vim illam inter mercatores, quam habent ſtatuta communis.

STatuta mercadantiæ eandem vim, & auctoritatem inter mercatores, & ſubditos iuriſdictioni mercadantiæ tantum habeant, ſicut habent ſtatuta cõis Parmæ; & intelligantur ſubditi omnes illi, qui actu exercent

cent illam artem, vel alias artes ab ipſa dependentes; vtputa, fullatores, textores, tinctores, & ſimiles; ita ꝙ alij qui non ſunt de dicta arte nõ poſſint coram eis conueniri, etiam pro dependentibus ab ipſa arte; & huic ſtatuto non poſſit renuntiari cum iuramento, ſed omnis renuntiatio facta etiã cum iuramento, ſit, & eſſe intelligatur ſimulata, & ficticia.

Quòd campſores, & vſurarij, ac quilibet ducens librum rationum teneatur oſtendere libros rationum cuilibet iuranti ad ſe ſpectare.

OMnes campſores, ſeu nummularij, & vſurarij ad pannum, ſiue ad ſtationem ſub pignoribus, & filij, & hæredes, & ſocij ipſorum campſorum, & omnes alij penes quos eſſent libri rationum ipſorũ campſorum, ſeu vſurariorum, & quilibet ducens librum rationum, teneantur, & debeant, & cogi poſſint per quoſcunq; officiales communis ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſine libello, ſeu ſcriptura, propter rea fiendis, ad petitionem cuiuſlibet dicentis, & iurantis ſe recipere debere aliquam quantitatem pecunię ab ipſis campſoribus, ſeu nummularijs, vel vſurarijs, vel hæredibus eorum, vel alijs ducentibus librum vt ſupra, vel rationes ſuas, ſeu ad ſe pertinẽtes, ſcriptas eſſe debere in libro, ſeu libris dictorum campſorum, ſeu vſurariorum, & aliorum ducentium librum, & calũniæ cauſa non petere ſibi oſtendi, dictos libros exhibere, & facere copiam ipſorum; ad hoc vt poſſit videre, & inuenire rationem ad ſe ſpectantem, & ea inuenta habere copiam, & exemplum ipſius rationis, tam de datis, quam de receptis hinc inde. Et quod dictum eſt de quolibet ducente librum rationis, habeat locum vbi petens obtulerit ſe ſtare velle dicto libro, vel libris.

De maloſſerijs, & meſſetis, & quantum recipere debeant pro eorum mercede.

MAloſſerij, ſeu mediatores equorum, terrarum, domorum, pannorum, & quarumlibet aliarum rerum, vel mercationum; & quilibet alius qui vendi faciet equos, terras, domos, & quaſlibet alias mercationes, non accipiant, nec habere debeant per ſe, vel alium ꝙ mercede ſui laboris, maloſſariæ, ſeu meſſatariæ vltra vnum imperialem pro qualibet libra precij rei venditæ, ſi mercatum fuerit vſq; in centum libris imperialium, & ab inde infra; ſi verò mercatum fuerit a centum libris imperialium ſurſum, non debeant recipere pro ſua mercede, niſi ad rationem duorum ſoldorum imperialium pro quolibet centenario vltra primum centenarium, quas ſolutiones habere debeat tantummodò a venditore; ab emptore verò nihil habere, vel pcipere debeant occaſione prædicta; & ſi quis contrafecerit teneatur reſtituere id quod vltra receperit in duplum.

Quod

Quòd terminus pensionum domorum locatarum sit ad Sanctum Petrum.

CVm magnum damnum, & incommodum sit hominib⁹ ciuitatis, vel episcopatus Parmæ, qui conducunt domos ad pensionem ad S. Michaelem, ea occasione ꝙ habeant blauam, vinum, & alia necessaria reposita, & gubernata ad festum S. Michaelis; statutum est, ꝙ locatio dictarum domorum decætero sit ad S. Petrum omni anno; & hoc capitulum sit præcisum, & valeat ex nunc.

De fidantia danda venientibus ad standum in ciuitate Parmæ ad faciendum artem pignolati, & de modo ad quem fieri debeat.

POtestas teneatur dare, & consignare plenam fidãtiam omnibus, & singulis personis venientibus ad standum, seu morandum in ciuitate Parmæ vndecunq; fuerint, ad faciendum misterium pignolati, & totum pignolatum quod fiet, fieri debeat in ipsa ciuitate Parmę, eo modo, & forma, quibus antiquitus fieri consueuit; & cuilibet tam ciui, quam forensi liceat ducere in ciuitate Parmæ pignolatum forasterium; & tam forasterium, quam terrenum vendere in ciuitate & ducere, & extrahere.

Quòd liceat linum ducere, & vendere in ciuitate Parmæ.

LIceat cuilibet ciui, & forasterio ducere, & vendere linum in ciuitate Parmę in grossum, & minutum in glarea cõis, & alibi vbi voluerit in die sabbati, & qualibet alia die; saluo ꝙ nullus linarol⁹ debeat emere linum in die sabbati, pœna, & banno xx. sold. Parmeñ. & amissionis lini; & possit quilibet accusare, & habeat medietatem banni.

Quòd ordinatum sit super mercatis, & in quibus locis possint fieri per episcopatum Parmæ, & quæ, & primo de mercato Bersilli.

POtestas teneatur manutenere mercatum, quod fit Bersilli quolibet die Iouis, secundum ꝙ destinatum est; & teneatur facere iurare homines episcopatus Parmæ stantes iuxta aquã Padi, ꝙ decætero non ibunt ipsi, nec eorum masinatæ ad aliquod forum extra episcopatum Parmæ diebus dicti mercati de Bersillo.

Item vltima dies Martis cuiuslibet mensis fiat mercatum in terra de Fornouo.

Item fiãt mercata duo quolibet anno in Burgo S. Donini vltra Sustironum; scilicet, ad festum S. Donini, & aliud ad octauam S. Martini.

Item fiat mercatum in terra de Langhirano singulis diebus quindecim in die Lunæ.

Qua-

Qualiter terræ debeant terminari.

TErræ debeant terminari ad postulationem cuiuslibet hominis, & bona fide inquiri confines terræ postulantis, & eorum qui confinãt cum eo, per bonos, & idoneos homines villarum; & ipsis finib⁹ inquisitis terminari de terminis lapidum, tamen citata altera parte per correrios communis, vel ea præsente.

Quantum recipere debeant marischalchi equorum, & bouum pro ferratura, & asinorum, & asinarum, mulorum, vel mularum.

NVllus ferrarius equoꝝ, seu bouũ ꝑ se, vel alium habeat, vel habere possit pro ferratura alicuius rõcini vltra xx. imperiales ꝓ quolibet ferro nouo; & pro ferratura dextrerij vltra soldos duos impialiũ, pro quolibet alio equo armigero soldos duos imperialiũ; & pro quolibet ferro remisso vltra denarios octo; & non possit tenere ferrũ alicuius equi, nisi fuerit fractum, & ruptum tpe quo eum ferrauerit; & pro quolibet pede bouis quem ferrabunt sexdecim imperiales, & nõ vltra; & pro ferratura cuiuslibet asini, vel asinæ; muli, vel mulæ, vel alteri⁹ bestiæ sex imperiales, & non vltra; & qui contrafecerit in aliquo de prædictis soluat pro banno centum soldos Parmeñ. pro qualibet vice, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, & credatur ei cum vno teste legali.

De aseto, & ordinamento contrario communi vtilitati, non tenendo inter artes, misteria, & collegia.

ARtifices, misteria, & collegia ciuitatis Parmæ non possint, nec debeant exercere, vel habere inter se asetum, vel ordinamentum vtilitati communi contrarium; & quicunq; reperti fuerint aduersus prædicta facere, vel versari, singulis vicibus soluat pro banno centum soldos Parmeñ. scilicet singuli de prædictis artibus; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

De eodem.

QVilibet negociator, & quilibet alius possit vendere res suas, vel laboreria, & opera sua pro eo precio, & mercede quo voluerit, & poterit; dũmodò non vendat maiori precio, & mercede, q̃ determinatum sit per formã alicui⁹ statuti, vel ordinamenti cõis Parmæ. Et nullus de aliqua arte, vel misterio audeat, vel præsumat prohibere aliquẽ de suo misterio, quòd non possit laborare vbi voluerit, & etiam quo voluerit, & res suas vendere quantum voluerit, & quantum poterit, & vbi voluerit; dum modo hoc non faciat contra formam alicuius statuti communis Parmæ, pœna, & banno decem libr. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice;

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

vice; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni; immò verius quilibet cuiuscunq; conditionis sit, & cuiuscunq; artis fuerit possit impunè, & ei liceat arte suam, & misterium suum exercere de die, & de nocte; & habere laboratores ad suam liberam voluntatem, laborando tamen, & laborari faciendo ipsam artem, & mysterium bene, & legaliter; & in locis non prohibitis, & modis, & formis determinatis per commune Parmę, exceptis festiuitatibus celebrandis, in quibus possint, Speciarij, Carnaroli, siue lardaroli, & eis liceat tenere hostia, seu fenestras eorum apertas, & intra uertas impunè, vt possint dare medicinas, & alias res necessarias eorum, & vendere pro infirmis, & alijs personis aliquo statuto non obstante.

Quòd liceat vnicuiq; facere artem suam in domo sua.

LIceat vnicuiq; ciui Parmæ, & etiam forasterio exercere in domo propria, vel conducta in qua habitet cum familia sua, artem suam, non obstante aliquo statuto communis. Saluo quòd non habeat locum in budellarijs, nec in facientibus sæpum, nec in facientibus aliquod misterium, vnde putredo intolerabilis veniat, seu fętor; nec in illis qui artem suã exercendo faciunt incommodum magnum audientibus; sed tales stationes huiusmodi artis prohibeantur omninò, de quibus putredine, & incõmodo stetur declarationi, & arbitrio D. potestatis, vel eius vicarij.

Qualiter, & quando potestas teneatur, & debeat facere iurare capita, & consules misteriorum, collegiorum, & artium, & quid facere de prædictis.

POtestas teneatur facere iurare capita, & consules collegiorum, misteriorum, & artium, quòd non recipient aliquod seruitium, vel pecuniam ab aliquo qui voluerit intrare in eo misterio aliquo modo, & quòd recipient in collegio, arte, seu misterio suo gratis quęcunq; intrare volentem; dummodò sit idoneus, approbatus, & sufficiens. Hoc intellecto, quòd illi qui de cætero non recipientur, non intelligantur habere aliquam portionem in rebus communibus collegij, vel vniuersitatis, quod, vel quam gratis intrauerint. Et teneantur facere consules, & capita misteriorum, collegiorum, & artium, præsentes, & præteriti venire coram eo, vel eius vicario, & facere ꝙ ostendant sibi ordinamenta noua, & vetera sui misterij; & si quid erit in eis scriptum, vel ordinatum quòd noceat communi vtilitati, vel prosit, quòd sit contra formam statutorum communis Parmæ; teneatur illud facere auferri de dictis scripturis, & ordinamentis; & hoc teneatur facere potestas infra duos menses postquam intrauerit in suo regimine, secundum quòd tenetur in hoc capitulo, quod loquitur de capitulis, & ordinamentis artium approbandis.

De

De nundinis, & feris generalibus celebrandis per commune Parmæ, & in quo loco, & quantum durare debeant, & de litteris mittendis.

POtestas teneatur facere nundinas generales, seu feram generalẽ pro communi Parmæ in glarea communis Parmæ ad festum S. Herculiani; & principium dictæ feræ sit prima die Iouis mensis Septẽbris; in quo celebrari debuerit; & fiat de ponte lapidũ inferius a sero muri foueę ciuitatis in glarea prædicta, & fiant in eis binæ stationes, & copertę ꝑ mercationibus in eis ponendis; & in eis sint, & portentur de drappis, & alijs rebus venalibus, & inuitentur per generales litteras cõis communia ciuitatum, & locorum, quæ sunt extra iurisdictionem cõis Parmæ, ꝙ sui subiecti possint venire ad eas, & sint affidati, & affidentur sicut placuerit dicto D. potestati, & dñis Antianis cum illis sapientibus quos secũ habere voluerint. Et alij extranei qui venerint, & veniẽt, possint stare, & cõducere quascunq; res voluerint ad vendendum; & quilibet sit affidatus per illud tempus, prout placuerit D. potestati, dominis Antianis, & sapientibus; & in litteris occasione prædicta mittendis contineatur modus fidantię, & ꝑ quantum tempus durare debuerit, & cõtineatur in ipsis litteris, ꝙ omnes, & singuli qui erunt de iurisdictione illius ciuitatis ad quam mittentur, debeant sibi cauere, & caueant, qualiter, & cum quibus de ciuitate Parmæ contrahant; ita ꝙ ab eo, vel ab eis quibus dederint, seu cum quibus contraxerint, requirant, & hoc faciant manifestum suis subditis; quia commune Parmæ non vult teneri, nisi ad faciendum ius de obligatione, vt represaliæ nõ perueniant; ex quibus consueuit peruenire causa, & materia scandalorum; & requirantur per ipsas litteras cõmunia ad quæ mittentur litteræ, ꝙ de hoc ex parte sua respondeant communi Parmę per instrumenta, vel litteras de faciendo consilia. Et teneatur potestas procurare, ꝙ prædictæ nundinæ fiant, & crescant ad honorem communis Parmæ; & duret dicta fera per quattuor dies, seu per quot placuerit D. Potestati, & Antianis. Et nullus de Parma, vel de Parmexana vendat ammodo, nec locet stationes aliquas in glarea communis, nisi vbi fuerit forum; nec aliquid inde accipiat ab aliqua persona; & potestas teneatur sacramento hoc capitulum facere obseruari.

Quod omnes de artibus, & misterijs ciuitatis Parmæ, debeant ire, & stare cum mercationibus suis in dicta fera.

OMnes, & singuli de misterijs, & artibus ciuitatis Parmæ teneantur cum mercationibus suis ire, & stare in dicta fera, & habere binas sub pœna triuni libr. Parmẽs. & consules eorum teneantur accusare illos qui non venerint vt dictum est, alioquin soluant dictũ bannum.

O Qua-

Qualiter, & cum quibus teneatur D. potestas videre glaream communis, & locum vbi fieri debet dicta fera, & facere eam teneri expeditam.

NVllus decætero proijciat, nec portet, nec proijci, portari, seu poni faciat p se, vel aliū ledamen, nec remondaturā andronæ, nec terra ciū, nec calcinaciū in loco vbi fit dicta fera, & vbi fit mercatum in glarea cōis Parmæ, sub pęna, & bāno triū libr. Parmeñ. ꝓ quolibet, & qualibet vice, & teneaᷣ potestas singulis tribus mensib⁹ cū aduogadro mercadā diæ ire, & videre locū p̄dictum; & si inuenerit aliquē cōtrafacientē, eos, & quēlibet eoꝝ condemnare in pœna p̄dicta pro qualibet vice; & nihilominus compellere eos ad exportandum extra locum, & glareā p̄dictā totum lædamen, & totā dictā remondaturam, quod, & quæ ibi inuenietur. Si verò esset ibi terracium, & calcinacium, illas faciat explanari, & adęquari per ipsum mercatum, & locum ipsius communis; & nihilominus quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, & teneatur secretus.

Quòd nullus accipiat de lignaminibus, & storis feræ.

NVllus audeat, vel præsumat auferre de lignaminibus, nec storis de quibus fit fera, in pœna, & banno xx. soldorum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, & emendandi damnum illi cuius fuerit dictum lignamen, & stora cum pœna dupli.

De fidantia danda venientibus Parmam ad nundinas.

CVm plures mercatores consueuerint venire ad ciuitatē Parmę tempore quo consueuerint fieri nundinæ; videlicet, de mense Septembris, non obstantib⁹ aliquibus repsaleis, vel obstaculo repsaliaꝝ, vel alijs quibuscunqꝫ, possint oēs, & singuli mercatores, & alij boni hoīes libere venire, stare, & redire cū rebus, & personis eorum p quindecim dies ante Kalendas mensis Septēbris, & quindecim dies post; ita q̄ dicto tempore grauari, vel molestari non possint, nec in rebus, nec in personis eorum; & hoc locum habeat siue essent nundinæ, siue non; & potestas faciat præconizari hoc capitulum, tempore quo fiat propositio super nundinis fiēdis, & hoc exceptis illis personis, quæ prohibentᷣ venire per statutum cōis ad nundinas, & mercata; & prædictum capitulum sit præcisum.

De fidantia danda ducentibus Parmam ad vendendum blauam, oleum, & carbonem.

QVilibet q̄ duxerit blauā, oleū, vel carbonē ad vendēdū ad ciuitatē Parmę d̄ alieno districtu, nō possit, nec d̄beat īpediri, vel grauamē sibi fieri ī p̄sona, vel reb⁹; sed licitè possit vēdere, & p̄ciū recipe, &

& portare aliquo capitulo nō obstāte, faciēdo scribi q̄cq̄d cōduxerit alicui ex notarijs D. p̄tātis d̄putatis ad reformationes, d̄ qua scriptura notari⁹ nihil accipiat; & d̄ p̄dictis attēdēdis teneaᷣ ptās p̄cisè, & sine tenore obseruare.

De modo, & forma vendendi, & subhastandi datia, introitus, & redditus communis Parmæ.

ANte concessionē aliquoꝝ datioꝝ, seu gabellaꝝ, & alioꝝ introituū cōis qui debent vendi, vel locari, debeāt prius examinari p D. potestatē, & Antianos cōis cū quattuor sapientibus p portā, & in scriptis redigi oīa, & singula pacta illi⁹ datij, vel gabellæ, vel introit⁹ cōis, q̄ vēdi, seu locari debet; & sim̄ illa pacta, & ꝓuisiones, examinationes, & approbationes debeat fieri locatio, seu cōcessio, & vltra, vel aliter fieri nō possit aliquo modo; & illa pacta debeāt ēt legi in cōsilio generali, qñ fiet subhastatio locationis, seu venditionis illoꝝ datioꝝ, seu introituū, qui, & q̄ vēdi, seu locari debebūt; & si vltra, p̄ter, vel aliter, q̄ in ipsis ꝓuisionib⁹, & pactis approbatis fieret venditio, seu locatio alicui⁹ introitus, vel datij, talis cōcessio, vel locatio, in quantū essent cōtrariæ p̄dictis ꝓuisionib⁹ nō valeāt, nec teneāt ipso iure; & illa pacta, & ꝓuisiones statim cū fuerint approbata, debeāt scribi in actis cōis p vnū ex notarijs reformationū, vt ad ipsā scripturā publicā quilibet recurrere possit, tanq̄ authenticā scripturā; & si aliqua q̄stio oriretᷣ de aliquo puncto, vel dubio, quod diceretᷣ esse appositū in locatione, seu venditione dicti introitus, contra formā prouisionis approbatæ de dictis pactis, recurratur ad dictā scripturā notarij reformationū, & ei stetur; & scribantᷣ in qualibet subhastatione approbationes quæ fient p quoscunq; de cōsilijs generalibus, in quibus esse debeant D. potestas, & eius vicarius, iudex generalis gabellæ grossæ cōis, quattuor ad minus ex Antianis cōis, & aduogadris mercatoꝝ, cū quorū, & de quorū consilio, & consensū vendi possint, seu locari datia, & introitus dicti cōis, factis, & præmissis p plures dies subhastationibus ipsorum datiorum, seu introituum, de quib⁹ locationibus, seu concessionibus fiant publica instrumenta per notarium reformationum cōis; & si aliter factum fuerit, non valeat, nec teneat.

Quod omnes locationes, & concessiones cuiuslibet datij, & introitus cōis debeant esse registratæ ad gabellam grossam communis.

OMnes contractus cuiuslibet venditionis, seu locationis cuiuslibet datij, gabellæ, & introit⁹ cōis cū pactis debeāt registrari, & registratæ teneri de verbo ad verbum in formā publicam ad gabellā grossam communis, penes iudicem gabellæ expensis cuiuslibet conductoris, seu emptoris ipsorū datiorū, & gabellarū; vt de ipsis possit fieri copia absq; aliqua solutione omnibus videre, & inspicere volētibus; & nisi sic registratæ fuerint, non credatur aliquibus instrumentis alicuius conductionis, seu

emptionis alicuius datij; nec possint aliquem conuenire, nec molestare, nec etiam citari facere coram dicto D. iudice gabellæ, vel alio officiali occasione alicuius datij, vel gabellæ.

Quòd expresse poni debeat per notarium facientem instrumenta conductionum datiorum, & aliorum introituum cõmunis, & intelligi in ipso, & obseruari debeat, quòd commune non teneatur ad datium, & gabellam soluendum.

SI contingerit cõe Parmæ, vel agentes pro eo decætero emere, vel vendere aliquid de quo per forma aliquor̃ pactor̃, seu prouisionũ, seu ordinamentor̃ debeat solui datiũ, seu gabellã, ipsũ cõe, datiũ, vel gabellã soluere nõ debeat; & in singulis concessionibus quæ fient, dicat̃, & intelligat̃ expressim, q̃ cõe vendendo, seu emendo, nec ementes, seu vẽdẽtes cõi, seu p̃ cõi, nec ementes ab eo, aliquid soluere debeant occasione alicui⁹ datij, pedagij, vel gabellæ, quæ peruenire diceretur ex eo contractu.

Qualiter nullus qui conduxerit aliquod datium, vel pedagiũ, vel aliquos reddituus cõis, molestet aliquem contra formam statutorũ, & concessionũ; nec ante se aliquem grauare, nec vocare possit.

NVllus qui decætero conduxerit, seu emerit a cõi datiũ aliquod, pedagiũ, vel gabellã, vel aliud de introitibus cõis, seu aliquod p̃dictorũ, audeat, vel p̃sumat aliquẽ p̃textu suæ cõductionis, seu emptionis, corã se, vel alijs p̃ter eos quibus est auctoritas attributa p fo, mã statuto rv cõis Parmæ, grauare, impedire, vel in aliquo molestare; nec ét vltra, vel aliter exigere, q̃ dictauerit forma suæ conductionis, seu emptionis factę cũ solẽnitatib⁹ statutor̃, & ordinamentor̃ cõis; & qui contrafecerit puniatur per D. potestatẽ in xxv. libr. Parmen. & vltra p̃ vno denario sex, eius q̃ indebitè exigerit; & oĩa dãna, & expensas illi quẽ inquietauerit de p̃dictis; intelligendo expressim, q̃ nullus de p̃dictis emptoribus, seu conductoribus, possit facere, seu p̃tendere iudicẽ, nec aliquẽ vocare, nec aliquem grauare, seu inquietare de gabellis, datijs, seu pedagijs, & alijs introitibus cõis alibi, q̃ corã iudice, & officiali gabellæ generalis cõis Parmæ; & qñ iudex, & officialis generalis gabellæ non esset pro communi; tunc coram iudice potestatis deputato ad exactionem reddituum, vel vicario eius potestatis.

Infra quantum tempus conductores datiorum, & gabellarum debeãt exigere datia, & gabellas eorum, & coram quo debent quæstiones prædictorum fieri, & terminari.

QVicunq; decætero cõduxerit aliquod datiũ, gabellã, vel aliq̃d mẽbrũ alicui⁹ datij, vel gabellæ, possit, & debeat exigere dictũ datiũ, & gabellã a quocunq; debente soluere toto tp̃e suæ cõductionis;

nis; & finita sua conductione infra sex menses, ab illis de episcopatu, qui tenentur sibi soluere gabellam, vel datium; & ab illis de ciuitate infra tres menses; & finitis dictis terminis non possit aliquid vlterius petere de prędictis, & omnes quæstiones, & causæ quæ fient cum aliquibus occasione alicuius datij, vel gabellæ, vel pedagij soluendorum, vel non soluendorum, agitari debeant coram iudice gabellæ grossæ generalis, & finiri, & terminari; & si non esset iudex, & officialis gabellæ, tunc coram Referendario; & si non esset Referendarius, coram iudice potestatis deputato ad exactionem dictorum introituum communis, vel coram vicario dicti potestatis; & si alibi quæstio moueretur, aliter, quam suprascriptum est alicui de ciuitate, & episcopatu Parmæ, vel alij vndecunq; fuerit, processus qui inde, seu ex eis fieret, nullius sit momenti.

Qualiter per conductores datiorum, vel pedagiorum, seu gabellarum, vel eorum socios, non potest dari licentia de aliqua re prohibita portanda.

ILli qui iure alicuius acquisitionis, vel qui secum acquisitores associauerint, aliquod datiũ, vel gabellam colligerint, non præsumant dare licentiam de aliquibus rebus prohibitis conducendis de ciuitate, seu fortia communis Parmæ, de quibus rebus prohibitis est relictum arbitrio D. potestatis posse dari licentiam; nec de aliquibus rebus de quibus non possit dari sine voluntate consiliariorum, de quibus quando licentia dabitur, ipsi datiarij, pedagiarij, & gabellatores possint ius suum colligere; & si pedagiarij, seu collectores alicuius datij, vel gabellæ aliquam licentiam de prædictis rebus prohibitis dederint, soluant pro quolibet, & qualibet vice xxv libr. Parmen. & talis licentia non liberet portantes res prohibitas. Saluo q̃ ille qui talem licentiam dederit, teneatur ad omne damnum, & interesse, & dispendium, restituendum ei qui sub prætextu talis licentiæ fuerit damnificatus.

Qualiter pedagiarij, datiarij, vel gabellatores causam mouentes alijs, & eos indebite molestantes, si succumbant in ipsis, restituant expensas illi cum quo causabuntur, & econuersò.

CVm pacta sint clara facta super pedagiarijs, gabellis, & datijs; si aliqui pedagiarij, datiarij, vel gabellatores, vel collectores eorum, aliqua occasione alicuius datij, vel gabellæ, vel pedagij acquisiti a cõi Parmæ, aliquẽ, vel aliquos conueniãt, vel grauabunt indebitè, vel in lite, seu quæstione succubuerint, restituere compellantur ei contra quem quęstionẽ mouebunt, omnes expensas causæ, & omne damnũ, dispendium, & interesse, quod substinuerit occasione talis ĩquietationis, vel litis. Et similiter fugiens, in hoc casu expẽsas causæ restituat actori, si in lite succubuerit.

Qualiter conductores datiorum, & aliorum introituum communis, debeant soluere ad terminum in instrumento contentum in pœna quarti.

QVicunq; conduxerit decætero a cõi datium, pedagium, vel gabellam, stationem, domũ, archimbanchos, tabulas, vel aliquod de p̃dictis, seu aliquid de rebus, vel introitibus cõis, debeat soluere precium ipsorum, seu precia ad terminum, & ad tempus termini contentũ in instrumento suæ conductionis, seu ad illos terminos, & sicut in ipsis instrumentis continetur, in pœna quarti; & iudex qui deputabitur super exactione ipsarum gabellarum, & datiorum, & aliorum introituum p̃dictorum, teneatur, & debeat sacramento illud quartum exigere a quocũq; qui non soluerit ad terminum, seu terminos suprascriptos.

Qualiter commune potest cassare, & reuocare datia, pedagia, & gabellas post venditionem.

SI cõmune Parmæ voluerit aliqua datia, pedagia, vel gabellas post venditionem reuocare, & irritare; possit, restituendo tantum pro rata temporis illud, quod datum esset cameræ communis, vel gabellę cõmunis; ita q̃ aliquis nõ possit lucrum quo priuaretur, computare in interesse, nec aliquod interesse in damnum; sed simpliciter fiat restitutio de vera sorte soluta pro rata temporis.

Qualiter nulla remissio, vel prorogatio termini, vel gratia potest fieri datiarijs, pedagiarijs, vel gabellatoribus.

FActa locatione, venditione, seu concessione de aliquo datio, vel gabella, non possit eis quibus est facta talis venditio, locatio, seu cõcessio, fieri remissio, p̃rogatio temporis, vel aliqua gratia; pactis aliquibus non obstantibus ad prædicta factis cum ipsis datiarijs.

Quòd datiarij non pignorent, nec citari faciant aliquos coram eis, vel eorum abbatibus.

VT audacijs, & malicijs datiariorum, & gabellariorũ, & omnium, & singulorum qui datia, seu gabellas, aliqua, vel aliquas emerint, seu conducent in ciuitate, vel episcopatu Parmæ, de celeri, & opportuno remedio occurratur, sic & taliter, q̃ homines ciuitatis, & episcopatus Parmæ decætero per ipsos emptores, aut conductores datiorum, & gabellarum indebitè non grauentur; statutum, & ordinatum est, quòd aliquis emptor, seu conductor alicuius datij, vel gabellæ, seu socij ipsorum, vel agentes pro eis, non audeant, vel præsumant in pœna, & sub pœna centum librarum Parmensium pro quolibet, & qualibet vice, detineri personaliter, vel in carcere, aut pignorare, vel pignorari facere aliquam personam

sonã de ciuitate, vel epatu Parmæ, de aliqua re, vel aliquib⁹ ipsorũ bonis; ni si prius, & ante oĩa ipsi datiarij, & gabellarij fecerint legitimè tales quos dicunt debitores esse, ponere ĩ cõtumacia, vel cõdẽnari corã referẽdario, vel iudice gabellæ grossæ ciuitatis Parmæ, vel ptãte, suisq; iudicibus; & q̃ ipsi datiarij, vel gabellarij, vel habentes causam ab eis, vel aliquo eorum decætero non debeant, nec audeant sub pœna p̃dicta aliq̃ p̃sonam de dictis ciuitate, & epatu citari, vel requiri facere corã abbatibus, seu aliquibus alijs officialibus ipsorũ datiorũ, & gabellariorũ, sed ipsos solum quos dixerint ipsi datiarij, vel gabellarij suos esse debitores, vel contra pacta sua fecisse, citari, & requiri faciant corã potestate, vel iudicibus ciuitatis Parmæ, seu Referendario, vel iudice generali gabellæ grossæ dicti cõis; non obstantibus aliquibus statutis reformationum, seu ordinamentis cõmunis, & populi Parmæ; aut pactis, & conuentionibus initis, factis, & faciendis sub quacunq; conceptione verborum inter agentes pro ciuitate cõmunis, & populi Parmæ, & ipsos datiarios; & hoc statutum non possit tolli, nec suspendi modo aliquo in locatione, vel conductione alicuius datij, vel gabellæ, nec ante, vel postea. Quæ omnia, & singula teneantur, & debeant potestas, & Referendarius obseruari facere præcisè, in pœna, & sub pœna quinquaginta librarum Parmeñ. sui salarij soluendarum communi Parmæ.

Quòd solo modo res quæ deferri prohibentur, perdantur, & publicentur.

VT pœna ĩmoderata nõ auferatur aliquibus, statutum, & ordinatũ est, q̃ si aliquis portabit, vel deferret super plaustrum, equũ, equã, mulum, vel mulã, asinũ, vel asinã, seu super quodcunq; aliud animal, vel in manu, vel in alia quacũq; re, seu artificio frumentũ, vinũ, caseũ, carnes, seu quid aliud cuiuscũq; cõditionis rer⁹, intra, seu extra portas ciuitatis, & burgor⁹ Parmę, cõtra, & aduersus aliquos, seu aliqua pacta inita, & facta, seu fieda inter cõe Parmæ, & agẽtes p̃ ipso cõi, vel alios datiarios, vel gabellatores dictę ciuitatis; tale frumentũ, vinũ, caseus, carnes, seu quodcũq; qualis sit, vel fuerit, res illa quæ, vel quod sic portabit, vel deferet intus, vel extra ciuitatẽ, vel burgos dictæ ciuitatis solo modo publicet, & deueniat in cõe Parmę, & plaustrũ, seu animal, seu quodcunq; artificiũ sup quo portabit, vel cũ quo deferetur ipsum frumentũ, vinũ, caseus, vel carnes, aut res quælibet non publicet, nec deueniat in cõe Parmæ, aut in aliquos datiarios, gabellatores, cõductores, vel emptores alicuius datij, vel gabellę dictæ ciuitatis; sed potius ipsum plaustrũ, vel animal reddat, & restituatur ei cuius fuerit, & nõ veniat in cõmissum; & p̃dicta oĩa, & singula teneat obseruare, & obseruari facere potestas Parmæ, & Referendarius, & iudex gabellæ cũ effectu, nõ obstantibus aliquib⁹ statutis, p̃uisionibus, & reformationib⁹ dictæ ciuitatis, aut pactis factis, initis, & fiendis inter cõe Parmæ, & agentes pro ipso cõi, & alios datiarios, vel gabellatores dictę ciuitatis.

Quòd extrahentes bestias tempore autumnali de terris militum, ducentes eas ad inuernandum extra episcopatū Parmæ, & postea eas reducentes, nihil soluant pro introitu, vel exitu.

CVm cõtingat homines terrarum militū episcopatus Parmæ, iuxta alpes singulis annis tẽpore autumnali necessariò extrahere de episcopatu Parmæ suas bestias, & ipsas conducere ad alienas partes extra episcopatum Parmæ causa inuernandi, & pasculandi ipsas in illis partibus, ex eo q̃ eas in episcopatu, & districtu cõis Parmæ, & in partibus suis non possent inuernare, nec pascere propter ariditatem hyemis, & cõtrarię animo, & intentione ipsas redeundi, & reuertendi in prædictum episcopatum Parmæ ad herbam nouam ipsis bestijs inuernatis; & sic in dicto tempore reducunt in episcopatū Parmæ cum magno commodo ciuitatis, & episcopatus, propter lanas, agnos, capretos, castronos, & caseos, quas, & quos in dictā ciuitatem, & episcopatum descendunt, & de iure non intelligant ipsas extraxisse, & recessisse de episcopatu Parmæ, quando extractæ sunt animo redeundi. Statutum est, quod tales homines pro ipsis bestijs reducendis in episcopatu Parmæ ad herbam nouam, nihil soluere teneãtur pro introitu, & exitu episcopatus Parmæ; dum tamen anteq̃ exeant de episcopatu Parmæ, præstent bonos, & idoneos fideiussores corã vicario D. potestatis, præsentibus, vel citatis conductoribus introitus, & exitus, qui p̃ tempore fuerint, de reducendo ipsas bestias in episcopatu Parmæ ad herbã nouam; & possint omnes de episcopatu, & districtu Parmę ducere eorum bestiamina ẽt extra episcopatum Parmæ causa pasculandi, & etiã inuernãdi; dummodò eis pasculatis, & inuernatis reducant omnes, & natas, & natos ex eis in episcopatu, vel districtu Parmæ; & de & pro hoc prius præstẽt idoneos fideiussores vt supra congruè referendo, absq; aliqua solutione fiẽda; non obstantibus aliquibus pactis factis, vel fiendis.

De securitate præstanda a malgarijs forensibus.

QValiter malgarius forensis volens tenere pecudes, & alias bestias grossas, & minutas in episcopatu Parmæ debeat dare securitatẽ de omnibus fructibus, & prouentibus ipsarum bestiarum vendẽdis in ciuitate, & episcopatu Parmę, & nõ ducendis, nec portandis alibi extra episcopatum Parmæ; & quæ securitas scribatur in libro communis ad voluntatẽ potestatis, & qui repertus non fuerit scriptus in dicto libro, non possit eas tenere in epatu Parmæ; & qui contrafecerit soluat pro banno p̃ quolibet, & qualibet vice centum soldos Parmeñ. & totidem soluat qui eu tenuerit super suas possessiones proprias, vel conductas; & D. potestas de mense Februarij teneatur hoc facere cridari publicè, & minutim.

De

De ordine alienationum.

STatutũ, & ordinatũ est, q̃ si aliqua p̃sona, collegiũ, vel vniuersitas decætero voluerit vẽdere alicui p̃sonæ, cõi, collegio, loco, vel vniuersitati ciuitatis, aut district⁹ Parmæ aliquã rẽ immobilẽ, q̃ possideat, & possederit p̃ duos annos ad min⁹ ante cõparitionẽ de qua ĩfra dr̃; volẽs gaudere beneficio huius statuti, debeat anteq̃ vẽdat p̃sonaliter, vel p̃ p̃sonam ad hoc speciale mandatũ habentẽ, cõparere corã ipso D. vicario, vel eius locũ tenente D. potestatis Parmæ, vel corã ei⁹ locũtenente, & ibidẽ ĩ scriptis dare, & suo sacramento affirmare, q̃ vult vẽdere rẽ immobilẽ, declarando illã p̃ locum, siue sitũ, contratas, & cohærentias, & ẽt p̃ numerũ bobulcarũ, vel circa, congrua congruis referendo, & ipsãm talẽ scripturã dimittere notario officialis in libro ponendã; saluo semp̃ vt infra dicẽt; & q̃ inde talis p̃sona, cõe, collegiũ, vel vniuersitas, q̃ vt p̃mittit vendere voluerit, & in scriptis detulerit, procuret, & faciat cũ effectu, q̃ crida, seu proclamatio sono tubæ p̃missо fiat mandato ipsius vicarij, corã quo cõparuerit ad dandũ in scriptis vt supra, seu eius succesoris, vel locũtenentis publicè ad scalas palatij vtriusq; cõis, & sub palatio veteri cõis Parmæ hora tertiarũ, vel circa, vel hora vesperarũ, vel circa, & de die clara; & ẽt in contrata illius qui vendere voluerit, & ẽt in contrata, vel vicinia vbi erit res vendenda si fuerit in ciuitate; & hæc oĩa in p̃sentia trium testium, & ẽt tribus vicibus in vna hebdomada diuersis diebus, & alijs tribus vicibus in alia hebdomada sequenti diuersis diebus, & vna vice in altera in ipsis hebdomadis, in terra, seu villa, in cuius territorio sunt bona vendenda, in publica platea ipsius terræ, proclamãdo effectualiter sicut ipsa talis p̃sona, cõe, collegiũ, vel vniuersitas dedit in scriptis, & suo sacramento affirmauit corã ipso vicario, vel ei⁹ successore, vel eius locũtenente se vendere velle ipsã talẽ rem immobilẽ, cum declaratione præmissa de loco, contrata, cohærentijs, & numero bobulcarũ, vel circa; & q̃ si qua p̃sona, cõe, collegium, vel vniuersitas est volẽs dicere se habere, vel habens, vel habere prætendens ius aliquod in ipsa tali re vendenda, vel parte aliqua ex ea, debeat infra tres menses post ipsas oẽs p̃clamationes immediatè sequentes, per se, vel alium eius noĩe, & p̃ eo corã ipso vicario, vel eius successore, vel locumtenente comparere, & in scriptis dare, & ostendere ipsum tale ius, quod in ipsa, aut super ipsa re, vel aliqua parte ex ea re habet, seu prætenderet se habere dimissis copijs ipsius p̃clamationis fiendæ ad scalas vtriusq; palatij; videlicet, vna pro qualibet scala, alia ad dictam contratam venditoris, alia ad ecclesiam venditoris, & alia ad ecclesiam dictæ terræ, in qua seu cuius territorio erunt bona prædicta; si ipsa terra ecclesiam habuerit, & si non habuerit ecclesiam, ad plateã, seu carobium, vel locũ magis publicũ dictæ terræ, vel villæ, & alia ad dictam rem vendendam si fuerit in ciuitate, & quæ cridæ, & earum relationes,

&

& impoſitiones poſſint fieri quolibet die feriato, & nõ feriato, niſi fuerint feriæ in honorẽ Dei, vel Sanctorũ eius introductæ, ſaluo ſemp vt infra dicetur, & q; ſaltim ſemel in terminis dictarũ cridarũ duarũ hebdomadarũ prędictarũ, citent duo ex p̃eximioribus vicinis cõfinantibus rei vendendæ laicis; & ſufficiat ſemel affigi, & dimitti in locis prædictis copias ipſarũ p̃clamationum, in alia ipſorum ſex dierum, quibus fient ipſæ cridæ; ita tñ, q; dicti tubatores teneantur aliquo continuo ſpatio tubã qua ſonant, in ſuprascriptis citationibus pluries ſonare, vt congregentur, & congregari poſſint audientes, & ad noticiam circunſtantium veriſimiliter peruenire poſſit.

Itẽ quod factis proclamationibus antedictis, & elapſo eo termino triũ menſium, ſi qua perſona, cõe, collegiũ, aut vniuerſitas nõ comparuerit ad dandũ in ſcriptis, & oſtẽdendũ eius ius quod haberet, vel habere prætenderet, per ſe, vel aliũ, in & ſuper dicta re immobili, aut aliqua parte ipſi⁹ vt ſupra, q; eo caſu ipſa talis p̃ſona, cõe, collegiũ, aut vniuerſitas, quæ vt p̃mittit vendere voluerit vt ſupra, poſſit ipsã talem rẽ, & qualibet partẽ ipſius vendere, liberè, & abſq; eo q; dare teneatur fideiuſſorẽ; & ipſa venditio poſſit liberè vt ſupra fieri, abſq; eo q; emptori, ſeu emptoribus, vel eius hæredibus, vel ſucceſſoribus poſſit vllo tpe aliquid peti, vel aliqua q̃ſtio moueri ſuper ipſa tali re, aut eius occaſione, p aliq̃ perſonã, cõe, collegiũ, vel vniuerſitatẽ, q̃ habuiſſet, vel p̃tenderet habuiſſe aliquod ius in ipſa tali re, vel aliqua parte ipſius, & non cõparuerit, & ius ſuum in ſcriptis non dederit, & oſtẽderit vt ſupra in prædicto termino; nec per eorũ hæredes, ſcilicet, p aliquo iure q; habuiſſet, vel habuiſſe p̃tenderet ante dictã venditionẽ fiendã; immo ẽt ipſa talis res aliter vẽdita, eo caſu ſit, & eſſe intelligatur libera ab omni onere obligationis, & hypothecæ, & etiã a quacunq; perſona, & perſonis, cõi, collegio, & vniuerſitate, & irreuocabiliter ſint emptoris, ſeu emptorum; dummodò ipſa vẽditio fiat infra vnum annum, poſt ipſas omnes proclamationes factas in dictis duabus hebdomadis; & venditor promittat, & teneatur, ac remaneat perpetuò obligatus de euictione generali rei vendendæ, non obſtante aliquo pacto, vel aliquo alio facto, vel fiẽdo, per & inter venditorem, & emptorem, vel aliter qualitercunq;, nec ſufficiat pactum, quod non teneatur niſi pro ſe, & ſuo facto.

Item etiam eo intellecto, q; ſi qua perſona, commune, collegiũ, vel vniuerſitas prætenderet ius acquiſiuiſſe, in & ſuper ea re, vel aliqua parte ipſi⁹ ab eo vendenda a die proclamationis, vel alicuius earum vſq; ad diem dictæ venditionis fiende, q; ipſum tale ius non poſſit emptori prædicto, vel eius ſucceſſori obeſſe, per reſpectum ad ipſam rem vendendam, modo, & forma prædictis. Saluo tamen cuilibet iure quod haberet, vel habere prętenderet, mediatè, vel immediatè tempore ipſius emptionis; ac etiam vel ab inde in antea ab emptore, ſeu emptoribus contra ipſum emptorem, ac etiam alia ſua bona, & ſaluo ſemper vt infra dicetur.

Si

Si verò infra tempus prædictũ ipſorum trium menſium cõparuerit aliqua perſona, vna, vel plures, cõe, collegium, vel vniuerſitas, ſuo, vel alieno noĩe ad dandũ in ſcriptis, & oſtendendũ ius ſuum, quod p̃tenderet habere, in aut ſuper ipſa re vendenda, vel aliqua parte ipſius vt ſupra continet; tunc & eo caſu venditio p̃dicta fieri poſſit liberè, vt p̃mittitur, ſaluo vt infra; ſed precium ipſius rei vendendæ penès aliquem bonũ, & ſufficiẽtem cãpſorem Parmę deponat, mandato dicti D. Vicarij, ſeu ei⁹ ſucceſſoris, vel locũtenentis in pecunia numerata tantũ, de quo depoſito fiat publicũ inſtrumentũ de ſcientia contradictoris cõparentis, vnius, vel pluriũ; & quod depoſitum campſor recipiens diſcuſſo de iure ipſius cõtradictoris, ſeu creditoris, compellatur realiter, & perſonaliter in pecunia numerata ad numerandum, & exburſandum illi, ſeu illis quibus per vicarium fuerit declaratum ſolui, & reſtitui debere, pro ratis, & portionibus declaratis, quod precium, ſeu depoſitum ſuccedat loco rei venditæ; & de eo diſponatur, & fiat inter eos qui comparuerint vt ſupra, prout infra alias fieri debuiſſet de iure de ipſa re vendita; & q; iurare debeant ipſi venditor, & emptor in inſtrumento venditionis, totã quantitatẽ verã precij pro qua res vẽdi cõtigerit; & q; ipſa vẽditio eſt bona, & vera, & non ficticia, nec ſimulata, nec in fraudẽ facta; & ſiue emptor tunc paratus apparuerit, ſiue non, nihilominus p ipſum vicarium, vel eius ſucceſſorem, ſeu locumtenentem, vel alium commiſſarium, poſſit, & debeat ad inſtantiam oĩum p̃dictorum qui cõparuerint vt ſupra, ẽt cuiuſlibet emere, & vendere volentis vt ſupra; & cuiuſlibet cuius intererit, vel alterius eorum, procedi, cognoſci, & terminari ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; & quanto ſummarius, & expeditius fieri poterit, & appellatione, & querela qualibet remota, & quolibet die feriato, & non feriato; exceptis feriis introductis ad honorem Dei, & ſanctorum eius, de iure cuiuſlibet ipſorum, qui vt præmittitur comparuerint; & ſuper præmiſſis omnibus taliter, & talem finem imponendo, q; ipſa venditio poſſit procedere, & effectum ſortiri, de precio, ſeu depoſito prædicto reſponderi, & ſatisfieri poſſit, & debeat illi, vel illis quibus de iure debebit, vel p̃ut declarabitur, & terminabitur vt ſupra. Et in caſu quo ipſa venditio non fiat, q; nihilominus ſimiliter, & eodem modo vt ſupra, cognoſci, & terminari poſſit, & debeat, de & ſuper ipſa re, & rebus vendendis vt ſupra, attribuendo cuicunq; ius ſuũ, ſingula ſingulis congruè referẽdo; ita etiam, & taliter, q; illi qui non comparuerint vt ſupra, nullũ ius habeant, vel habere intelligãtur ad ipſam talem rem vendendã, vel vẽditam forma prædicta, aut ad eius precium. Saluo tamen prout infra in dicto capitulo loquente de minoribus, & abſentibus continetur; & ſaluo q; partes, ſeu comparentes prædicti poſſint ſe ad inuicem componere, & oẽm compoſitionem, tranſactionem, & concordiam facere de prædictis; & eorum occaſione ad deciſionem, & concordiã, expeditionẽ, & declarationẽ p̃dictorum;

ctorum;& saluo iure cuilibet creditori comparenti vt supra, habendi, & possẽdi habere, & emere ipsam talem rẽ pro maiori precio si voluerit, quo casu ipse volens vendere, cogat ipsi creditori volenti emere; & ita sit ipsa res libera prout supra continet, si ipsa venditio facta fuerit; & si comparuerint plures creditores emere volentes, eo casu detur plus offerenti, & sit libera vt supra. Si verò infra ipsos terminos cridarum singula singulis referẽdo comparuerit aliquis per se, vel aliũ pro eo, qui ostenderit quouis modo rẽ vendendã esse suã, vel sibi pertinere iure dominij, vel quasi, vel vtili; tũc & eo casu ipsa res nõ vendatur, nec vendi debeat ipso comparente inuito.

Si verò comparuerit aliquis minor annis xxv. vel aliqua persona ꝓ eo, vel eius noĩe, asserens, vel ꝓtendens ipsum minorẽ habere ius in ipsa re pro eius tutela, vel cura nondũ finita, ꝙ eo casu, in eius minoris præiudiciũ nõ possit fieri ipsa vẽditio; & licet nõ comparuerit aliquis minor vt supra, vel aliqua persona pro eo, teneatur ipse tutor, vel curator qui talem venditionem facere voluerit, notificare D. vicario, vel eius locumtenenti, ꝙ ipse volens dictam venditionem facere, est tutor, vel curator talis minoris, qui vicarius, vel eius locumtenens ẽt ex suo officio, ipsum minorem, & duos minoris affines, ꝓpinquos ex parte patris; & his deficientibus, ex parte matris, quibus notificetur per dictum vicarium, vel eius locumtenentem, ꝙ talis venditio fieri debeat; & si dictus minor; vel aliquis ex dictis eius affinib' ꝓtestetur per modum supradictum, non valeat, nec fieri possit talis vẽditio in præiudicium ipsius minoris; & aliter venditio facta quam per modum, & formam prædictos non valeat in præiudicium dicti minoris.

Item ꝙ hoc statutũ, & alia suprascripta nõ se extendãt, nec locũ habeãt ad bona data, vel quæ darent in dotẽ, nec in bonis dotalibus; & hoc respectu ipsius dationis in dotẽ, & ẽt ad, vel, contra vxores, nurus, vel pronurus taliũ vendere volentiũ vt supra, constante matrimonio pro iure dotiũ suarum, vel rerũ parafernaliũ; nec extendatur ad filios, & descendentes talis vendere volentis, existentis in potestate ipsius vendere volentis tpe dictæ venditionis, quantum est pro dotibus quondam matris, vel auiæ, aut vxoris; aut alterius ascendentis, & pro quibuscunq; bonis, & iuribus ipsorũ filiorũ, & descendentium, & ipsis competentibus; nisi prædicta venditio fiat cum consensu legitimo, & expresso dictorum talium descendentium.

Item quòd res illa quam vendi contingat seruata forma huius statuti, non sit, nec esse intelligatur libera a seruitute, vel seruitutibus quibus subiacebat ante ipsam venditionem.

Item ꝙ minores annis xxv. & absentes a ciuitate, & epatu Parmæ, & etiã furiosi, aut mentecapti; necnon dñæ viduæ pro iure dotium suarꝫ, & rerũ parafernaliũ, necnon aliæ personæ habentes, seu habere prætendentes ius, aut actionem occasione administrationis alicuius tutelæ, seu curæ aut ius hypothecæ pro aliquo fictu liuellario, aut pro aliquibus legatis, fideicommissa-

missarijs institutionibus, vel substitutionibus testamentarijs, vel qualibet alia successione ex testamneto, vel ab intestato; & quilibet prædictorũ qui essent in casibus prædictis, vel aliquo eorum vt supra tempore proclamationis vt præmittitur fiendarum, habeant, & habere intelligantur spaciũ nouem mensium computandorum vt supra ad comparendum, & in scripris dandum, & ostendendum ius suum per se, vel alium eius nomine vt supra, singula singulis, & congrua congruis referendo, & ꝙ sufficiat; & similiter ostendi, & fieri possit, dummodò fiat, & obseruetur in omnibus, & per omnia vt supra continetur; & non intelligatur absens, qui intra mensẽ a tempore dictarum proclamationum, vel alicuius earum computãdum, reperietur fuisse, vel esse in ciuitate, vel episcopatu Parmæ.

Item ꝙ quilibet qui vt prẽmittitur comparuerit ad dandum in scriptis, & ostendendum ius suum, vel alterius eorum, iurare debeat, ꝙ id nõ facit per malitiam, nec in fraudem, nec animo impediendi malitiosè illam venditionem cuius occasione comparebit.

Item ꝙ ipsæ cridę habeantur pro solemnitatibus factis, si tubator, seu tubatores retulerint coram D. vicario, vel eius successore, vel locumtenente ad officium reformationum, se ipsas cridas feciſe iuxta formam prædictã, in qua relatione scribantur nomina ipsorum testium, in quorum præsentia factæ fuerint ipsæ cridæ; & ꝙ impositio, seu impositiones, quæ fient dicto tubatori, seu tubatoribus scribantur ad officium præmissum; & ꝙ relationes ipsarum cridarum ponantur ad ipsum officium reformationum infra octo dies post ipsas omnes cridas factas.

Item ꝙ ꝓ prædicta, vel aliquod prędictorum, nõ tollatur, nec auferatur ius aliquod communi Parmæ; nec sibi in aliquo præiudicetur, nec præiudicatum esse intelligatur.

Item per prædicta nõ præiudicetur, nec præiudicatum esse intelligatur aliquibus personis commorantibus in familia, & gubernatione illius, qui dictas cridas fieri fecerit ad vnum panem, & vinum.

Item ꝙ prædicta, vel aliquod prædictorum non habeant locum in illis, qui vendere, & emere volent cum fideiussoribus, etiam absq; beneficio dictarum cridarum; & non seruata forma prædicta.

Item ꝙ prædictus ordo de alienationibus obseruetur, & obseruari debeat, non obstantibus aliquibus ordinamentis, seu statutis communis Parmæ, etiam editis super ciuilibus causis terminandis, & decidendis, & ordo præsentis statuti, & effectus eiusdem, nõ opituletur, nec prosit vllo modo illis qui post cridas supradictas ad eorum instantiam factas reperti fuerint possidere per se, vel alium, bona, & res ad cridas venditas, & distratas, seu vt supra suppositas, per se, vel alium ad eius vtilitatem, & commodum, infra biennium a tempore finitarum dictarum cridarum.

De

De modo, & ordine procedendi, & perueniendi ad primum, & ad secundum decretum, & ad subhastationem bonorum.

AD tollendum omnia dubia, & opiniones doctorum; & ad hoc vt homines sibi debitum consequi possint sine longitudine temporis, statutum, & ordinatum est, q̃ si reus ad petitionem actoris citatus secundum formam statutorum huius voluminis; non comparuerit in termino citationis de eo factæ, & actor eius contumaciam accusauerit, & actor voluerit peruenire ad consequendum solutionem, seu satisfactionem, de & in bonis immobilibus dicti rei, de dictis denarijs, aut rebus in dicta citatione specificatis per modum primi, & secundi decreti; vel per modum subhastationis, decætero talis solemnitas obseruetur.

Quod adimpletis supra specificatis, actor faciat citare, seu ad instantiã actoris dictus iusdicens faciat citare ipsum reum personaliter, vel vt supra, in statutis loquentibus de citationibus, q̃ certa die, & hora, ipse reus corã dicto iusdicente debeat comparere ad instantiam dicti actoris, ad videndum produci per ipsum actorẽ corã dicto iusdicente, & contra ipsũ reum, quandã petitionẽ quã producere vult; & ipsa die, & hora ipse actor dictam eius petitionem producat corã dicto iusdicente, quæ contineat effectualiter sicut ipse actor accusauit contumaciã de ipso reo pro ipsa denariorꝫ, & rerũ quantitate; & q̃ petit a dicto iusdicente se mitti, & poni debere in tenutã, & corporalẽ possessionẽ ex primo decreto de bonis immobilibus dicti rei pro dicta denariorum, aut rerũ quantitate, & pro expensis factis, & fiendis, & ipsa petitio producatur corã ipso iusdicẽte in absentia dicti rei, si non comparuerit, vel in eius p̃tia si cõparuerit, & non contradixerit, & in casu quo ipse reus cõparuerit, non audiatur ad contradicendũ, nisi purgauerit dictã contumaciã, & restituerit expensas factas præmissis occasionibus; & præstiterit idoneum fideiussorem dicto actori, etiã per alium modum, q̃ p iuratoriã cautionẽ de iudicio sisti, & iudicato soluẽdo; & in casu quo dicta petitio producta fuerit in absentia dicti rei, vel in eius p̃tia nõ purgantis dictã contumaciã, nõ restituentis expensas, & non p̃stantis fideiussorẽ vt supra, postea q̃cunq; ad instantiã dicti actoris, ipse iusdicens faciat citare dictũ reum personaliter, vel vt supra, q̃ certa die, & hora coram ipso iusdicente debeat comparere, ad videndum, & audiendum ꝓferri per ipsum iusdicentem contra ipsum reũ, & in fauorẽ dicti actoris sententiam primi decreti, de bonis ipsius rei pro quantitate p̃dicta dictorũ denariorꝫ, aut rerũ, & expensarꝫ factarũ, & fiendarũ; & fieri cõmissionẽ de mittendo ipsum actorẽ in ipsam tenutã, & corporalẽ possessionẽ ex primo decreto; & ipsa die, & hora dictus iusdicens ipsam sententiam primi decreti ferre, & commissionẽ de mittendo ipsum actorẽ, vel legitimã personã pro eo in tenutã, & corporalẽ possessionẽ ex primo decreto de bonis immobilibus dicti

dicti rei, pro summa denariorꝫ, aut rerũ quantitate superius specificatarꝫ, & expensarꝫ factarꝫ, & taxandarꝫ, facere vni correrio cõis Parmæ teneatur; & hoc absente dicto reo, & citato vt supra, vel etiam præsente eo in casu quo nõ purget contumaciã, & non restituat expensas, & non satisfaciat vt supra.

Et subsequenter postea app̃hensa prius dicta possessione primi decreti, vel apprehensa ẽt p aliquẽ possessione, & tenuta ex causa iudicati, volenté sibi solui, vel ĩ solutũ accipe ẽt ex causa iudicati de bonis alicuꝰ, q̃cunq; ad instantiã actoris iusdicens absq; aliqua datione alicuiꝰ curatoris bonis rei, vel causæ, aut ꝓcessu, q̃ ĩ hoc casu dari nõ expediat, nec requiraꝫ, faciat citare ipsum reũ p̃sonaliter, vel vt supra, q̃ certa die, & hora ipse reus cũ suis cõfidentibꝰ corã dicto iusdicente debeat ad ipsos confidentes ꝓducendos in scriptis, & ad videndũ eligi p ipsum iusdicentẽ tres æstimatores, q̃ æstimẽt talia bona ĩmobilia, in & de quibꝰ ipse actor ex parte dicti iusdicẽtis missꝰ est ĩ tenutã, & corporalẽ possessionẽ ex primo decreto, vel ex causa iudicati cõgruè referendo, ꝓ dicta rerꝫ, aut denariorꝫ sũma; & ꝓ expensis factis, & fiendis de confidentibꝰ ipsius actoris, & dicti rei, in casu quo ipse reꝰ ꝓducat ipsos in scriptis, & alias de confidentibꝰ tm̃ dicti actoris, dicta quoq; die, & hora ipse iusdicens ad instantiã dicti actoris ipsos æstimatores eligat de confidentibus ipsarꝫ partiũ, vel de confidentibus tm̃ dicti actoris, in casu quo reus non cõpareat, vel confidentes suos in scriptis non producat; & ipsos æstimatores eligat, aut ipso reo p̃nte, vel absente vt supra; & postea ipse iusdicens p̃ntibus, aut absentibus partibus, aut altera ipsarꝫ, deferat sacramentum dictis æstimatoribus, q̃ æstimabunt ipsa bona benè, & diligẽter, bona fide, sine fraude, remotis odio, prece, & precibus; & eis p̃cipiat, q̃ æstimũ ipsorꝫ bonorum eidem referant; & facta relatione de dicto q̃stimo ipsi iusdicenti p ipsos æstimatores, dictus iusdicens ad instantiã dicti actoris, debeat intimari, & notificari facere dicto reo personaliter, vel vt supra æstimũ dictorꝫ bonorꝫ factu p ipsos æstimatores; & facere p̃cipi ipsi reo p̃sonaliter vt supra, si vult cõtradicere, ne p ipsum iusdicentem dent̃, & adiudicent̃ in solutum ex secundo decreto, vel ex causa iudicati vt supra, dicto actori ipsa bona ꝓ ipso æstimo ꝓ dicta summa denariorꝫ, aut rerꝫ, & expẽsarꝫ factarꝫ, & fiendarꝫ, certa die, & hora, corã dicto iusdicente debeat cõparere ad dicendũ, & contradicendũ quicquid vult, & ẽt notificari facere publicè p tubatorẽ sono tubæ p̃misso sup̃ scalis palatiorꝫ, & sub palatio veteri dicti cõis, oĩbus generaliter declaratiuè de bonis æstimatis, & quorum fuerint, & de æstimo de eis facto; & moneri, & citari oẽs ad certũ terminũ, q̃ non minus sit quinq; dierꝫ, qui plus offerre voluerint in bonis ipsis, q̃ sint æstimata, ad comparendũ corã ipso iudice, & ad plus offerendũ quicquid voluerint; & si ipsa die, & hora dictus reus comparuerit, & contumaciam purgauerit, & restituerit cum effectu oẽs expensas ab inde retrò factas, & idoneum fideiussorẽ p̃stiterit vt supra; non tm̃ per iuratoriã cautionẽ de iudicio

dicio ſiſti,& iudicato ſoluendo audiatur; & ſic proceſſus ab inde retrò fa-
ctus annulletur,& ipſe actor iure ſuo contra ipſum reum vtat; & ſi aliquis
cõparuerit ad plus offerendum,& plus obtulerit,audiatur, & ſcribat quic.
quid dixerit,& ipſi plus offerenti dentur ipſa bona; niſi ipſe procedens ad
ſm decretum,vel vt ſupra,ipſa bona maluerit in ſolutũ pro eo pluri, ꝙ vt
præmittitur oblatum fuerit,& in caſu quo dictam contumaciam non pur
gauerit,& expenſas prædictas non reſtituerit, & dictum fideiuſſorem non
præſtiterit,vel in termino dicti præcepti non comparuerit; ipſe reus, nec
aliqua alia perſona vt ſupra monita, vel citata,& ipſe actor etiam accuſaue
rit tunc contumaciam de ipſo reo, & de aliꝭ citatis non comparentibus,
poſtea quandocunq; tempore tamen iuridico, ad inſtantiam dicti actoris
dictus iuſdicens recipiat,& habeat fidem per inſtrumenta,aut inſtrumen
tum,ſeu per teſtes,aut aliter de dictis denarijs,aut rebus debitis ipſi actori
ab ipſo reo,vel ſicut apparet ipſum actorem ipſos denarios, aut res habere
debere ab ipſo reo,ad quam fidem recipiendam,& habendam per inſtru-
menta,aut inſtrumentum,ſeu teſtes,aut aliter debeat ſtatim citari ipſe re⁹
perſonaliter,vel vt ſupra;videlicet,ad videndum produci ipſum inſtrumẽ
tum,aut inſtrumenta,vel iura,aut ad videndum iurare teſtes, qua citatio-
ne de ipſo reo facta,dicta fides haberi,& recipi debeat per ipſum iuſdicen-
tem ipſo reo pñte,ſeu abſente,& contumace; & habita,& recepta ꝑ ipſum
iuſdicentem fide de ipſo debito,ſeu de eo quod aſſerit actor habere debere
ab ipſo reo per inſtrumenta,ſeu teſtes,vel aliter,etiam dictis teſtibus,& eo
rum atteſtationibus publicatis,vel non, cum ſemper publicata ſint penes
iuſdicentem; poſtea quotienſcunq; ad inſtantiam dicti actoris prædictus
iuſdicens teneatur,& debeat ipſa bona pro æſtimo de eis facto, tanquam
de bonis dicti rei adiudicare in ſolutum ex ſecundo decreto, vel ex cauſa
iudicati vt ſupra dicto actori,pro ſumma dicti debiti, & pro expenſis inde
factis,quas taxare teneatur,& ſententiã ſecundi decreti, & adiudicationis,
vel dationis in ſolutũ ex cauſa iudicati vt ſupra contra ipſum reum ferre.
Ad quã ſententiã ſecũdi decreti,vel vt ſupra audiendã ꝓferri p ipſum iuſdi
centẽ,dict⁹ reus citari pemptoriè debeat perſonaliter, vel vt ſupra ex parte
dicti iuſdicentis; & q̃ ſententia ſecundi decreti,& adiudicatio,& vt ſupra,
fiat,& fieri debeat p ipſum iuſdicentem dicto reo pñte, aut abſente cum ci
tatus fuerit vt ſupra;hoc intellecto,& declarato,ꝙ ſi reus citatus ad audien
dũ ꝓferri dictam ſententiã ſecundi decreti, vel vt ſupra, in termino ipſius
citationis cõparuerit,& purgauerit cõtumacias ab inde retro de eo accuſa
tas,& reſtituerit cũ effectu oẽs expẽſas ab inde retro factas occaſione dicti
ꝓceſſus,& pſtiterit idoneũ fideiuſſorẽ aliter,q̃ ꝑ iuratoriã cautionem vt ſu
pra dicto actori de iudicio ſiſti,& iudicato ſoluendo vt ſupra, ꝙ ipſe iuſdi-
cens dictã ſententiã ſecũdi decreti,& adiudicationẽ ꝑdictã, & vt ſupra ali-
qualiter ferre;& facere nõ debeat,ĩmo proceſſum inde factũ annullare de-
beat.

beat.Si vero bona ꝑdicta ſm æſtimũ de eis factum aſcenderent ad maiorẽ
ſummã,q̃ ſit debitũ de quo ſit facta fides vt ſupra, & expẽſæ ex inde factę;
tunc ipſe iuſdicẽs debeat adiudicare ſolẽnitatibus ꝑdictis ſeruatis ipſi acto
ri tot de bonis ꝑdictis, q̃ ſm æſtimum de eis factũ aſcendant tm ad q̃titatẽ
dicti debiti,& expenſarũ,q̃ bona ſic ĩ ſolutũ habita ex ſecundo decreto, vel
vt ſupra,ipſo iure,& facto fiãt,& ſint dicti actoris; & ea ipſe actor tenere,
poſſidere,& vſufructuare poſſit,& valeat ꝑ ſua,& tanq̃ ſua; & fruct⁹ eorũ
lucret,& ipſa vẽdere,& alienare,ac de eis diſponere valeat,& poſſit pro vt
ſibi placuerit,in ꝑiudicium dicti rei,& ẽt oĩum ad prædicta in ſpecie, &
noĩatim citatorũ non cõparentiũ,& non contradicentium in oĩbus, & per
oĩa,ac ſi ipſa bona in ſolutum ex ſecundo decreto,vel vt ſupra obtinuiſſet,
quacunq; iuris ſolemnitate ſeruata. Et habens ipſa bona in ſolutum ex ſe-
cundo decreto,vel vt ſupra,ſeruato ordine ſupraſcripto,ipſa bona habeat,
& habere intelligatur in ſolutũ ex ſecundo decreto vt ſupra; ritè, & rectè,
& quacunq; ſolemnitate iuris ſeruata;& dictus proceſſus primi, & ſecun
di decreti, vel vt ſupra poſſit fieri in duobus menſibus contiguis, vel in bre
uiori,aut lõgiori termino ad inſtantiã dicti actoris,ſeruatis tm ſolemnitati
bus ſupraſcriptis;ita tm q̃ ĩ ipſis primo,& ſecũdo decretis, vel vt ſupra,non
currat,nec requiratur aliqua tpis inſtãtia;ẽt ſi de aliqua iſtãtia i⁹ diſponeret.
Ante autem q̃ ipſe actor ipſa bona in ſolutum ex ſecundo decreto, vel vt
ſupra obtinuerit,fructus eorum non lucretur;ſed ſi quos ex eis perceperit,
in debito eidem computentur,& computari debeant.

Si verò aliquis habere debeat,vel habere ſe ꝓtendat aliq̃ quantitatẽ de-
nariorũ,aut rerũ ab aliquo defuncto,ſeu ab eius hærede occaſione dicti de-
functi,& in hæreditate dicti defuncti,& velit cõſequi ſolutionẽ,& ſatisfa-
ctionẽ ĩ bonis hæreditatis dicti defuncti de ipſis denarijs,aut reb⁹,& igno
ret,aut ſe ignorare dicat,quis ſit hæres ꝑdicti quondã defuncti; talis ordo
obſeruet,videlicet,ꝙ ad inſtantiã dicti creditoris,ſeu ſe creditorẽ ꝓtẽdẽtis,
iuſdicens ꝑ vnum ex tubatoribus dicti cõis ſub palatio veteri cõis Parmæ,
& ſup ſcalis vtriuſq; palatij,& ẽt ſup ſcalis olim D. capitanei,in vicinia, ſeu
terra,aut villa in qua defunctus tpe mortis ſuæ habitabat,ſi in ciuitate, vel
ẽpatu Parmæ deceſſerit,alias in vicinia ciuitatis Parmæ, vel villa ĩ qua vlti
matè habitauerit per reſidentiam tpe vitæ ſuæ,faciat fieri palã publicè,&
alta voce ſono tubæ ꝑmiſſo,vt moris eſt;cridam,ꝓclamã citationem,& re
quiſitionẽ,ꝙ ſi eſt aliqua ꝑſona,cõe,collegium,locus,vel vniuerſitas,quæ
ſit,vel eſſe velit hæres ꝑdicti quondã defuncti,vel quæ velit ꝓ eius hærede
reſpõdere,vel q̃ velit,& intendat eius hæreditatem,res,& bona defendere;
vel q̃ velit,& intendat aliquid dicere,contradicere,opponere, vel allega-
re;aut quæ ſua putat aliqualiter intereſſe,ne ipſe creditor, ſeu ꝓtendens ſe
creditorem,mittat,ponat,& inducatur ex parte, & mandato dicti iuſdi-
centis in tenutã,& corporalem poſſeſſionem ex primo decreto,bonorum

dictę hæreditatis ꝑdicti quondā defuncti ꝓ tanta denariorꝫ, aut rerū quāti
tate, & pro expensis factis, & fiendis, certa die, & hora, qui terminus nō sit
minor quinq; dierꝫ continuorꝫ, corā dicto iusdicente debeat legitimè cō-
parere, ad respōdendum de iure dicto actori, sup eo quod in dictis bonis, &
hęreditate petere vult, pōt, & intendit in ꝑdictis, & ad totā causam. Et simi
liter faciat citare p vnum ex correrijs cōis Patmæ duos, aut tres ex vicinis
viciniæ, aut villæ in qua dictus defunctus habitabat vt supra, si sunt hæ-
redes ꝑdicti quondā defuncti, & cætera; prout in forma suprascriptæ procla-
mæ, & citationis continet; & si in termino dictæ proclamationis, & cita-
tionis aliquis cōparuerit ad respondendum ꝓ hærede, vel ad contradicen
dum vt supra, quæstio inter eos diffiniat, & seruato modo, & ordine supe-
rius in ordine ciuilium causarꝫ specificato Et si aliquis non cōparuerit die,
& hora in ipsis proclamationibus, & citationibus specificatis, actor accu-
set contumaciā de oībus citatis in genere, & in specie; post quæ iterato ad
instantiam dicti actoris ex parte dicti iusdicentis, fiat alia proclamatio, ci-
tatio, crida, & requisitio p vnum ex tubatoribꝰ dicti cōis in locis ꝑdictis, &
modo supra specificato, ꝙ si est aliquis qui sit hæres ꝑdicti quōdam defun
cti, vel velit ꝓ eius hærede respondere, vel velit eius hæreditate, res, & bo-
na defendere, aut si sua putat aliqualiter itereſſe, vel aliquid opponere, vel
allegare, ne ipse actor mittat, & inducat ex parte dicti iusdicentis in tenu-
tā, & corporalē possessionē ex primo decreto bonorꝫ hæreditatis dicti quō
dā defuncti pro dictis denarijs, aut rebus, & pro expensis factis, & fiendis,
certa die, & hora corā ipso iusdicente debeat cōparere, ad vidēdum, & au-
diendum ꝓferri p ipsum iusdicentē ipsā sententiā primi decreti; & ēt ex par-
te dicti iusdicētis citent p vnum ex correrijs dicti cōis, ꝑdicti duo, aut tres
vicini viciniæ, aut terræ in qua dictus defunctus habitabat vt supra, prout
in tenore suprascriptæ proximæ proclamationis, & citationis continet; &
si ipsa die, & hora aliquis comparuerit ad aliquid cōtradicendum tali mo-
do, & forma, ꝙ de iure debeat audiri, & admitti restitutis expensis, & præ-
stita fideiussione vt supra, iterato quæstio inter eos terminet, & diffiniat vt
supra. Si verò nemo comparuerit contradictor ipsa die, & hora, dictꝰ iusdi
cens ad instantiā ipsius actoris ipsam sententiā primi decreti ꝓferat in fa-
uorē dicti actoris; & committat vni ex correrijs dicti cōis, vt ipsum acto-
rem mittat, ponat, & inducat in tenutā, & corporalē possessionem ex pri
mo decreto bonorꝫ hæreditatis dicti quondā defuncti pro prædictis dena
rijs, aut rebus, & pro expensis factis, & quæ fient taxandis vt supra; & præ-
dicta vendicent sibi locum in rebus mobilibus, & se mouentibus.

Post quæ apprænsa prius dicta tenuta primi decreti, vel apprænsa
ēt possessione, & tenuta ex causa iudicati p aliquem volētem sibi solui, vel
in solutū accipere ex causa etiam iudicati de bonis alicuiꝰ defuncti, vel hæ
reditatis iacentis, actor volens peruenire ad accipiendum bona prædicta
in

in solutū ex secundo decreto, vel ex causa iudicati vt supra, instet cū dicto
iusdicente, ꝙ ꝓ ipsum iusdicentem ad instantiam dicti creditoris detur cu
rator hæreditati iacenti ꝑdicti quondam defuncti, saltim specialis ad hoc,
qui curator specialis non teneatur cōficere inuentarium; sed generalis sic;
quo curatore sic dato, ipse actor procedat contra ipsum curatorem ad ac-
cipiendum, & causa accipiendi, seu obtinendi ꝑdicta bona in solutum ex
secundo decreto, vel ex causa iudicati vt supra, pro vt superius est facta mē
tio de ꝓcedendo contra reū causa accipiendi, seu obtinendi ꝑdicta bona
sua, seu de bonis suis in solutū ex secundo decreto, vel vt supra quo ad ele-
ctionē æstimatorꝫ. Et ad æstimū fiendū, & ad æstimi intimationē, & noti-
ficationem, ꝓceptum, ad fidem faciendū de credito suo, ad obtinendū sen
tentiā secundi decreti, vel vt supra; & ad ea oīa, & singula faciendū, de qui-
bus in dicto ꝓcessu fiendo contra ipsum reū dicta occasione habetur men
tio, vbiq; congruè referēdo, qui ꝓcessus fieri possit in termino, & in oībus
prout superius de processu facto cōtra reū continet. Et bona sic in solutum
habita ex secundo decreto, vel vt supra cōtra ipsum curatorē, ipso iure, &
facto efficiant, & sint dicti actoris; & ea bona ipse actor tenere, possidere,
& vsufructuare possit, & fructus lucrari, & ipsa vēdere, alienare, & de ipsis
disponere possit, & valeat in ꝓiudiciū hæredū ꝑdicti quondā defuncti, &
oīum in specie citatorꝫ in dicto ꝓcessu; quemadmodū si ipsa bona in solu-
tū obtinuisset ex secūdo decreto, vel vt supra, quacunq; solēnitate iuris, &
a iure requisita seruata; & talis ꝓcessus primi, & secundi decreti, vel vt su-
pra, modo, & forma prædictis factus sit, & esse intelligatur, ritè, & rectè fa-
ctus, & valeat, & teneat, ac roboris firmitatem perpetuam habeat in oībus,
& per omnia, ac si factus fuisset omnibus solemnitatibus iuris seruatis.

Itē statutū, & ordinatū est, ꝙ suprascriptū statutū de modo procedendi
ad primum, & ſm decretū, & ꝑdicta in eo contenta vendicent sibi locum,
& seruentur in oībus causis, & casibus, in quibus de iure cōi est ꝓmissū ꝓ-
cedi ex primo, & secundo decreto, & ꝑdicta supra disposita. Si verò credi-
tor, vel actor debitore suū, vel reum pignorari fecerit ꝓ summa denariorꝫ,
& rerū in citatione specificatarꝫ, & de quo debitore, aut reo pignorando li
centiā obtinuerit ad instantiā ipsius actoris, siue creditoris, dictus iusdicēs
debeat ꝑcipi facere dicto debitori, seu reo pſonaliter, vel vt supra, ꝙ infra
tres dies ꝓximè subsequentes a die dicti ꝑcepti debeat recuperasse ipsū pi-
gnꝰ sibi pignoratū; & creditori, seu actori ꝑdicto soluisse id totū, ꝓ quo ip-
se debitor, aut reus fuerit pignoratus, & expensas factas ab inde retro, aliàs
ipsi creditori, seu actori dabit licentia de pollendo ipsum pignus ꝑpignare,
penes quēcunq; mutuatorē, aut vēdere, vel alienare ꝓ ꝑdictis denarijs, de
quibꝰ ipsū debitorē, seu reū pignorari fecerit, & ꝓ expēsis; & in casu quo ip
se debitor, seu reus dictū pignus ī termino ꝑdicto no recupauerit, & dictos
denarios cū expensis non soluerit ipsi creditori, ꝑdictus iusdicens teneat,

& debeat ad instantiã dicti creditoris, seu actoris, licentiã cõcedere ꝑdicto creditori, aut actori de ipignando, & vendendo, seu alienãdo dictũ pignꝰ & ꝙ impignari possit ét sub vsuris, & expensis dicti debitoris, seu rei pignꝰ ꝑdictũ, quod eidẽ fuerit pignoratũ ꝓ sorte, & expensis, quod pignus per ipsum creditorẽ, seu actorẽ ꝑmissa occasione ipignari, & alienari possit ꝓ dicta sorte, & expensis, ipso debitore, seu reo pñte, vel absente ét nõ citato. Et si contingeret ipsũ pignus ꝑdi penes ipsũ mutuatorẽ, vel ꝑ ipsum mutuatorẽ vendi, hoc cedat dãno, & ad dãnũ dicti debitoris, seu rei; si verò ꝑdictus creditor, seu actor, ꝑdictũ pignus ad ipsius instantiã pignoratũ voluerit facere impignari; aut quia sup eo non possent reperiri tot denarij, qui ascendant ad summã dicti debiti, vel alia occasione, sed potius voluerit puenire ad ipsum pignus accipiendũ in solutũ; tunc & eo in casu in quãtum dicta pignoratio facta fuerit ꝓ quantitate, seu summa libr. v. imperialiũ, & ab in de supra, & non infra, in prædictis procedatur sm̃ modum, & formã superius specificatam in modo accipiendi bona ĩmobilia in solutum ex secundo decreto. Et talis processus modo, & ordine prædicto factus sit, & esse intelligatur ritè, & rectè factus, & valeat, & teneat, ac roboris firmitatẽ perpetuã obtineat; ac si in eo seruatæ fuissent quæcunq; solemnitates a iure requisitæ. Si verò dicta pignoratio facta fuerit a libr. v. imperialiũ infra; tunc & eo casu procedatur, & ꝓcedi possit in prædictis summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, & in quam breuiori termino fieri poterit ad instantiam creditoris, arbitrio tñ iusdicentis; & quicquid iusdicens in hoc fecerit, & seu fieri fecerit, sit ius & pro iure debeat obseruari.

Ad euitandum damna quæ passi fuerunt ciues, & habitatores ciuitatis Parmæ, ac etiam districtuales, & habitatores ẽpatus Parmæ hactenus propter venditionem, seu alienationem bonorum suorum, ab subhastationem, seu incantum; & ad prouidendum indemnitati creditorum, & eorum qui debent aliquid habere à ciuibus districtualibus, & habitatoribus ciuitatis, districtus, & ẽpatus Parmæ, & alijs.

STatutũ, & ordinatũ est, ꝓ bono, & vtilitate ciuiũ districtualiũ, & habitatorꝫ ciuitatis, ẽpatus, & districtus Parmæ, ꝙ decætero subhastationes nõ habeãt locũ, & ꝙ D. potestas, & eius vicarij, & cæteri eius iudices, & officiales, & oẽs iudices, & officiales tã Illustris. D. nostri, quã cõis Parmæ, tam pñtes, q̃ qui pro tpe fuerint, nõ possint, nec debeãt ponere bona alicuius ciuis, & habitatoris ciuitatis Parmæ, & alicuius districtualis, seu habitatoris ẽpatus, seu districtus Parmæ, vel alicuius loci, collegij, vel vniuersitatis ad subhastationem, seu incantum pro vendendo, vel alienando, vel in solutũ dãdo ꝓ aliquo debito ad petitionem alicuius creditoris, vel qui se prætendat creditorem alicuius personæ, collegij, loci, vel vniuersitatis; & ꝙ si contrafactum fuerit, quicquid illud sit, & quocunq; modo factum,

factũ, nõ valeat, nec teneat, & sit nullius valoris, efficaciæ vel momẽti. Et ꝙ creditores volentes sibi debitũ cõsequi, possint, & valeãt, ac teneantur, & debeant illud consequi, percipere, & habere alijs iuris remedijs; videlicet, per viam primi, & secundi decreti; & alijs remedijs a iure, & per formam statutorꝫ, & ordinamentorꝫ cõis Parmæ permissis; accipiendo ea in solutũ ꝓ æstimatione fienda ꝑ bonos viros eligendos ꝑ creditores, & debitores, seu creditorẽ, & debitorẽ, & in casu discordiæ per vnum eligendum ꝑ illum ex prædictis officialibus, coram quo quæstio erit de confidentibus partiũ; & quos confidentes dictæ partes dare teneant, & debeãt; & ad hoc cõpelli possint ꝓ ipsum officialẽ, corã quo q̃stio erit, in tm̃ ꝙ concordẽt in vnum. Et in casu quo altera ipsarꝫ partium nollet, aut negligens esset dare suos confidẽtes, & tot numero quot altera pars, ꝙ tunc dictus dñus officialis possit, & debeat eligere vnum de cõfidentibꝰ partis, quæ daret suos, aut plures; & ꝙ tunc dictus dñs officialis possit, teneat, & debeat dare, & adiudicare in solutũ illa bona sic æstimanda, sm̃ æstimum fiendum ꝑ ipsos æstimatores sic electos, aut ꝑ maiorem partẽ ipsorum, addendo decẽ ꝓ quolibet centenario pro interesse creditoris, quod patitur, ex eo quia sibi nõ solvitur in pecunia numerata; sic tñ & taliter, ꝙ debitor habeat licentiã vniꝰ anni a die dictæ dationis in solutum, soluendo dicto creditori, seu creditoribus id quod habere debet, seu debeat; & ꝙ facta dicta solutione, dicta bona sic data in solutum dicto creditori, seu creditoribus ipso iure, & facto sint, & efficiantur ipsius debitoris, quo ad dominium, & possessionẽ, quẽadmodũ & sic vt erant ante dictã dationẽ in solutũ, & quod resoluatur, & resolutum esse intelligatur omne dominiũ, & ius, quod habuerit dictꝰ creditor, perinde, ac si nunquam aliquod dominium, vel aliquod ius acquisiuisset in dictis bonis; & ꝙ interim dictus creditor non habeat potestatem, auctoritatem, vel bayliam aliquam alienandi, vendendi, seu obligandi dicta bona in totum, vel in partẽ; & ꝙ oĩs alienatio, & obligatio sit iterdicta interim dicto creditore, seu creditoribus, durante dicto spacio dicti anni, & si aliqua alienatio, vel obligatio interim ꝑ dictum creditorem, vel creditores fieret, sit nullius valoris, efficaciæ vel momenti. Elapso verò dicto anno si debitor non soluerit dictum debitum, remaneant creditoris pro dicto æstimo, prout sibi data sunt in solutum; & interim omnibus prędictis casibus lucretur fructus dictorum bonorum sic datorum insolutũ dictus creditor, seu creditores; & prædicta supra dispositа intelligantur circa res immobiles, & non mobiles, & se mouentes.

Et ꝙ nullus debitor possit detineri pſonaliter, ad instantiã alicuiꝰ creditoris pro aliquo debito priuato, si debitor potuerit, & voluerit eidẽ creditori, & creditoribus satisfacere de bonis suis expeditis, in optione creditorũ vsq; ad integrã satisfactionem eius, ꝙ habere debebit, vel debebunt, & hoc cum effectu sm̃ æstimationem bonorꝫ virorꝫ eligendorꝫ per partes vt supra;

ſupra; & teneatur vtraq; ipſarum partium dare, & recipere dicta bona in ſolutum ſingula ſingulis congruè referendo, pro illo ęſtimo quo ęſtimabuntur per maiorem partem ipſorum ęſtimatorum ſic electorum; & hoc, non obſtante ꝙ debitor promiſſerit, ac etiam iurauerit ſoluere in pecunia numerata; ac etiam renunciauerit huic ſtatuto; & habeat debitor tempus anni ad luendum ipſa bona immobilia ut ſupra oblata, ſi immobilia fuerint; etiam ſi debitor ſpontè ipſa bona obtulerit; ita tamen ꝙ addatur decem pro centenario, & lucretur creditor fructus pro rata temporis illius anni dati ad reluendum, quo diſtulerit ipſi creditori ſatiſfacere. Et hoc non habeat locum in mezadris, & fictabilibus, & penſionarijs domorum, qui mezadri, fictabiles, & penſionarij poſſint perſonaliter detineri prædictis non obſtantibus.

Liber ſecundus Statutorum Magnificæ Communitatis Parmæ explicit.

LIBER TERTIVS STATVTORVM MAGNIFICAE COMMVNITATIS PARMAE INCIPIT.

De accuſationibus recipiendis.

POTESTAS, & iudex ſuus ad maleficia deputatus, teneantur, & debeant recipere omnes accuſationes legitimas, quæ ſibi fient per perſonas habiles, de omnibus, & ſingulis damnis datis, & iniurijs realibus, & perſonalibus, factis, & illatis a quocunq́; & procedere, & terminare contra accuſatos ſecundum formam ſtatutorum communis Parmæ, & vbi ſtatuta non determinent ſecundum ius commune.

Coram quo accuſationes, denuciationes, & quærelæ criminales fieri debeant.

OMnes accuſationes, denunciationes, & querelæ criminales cuiuſcunq; conditionis, & maneriei exiſtant, quæ decætero fient; fiant, & fieri debeant ſolum coram iudice maleficiorum in ciuitate Parmæ, & non alibi; & qui contrafecerit ſoluat pro bãno decem libr. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, & proceſſus qui fieret de hoc coram alio iudice non valeat, nec teneat, & ſit irritus, & inanis.

De maleficijs inquirendis, & de quibus poſſit inquiri, & cognoſci.

POteſtas, & iudex ſuus ad maleficia deputatus, teneantur, & debeant inquirere ex officio ſuo omnibus modis, quibus melius poſſint, & veritatem inuenire, legitimis tñ præcedentibus indicijs, de omnib⁹ maleficijs factis ſuo tpe, & infra vnum menſem ante introitum ſui officij, de quibus per anteceſſorẽ ſuũ vindicta non fuerit facta; & ẽt de maleficijs de quibus facta fuerit accuſatio ſibi, vel denunciatio conſulis, vel miſtralis, de quibus verò non accuſa fit, & denunciatio aliter q̃ per miſtrales, & conſules, vel quærimonia, ſeu fama facta fuerit, præcedentibus tamen legitimis indicijs poſſit inquirere veritatem ex officio ſuo. De maleficijs verò cõmiſſis ante introitũ ſui officij per vnũ menſem retrò, poſſit cognoſcere per accuſationem, & nõ aliter. Saluo, ꝙ poteſtas, & iudex ſuus maleficiorũ teneantur inquirere, procedere, & punire furta quocunq; tpe facta fuerint

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ipſa furta, tanquam ſi eſſent facta ſuo tpe, oĩbus modis quibus melius ipſe poteſtas, & iudex ſuus potuerit; & punire fures, & receptores eorũ; & q eis p̃buerint auxilium, conſilium, & fauorem, nõ obſtãte aliqua exceptione. Poſſint etiam, & debeant facere dari in ſolutum de bonis, & rebus dictorum malefactorum ſingulis, qui damnificati fuerint cauſa furti, quæ benè valeant damnum datum, omni iure ſeruato cuilibet ius habenti in re furtiua, & prædicta valeãt in prædictis furtis. Hoc addito, q̃ poteſtas, & iudex maleficiorum non poſſit, nec debeat per inquiſitionem ex officio ſuo procedere de verbis iniurioſis, & decapillationibus, & alijs leuibus; ſed de ipſis procedere poſſit per accuſationem, & non aliter. Et intelligãtur vltra p̃dicta, leuia delicta in quibus pẽna non excedit ſummam libr. v. Parmẽ.

De nobilibus non valentibus accuſare, ſeu denunciare niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, nec in cauſa criminali teſtificari.

NVllus nobilis, vel potens poſſit facere aliquã accuſam, quærelam, ſeu denunciationem de aliquo ciuitatis, vel epatus Parmę, vel aliũ de, niſi ſolũ p̃ iniuria, vel offenſione illata in pſonã talis accuſatoris, vel denunciatoris, vel ſuor̃, vel in rebus quas poſſidet, nec poſſint teſtificari contra aliquos de ciuitate, vel epatu Parmę, vel aliũde in aliquo caſu criminali. Et teneat poteſtas, & iudex maleficior̃, & quilibet ali⁹ officialis cõis iuriſdictionẽ exercens, nõ admittere aliquos cõditionis prædictæ ad aliquã accuſam, quærelã, ſeu denunciationẽ, nec teſtimoniũ perhibendũ, q̃ ſi ſecus fecerit cadat, & cecidiſſe intelligat ipſo iure in pœna libr. ducẽtorũ Parmẽ. & q̃ factũ fuerit vltra, vel p̃ter dictã formã non valeat; & nihilominus quilibet iniuriatus occaſione alicuius p̃ceſſus facti cõtra dictam formã, habeat actionem contra poteſtatem, vel officialem iniuriantem vt ſupra in xxv. libr. Parmẽ. & in omnibus expenſis, quas paterentur occaſione dicti proceſſus, & pro recuperandis dictis xxv. libr. Parmẽ & ipſa actionem intentare poſſit durante ẽt eius officio, & poſt, corã quocunq; iudice officiale cõis, habente iuriſdictionem in cauſis ciuilibus, vel criminalibus; & in, & ſuper oĩbus, & ſingulis in præſenti capitulo contentis fiant, & fieri debeant legitimæ probationes, antequam perueniatur ad ſententiã cõdemnatoriam, ſicuti fieri deberent per aliam perſonam non nobilem.

De citationibus, & bannis in criminalibus, & forma eorum.

OMnis citatio, vel requiſitio, quæ decætero fieri debebit corã D. poteſtate, vel eius iudice maleficiorum, occaſione alicuius maleficij, dari debeat in ſcriptis in cædula correrio, ſeu nuncio cui fiat commiſſio dictæ requiſitionis, ſeu citationis, in qua cædula contineatur titul⁹ inquiſitionis, denunciationis, ſeu accuſationis factæ de eo; hoc eſt, q̃ veniat ad reſpondendum cuidam inquiſitioni contra eum informatæ, vel accu-

accuſationi, vel quærelæ, ſeu denunciationi de eo factæ; & crimen, ſeu delictũ de quo ſit denunciatus, vel accuſatus, ſeu quærelatus, vel de quo cõtra eum inquiratur; & per quẽ facta ſit p̃dicta denunciatio, vel accuſatio, ſeu q̃rela; & nomen iudicis corã quo, & qua certa die, & hora cõparere debuerit, quæ cædula ſubſcripta ſit per vnum ex notarijs maleficiorum, & ſecũdum tenorem ipſius cædulæ citari debeat; & illa cædula detur, & dimittatur per illum correrium tali citato, ſi inuentus fuerit perſonaliter; & ſi non fuerit inuentus, dimittatur ad domum habitationis eius, vel ad domum in qua ſolitus eſt habitare, vel ad eccleſiam talis citandi; & talis requiſitio, vel citatio cum facta fuerit, ſcribatur in actis communis per notarium dicti iudicis, in qua contineatur nomen, & pronomen illius qui citatus fuerit; & in qua vicinia, terra, vel loco ſtat, vel habitat, ſeu ſtare, vel habitare cõſueuit; & qua de cauſa citatus, vel requiſitus fuerit; & vtrum fuerit requiſitus inuentus perſonaliter, vel citatus ad domum in qua habitat, vel habitare conſueuit cum familia ſua, vel ad eccleſiam illius qui ſic fuerit citatus; & ſcribatur in relatione illius citationis dies, & hora termini dati de ipſo citato; & fiat mentio qualiter ipſi citato data ſit cædula, & qua die, continẽs prædicta omnia; & qualiter dimiſſa ſit ad domum, vel ad eccleſiam vt ſupra; & nomen, & pronomen correrij, qui fecerit dictam citationem; & ſi ad terminum venerit, ſcribatur eius præſentatio; & ſi non venerit ad terminum, poſſit poni in banno ſimplo per eum coram quo fuerit requiſit⁹, in quo banno ſi in ciuitate, vel burgis habitauerit, detur ei terminus duor̃ dierum continuorum; & ſi extra ciuitatem habitauerit, ſaltim triũ dierum continuorum; & ſcribatur in dicto banno de mandato D. iudicis maleficiorum ſuper ſcalis palatij communis per vnum ex tubatoribus cõmunis Parmæ, ad illam conditionem quæ dicto iudici videbitur, in quo banno ſibi detur terminus ſaltim duorum dierum, vel trium vt ſupra; & dictũ bãnum ſibi denũcietur etiam cum cædula per vnum correrium communis Parmæ perſonaliter, vel ad domum in qua habitat, vel habitare cõſueuit, vel ad eccleſiam ſuam; quod quidem bannum, & eius denunciatio, & nomina, & pronomina tubatoris, & correrij, & terminus ſibi datus ſcribãtur in actis; & vtrum, & qua die ſibi fuerit denunciatum perſonaliter, vel ad domum in qua habitat, vel conſuetus eſt habitare; & ſi ad terminum venerit recipiatur eius excuſatio, vel defenſio. Si autem non venerit ad terminum, procedatur contra ipſum ad condemnationem. Saluo, q̃ prius citari debeat ad allegãdum, & allegari faciendum de iure ſuo coram dicto D. iudice maleficiorum infra certum, & congruum terminum ſibi aſſignandum, & talis contumax pro confeſſo habeatur. Saluo, q̃ ſi quandocunq; cõparuerit ante ſententiã, audiatur ad eius defenſam, nõ obſtantib⁹ bãnis, & terminis prædictis; & ſi prædictæ ſolemnitates non fuerint obſeruatæ, proceſſus, & condemnatio non valeat, nec teneat ipſo iure.

De

De pœna consulum viciniarum, & mistralium, seu consulum villarum, & locorum episcopatus Parmæ maleficia non denunciantium.

COnsules viciniarꝫ ciuitatis, & Mistrales, & Cōsules villarꝫ, & locorꝫ epatus Parmæ, in quibus aliquod maleficiū fuerit cōmissum, teneā tur, & debeant denūciare D. potestati, vel iudici maleficiorꝫ quod. cunq; maleficiū, & quamcunq; ferutā, & pcussionē, quod, vel quæ fierent in suis vicinijs, terris, vel locis, quarꝫ, vel quorꝫ cōsules erunt, vel mistrales; & in ipsa denunciatione ponere nomen, & pronomen, & viciniā, terrā, vel villā offendentis, & offensi; & qualitatem delicti, seu offensæ, & locū, & tēpus offensionis, seu criminis; & vtrum de die, vel de nocte cōmissum fuerit maleficiū, & testes, infra tertiam diem cōmissi maleficij; si fuerit cōmissum in ciuitate, vel burgis; & infra sex dies si commissum fuerit in epatu, vel districtu Parmæ, infra quos terminos comparere teneat corā dicto iudice maleficiorꝫ ad faciendū denunciationē dictorꝫ maleficiorꝫ, & si verisimiliter allegarēt se ignorare circunstantias, & qualitates delicti, iudex possit, & debeat eis ꝓrogare terminū suo arbitrio ad se informandum de veritate; infra quā ꝓrogationē plenius instructi redeant corā iudice ad faciendū, & porrigendū pdictas denūcias; & si consules viciniarum, & mistrales villarꝫ, & locorꝫ non obseruauerint pdicta, cōdemnetur quilibet ipsorum in libr. x. Parmen. pro quolibet homicidio; & pro qualibet alia ferura, seu percussione in libr. tribus Parmen. & plus, & minus arbitrio D. potestatis, inspecta qualitate delicti, & loci. Saluo, ꝙ si infra dictos terminos præsentata esset accusatio D. potestati, vel eius iudici maleficiorꝫ, vel inquisitio formata ꝓ aliquem de maleficio, vel delicto commisso; tunc mistrales, & consules non veniant, nec possint in aliquo grauari, si non denunciauerint tale maleficium, vel delictum. Et saluo et, ꝙ consules viciniarum ciuitatis, & burgorum denunciare non teneantur maleficia, nec delicta quæ committerentur in postribulis publicis, vel sub porticubus postribulorum, seu in tabernis, vel hospitijs existentibus intra confines plateæ siue de die, siue de nocte commissa fuerint; sed cōductor ipsorum postribulorꝫ, & tabernarij dictas tabernas tenentes, & albergatores in quibus locis, vel domibus, seu tabernis facta essent dicta maleficia intra confines plateæ, siue de die, siue de nocte commissa fuerint, denunciare teneantur sub pœna prædicta.

De accusis, inquisitionibus, denunciationibus, indicijs inculpatis, seu aduocatis eorum ostendendis.

AD euitandū accusationū, denunciationū, & quærelarꝫ, seu inquisitionum calumnias, & testium falsitates; potestas, & iudex maleficiorum, & quilibet eius officialis cōis Parmæ debeat, & teneatur omnes accusationes, & denūciationes, atq; quærelas factas coram eis, vel aliquo

aliquo ipsorum, & titulum inquisitionis formatæ contra aliquos occasione alicuius maleficij, vel excessus, ostendere dictis inculpatis, & aduocatis inculpatorum, in præsentia ipsorum qui inculpabuntur, antequā se defendant, vel excusent ab accusationibus, denūciationibus, quærelis, seu inquisitionibus prædictis, & copiam ipsarum accusationis, denunciationis, quę relæ, vel inquisitionis dare ipsis inculpatis, & aduocatis, & procuratoribꝰ eorum; & etiam indiciorum, & præsumptionum quæ contra eos haberētur; & statuere, & dare ipsis inculpatis terminum dierum trium ad minꝰ, ad respondendum ipsis inquisitionibus, denunciationibus, accusationibꝰ, & quærelis; & hoc facto teneantur dicti inculpati in dicto termino respōdere accusationi, quærelæ, seu inquisitioni; & siue confessi fuerint contenta in accusatione, denūciatione, quęrela, seu inquisitione; siue negauerint, statuere eis congruam dilationem ad omnem suam defensionem faciendam de prædictis, quæ non sit minor quinq; dierum; & vbi negauerint contenta in accusatione, denunciatione, quęrela, seu inquisitione; tunc eis dare etiam nomina, & pronomina testium recipiendorum, vel receptorū contra eos quocunq; modo recepti sint; & durante dicto termino defensiones examinare, & recipere omnes testes, tam pro ipsis inculpatis producendos, quam contra eos; & omnia dicta ipsorum facere poni, & scribi inactis, vt semper apparere possit, quæ, & qualia fuerint indicia, & defensiones, & receptis ipsis testibus, si fuerint legitima indicia, & manifestæ præsumptiones appareant contra ipsos accusatos, denunciatos, seu inquisitos; tunc possint dicti inculpati poni ad torturam, seu ad tormentum, seruato congruo temperamento iuxta qualitatem delicti; & vbi pro delicto veniat imponenda pœna libr. viginti, vel vltra, imperialium, & aliter, & alio modo non; & personæ, & indiciorum, seu præsumptionum, quæ fuerunt contra ipsum inculpatum, auditis prius allegationibus super dictis indicijs, si allegare facere voluerint; & si talis inculpatus positus ad tormenta confessus fuerit, scribatur eius confessio per notarium maleficiorum; & in ipsa confessione fiat mentio, quòd tortus fuerit, nec repeti possit ad torturam, nisi euidentibus argumentis opprimatur. Et hoc facto iterum statuatur sibi congrua dilatio arbitrio iusdicentis, ad omnem suam defensionē faciendam, quæ non sit minor quinq; dierum, quo facto procedatur ad absolutionem, vel condemnationem fiēdam de eo. Et si potestas, vel eius iudex maleficiorum, vel aliquis alius posuerit aliquem ad torturam, seu tormenta non præcedentibus legitimis indicijs, quæ quidem indicia, & omnia, & singula suprascripta debeant esse scripta in actis; vel suprascripta forma non seruata, condemnetur contrafaciens in trecentis libr. Parmen. tempore sui syndicatus; & tamen processus, & condemnatio sint nullius momenti.

Quòd

Quod ciuilis, & criminalis actio simul concurrant, & possint eodem iudicio intentari.

IN omni accusatione, denunciatione, quærela, vel inquisitione super maleficio, vel maleficijs, vel quasi, contineri potest actio ciuilis, cum criminali.

De forma citationis forensium in criminalibus.

CVm aliquando accidat, q̃ forenses, & alij qui non habent propriã habitationem in ciuitate, vel episcopatu Parmæ, necesse sit citari in criminalibus causis; & modus, & forma non sit determinatus, qualiter citari, & requiri debeant; statutum, & ordinatum est, q̃ decætero tales forenses, & alij non habentes propriam habitationem in ciuitate, episcopatu, vel districtu Parmæ, possint, & debeant citari, & requiri per vnũ ex tubatoribus cõis sono tubæ p̃missio in locis infrascriptis, in qua citatione exprimatur nomen, & pronomen ipsius qui citatur, & vnde sit, & vbi consueuit habitare, & causa citationis, & coram quo officiali; & vtrum occasione inquisitionis, denunciationis, vel accusationis, aut quærelæ, & de quo crimine fit ipsa inquisitio, denunciatio, quærela, seu accusatio, & per quem sit facta ipsa accusatio, quærela, vel denunciatio, si denunciator, vel accusator, seu q̃relator ex forma alicuius statuti deberet esse secret⁹; & quo certo die, & hora cõparere debeat; & terminus primæ citationis ad cõparendũ debeat esse quindecim dierũ ad minus continuorũ. Terminus verò secundæ citationis, idest, antequã bannũ conditionale denuncietur sibi, debeat esse decẽ dierũ ad minus, quæ citationes fieri debeant in tribus locis, sup scalis palatij veteris cõis, sup scalis palatij olim D. Capitanei, & sub palatio veteri dicti cõis; & dictæ citationes fieri debeant post cãpanellam de nona, & ante vesperas, vel post cãpanellas de manè, & ante tertias, quę citationes debeãt scribi in actis, & poni nomẽ, & p̃nomẽ tubatoris, qui fecerit dictas citationes, & qua certa die, & hora fecerit ipsas citationes; & infra quẽ, vel quos terminos ille citatus cõparere debuerit, quibus terminis transactis si citatus nõ cõparuerit, possit bãniri, & habeat̃ p̃ conuincto, & confesso, & contra eũ ad condẽnationẽ, & ad sententiã diffinitiuã p̃cedi, sicut si citatus psonaliter fuisset, vel ad domũ suæ habitationis propriæ; & si p̃dictæ solẽnitates nõ fuerint obseruatæ, p̃cessus, & condẽnatio nõ teneant.

De non detinendo aliquem exhibentem fideiussorem, nisi sit personaliter puniendus.

VT hoĩes decætero non grauentur, sm̃ q̃ hactenus fieri cõsueuit super detentionibus personarum, statutum, & ordinatum est, q̃ nemo decætero qui nõ fucrit personaliter puniẽdus, debeat detineri in

in palatio cõis Parmæ, nec in carceribus cõis Parmæ poni, seu in alio loco, nec grauamen sibi inferri p̃ potestatem, vel eius iudicẽ, & officialem cõis Parmæ, nec per alium, si paratus fuerit cũ effectu dare bonos, & idoneos fideiussores de parendo mãdatis cõis Parmæ, & ipsorum D. potestatis, & officialiũ, & soluere iudicatum. Et si potestas, & eius iudex, & aliquis alius officialis cõis Parmæ hoc capitulũ non obseruauerint, & recusauerint adimplere, & effectui demandare, condemnatus sit, & intelligatur esse ipso iure, & facto, potestas, & eius iudex, & quilibet alius officialis cõis Parmę cõtrafaciens pro quolibet, & qualibet vice, qua non obseruauerit prædicta; & quotiens per aliquem eorum fuerit contrafactum in centum lib. Parmeñ. de eorũ salario, & hauere, quã condemnationẽ p̃dicti syndici debeant, & teneantur exigere, & ẽt potestas nouus si exactio facta non fuerit per syndicũ; alioquin ipse potestas nouus tantundẽ p̃dat de suo salario, & cõi Parmæ soluere teneatur; & hoc capitulũ sit p̃cisum, & præcisè obseruetur.

De pace, siue remissione habita infra quindecim dies, & eius effectu.

SI aliquis receperit aliquam offensionem, & concordiam fecerit infra xv. dies post formatam inquisitionem, vel post offensionem, cum eo a quo offensionem receperit; licet concordia facta fuerit ẽt sine osculo pacis, & hoc fuerit manifestum; potestas, & iudex maleficiorum, & quilibet alius officialis cõis Parmæ habens de hoc iurisdictionem, non possit condemnare offensorẽ, qui pacem, seu remissionẽ habuerit ab offenso infra xv dies post offensionem commissam, & confessus fuerit, nisi in tertia parte eius in quo talis offensor deberet condẽnari, si pacẽ non habuisset, & confessus non fuisset; pro pace vero tantum, vel pro cõfessione tm̃ alleuietur in tertia parte dũtaxat; & hoc habeat locũ in confessionibus factis sine homicidio; sed in homicidio seruetur forma statutorũ cõis Parmæ; & ẽt locũ nõ habeat concordia, pax, seu remissio quouis modo in violentijs, & robarijs stratarum, in quibus seruetur forma statutorũ cõis Parmę; & ẽt infra dictos confines pax non prosit nisi pro parte dimidia; nec in alijs casibus prosit pax prædicta, in quibus statuta cõis Parmæ dicant concordiam non valere; & prædicta locum habeant dummodò de prædictis pace, concordia, siue remissione facta fuerit probatio ante sententiam, & non postea.

De remissionibus factis super offensionibus, de quibus pax, concordia, seu remissio facta fuerit recipiendis.

POtestas, & eius iudices, & officiales teneantur recipere paces, cõcordias, & remissiones factas in termino p̃dicto de maleficijs, seu occasione maleficiorũ, & eas facere poni in libro cõis penes accusam, seu denunciationẽ, processum, vel inquisitionẽ ad petitionẽ cuiuslibet inculpati, vel eius procuratoris sine solutione alicuius gabellæ; & si potestas, &

eius

eius iudices, & alij officiales cóis p̃dicti p̃dicta recusauerint adimplere, & effectui demandare; potestas condẽnatus sit ipso iure, & facto, & esse intelligat in libr. quinquaginta Parmeñ. & quilibet alius iudex, & officialis in libr. xxv. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice qua contrafecerit ad petitionẽ inculpati, quã condemnationẽ syndicus cóis Parmæ exigere teneat, & etiam potestas nouus, si p syndicum exacta non fuerit; alioquin ipse potestas nouus tantum de suo soluat communi; & hoc capitulum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari.

Qualiter pax non prosit bannito, qui magagnauerit aliquem qui intrauerit in aliquam religionem,

SI quis magagnatus intrauerit in aliquam religionem; & pacem reddiderit vulneranti, prædicta occasione non possit malefactor cãcellari; nisi pacem habuerit a fratribus, & filijs, si filios, & fratres habuerit magagnatus.

De personis prohibitis facere pacem, quæ prosit circa pœnæ diminutionem.

SI quis decætero vulnerauerit, seu pcusserit aliquem, & ex ipsis vulneribus, seu percussionibus moriatur, nihil prosit pax malefactori quam habuerit ab interfecto, seu vulnerato quandocunq; pacem habuerit; nec hæres occisi minor xxv. annis, nec tutor, nec curator ipsius, nec vxor defuncti pacem, nec remissionem facere possint, quæ habeat prodesse dicto malefactori quo ad diminutionem pœnæ.

De pœna non prosequentis, seu prosequentis, & non probantis accusam.

QVæcunq; persona fecerit denunciationem, vel accusationem aliquã, vel quærelã de aliquo, vel aliquibus teneatur eam prosequi, & probare infra tempus a iudice maleficiorũ statuendũ; & quem dictus dñs iudex statuere teneatur, & congruum, in pœna, & banno ipsi accusanti, denuncianti, vel quærelanti, si fuerit accusatio, denunciatio, vel quærela de maleficio, ex quo quis veniret puniendus ad mortem libr. ducentarũ Parmeñ. & si de maleficio ex quo veniret pœna debilitationis mẽbri libr. centũ Parmeñ. & si de maleficio ex quo pẽna pecuniaria sequat, in tertia parte eius qua condemnari debuisset accusatus, denunciatus, vel q̃relatus; dummodò dicta tertia pars non excedat summam libr. centum Parmeñ. Saluo q̃ prosequi non teneatur, si concordia facta fuerit infra quindecim dies a die offensæ vt supra; & prædictæ pœnæ non habeant locum in denunciationibus, quæ fiunt per aliquos officiales, mistrales, & consules vigore suorum officiorum.

De

De condemnationibus scribendis, & vbi poni debeant.

POtestas, & eius iudices teneantur, & debeant omnes condemnationes pecuniarias, quas facient super maleficijs, & alijs factis, scribi facere in duobus libris, vnus quorum ponatur ad ecclesiolam cõmunis penes rationatores communis; & alius ad banchum lupi, & legi facere in consilio; & omnes prædicti libri sint præsentes, quando prædictæ condemnationes debuerint in consilio publicari; & tunc interfit vnus ex rationatoribus, qui habeat vnum ex dictis libris ante se, quando potestas legi, & publicari faciet prædictas condemnationes, & auscultet in consilio cum libro condemnationum quas leget notarius potestatis, ne sit plus in vno libro, quam in alio; & statim lectis, & publicatis condemnationibus, notarius qui leget, scribat diem, & testes post ipsas cõdemnationes in quolibet quaterno dictarum condemnationum in ipso consilio; & apud ipsas condemnationes ponat fideiussores datos; & liber prædictus ita auscultatus, & lectus portetur per dictum rationatorem in die publicationis ad ecclesiolam communis; & si potestas, & eius iudices non obseruauerint hoc capitulum, perdat potestas de suo salario xxv. libr. Parmeñ. & quilibet ex iudicibus suis x. libr. Parmeñ. & similem pœnam incurrant notarius maleficiorum, rationator, & quilibet alius notarius qui aliquas condemnationes pecuniarias publicabit, & scribet, & quilibet ipsorum, nisi prædicta obseruauerint cum effectu, & etiam pro qualibet vice. Saluo, q̃ hoc capitulum locum non habeat in condemnationibus personalibus, quarum singulas scribi in vno libro sufficiat; & ipse condemnationes personales semper decætero in concione, & non in consilio debeant publicari, quæ condemnationes cum fuerint publicatæ, assignentur per notarium qui ipsas publicauerit die publicationis rationatori communis, q̃ si prædicti notarij non obseruauerint, cadant in pœna decem libr. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & iudex maleficiorum compellat dictos notarios ad prædicta sub dicta pœna. Et nulla condemnatio intelligatur esse soluta, nisi facta fuerit subscriptio per rationatores; ponendo nomen, diem, indictionem, & millesimum, & nomen massarij, seu thesaurarij, cui dicta solutio facta fuerit.

De pœna intrantium stanghas vbi sedent Potestas, & etiam iudices super palatio.

ALiqua persona non audeat intrare intus a stanghis vbi sedet potestas in palatio, vel aliquis ex iudicibus suis, sine eorũ, vel alicuius eorum licentia, sub pœna, & banno duodecim imperialium pro quolibet, & qualibet vice.

De

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНАУ ІМЕНІ І.МЕЧНИКОВА

De verbis iniurioſis.

POteſtas teneatur non auferre alicui ciui Parmæ vltra x.libr.Parmeñ. de verbis iniurioſis,ſed minus ſuo arbitrio ſecundum qualitatem facti,& perſonæ.Saluo, q̃ ſi recordabitur alicui per iniuriam homicidium commiſſum in patrem,vel fratrem,aut aliquem ſuum ꝓpinquum vſq; ad cõſanguineum germanum incluſiuè,debeat eum condemnare in lib.xxv.Parmeñ Et ſaluo, q̃ ſi aliquis dixerit verba iniurioſa alicui corã D. poteſtate,vel aliquo ex iudicibus ſuis,poſſit eum condemnare in xxv.libr. Parmeñ.& minus ſecundum qualitatem perſonarum. Si verò aliquis ciuis Parmę dixerit verba iniurioſa contra aliquem ruſticum de epiſcopatu Parmæ,poteſtas teneatur eum condemnare in centum ſoldis Parmeñ. & minus ſuo arbitrio;& ſi aliquis ruſticus dixerit contra aliquem ciuem Parmę aliqua verba iniurioſa,cõdemnetur in x.libr.Parmeñ.& minus arbitrio poteſtatis;& in aliquo caſuum prædictorum,excepto quam vbi iniuria dicta fuerit coram D.poteſtate,vel vt ſupra alicui, quo caſu poſſint vendicare iniuriam ſuam de facto,& iuris ordine nõ ſeruato;& his caſibus poteſtas, vel eius iudex maleficiorum non poſſint ex officio ſuo inquirere,nec procedere,niſi per accuſationem;& ſi iniuria remiſſa fuerit quandocunq; ante ſententiam,non poſſit ille qui iniuriam dixerit in aliquo grauari, vel cõdemnari;hoc addito,q̃ primo prouocans aliquem ad iniuriam, condemnetur,& puniatur in dimidio pluri pœnarum prædictarum.

De inſultu.

QVicunq; fecerit inſultũ in alium ſine armis, & ſine feruta, puniat in centum ſoldis Parmeñ.ſi verò fecerit inſultum cum armis,& ſine feruta,puniatur in x.libr.Parmeñ.Et ſi aliquis fecerit inſultũ alicui ad domũ habitationis eius propriã,vel conductã,vel ſub porticu ipſius domus,vel in caſamento ipſius in ciuitate,vel extra, vel ad ſtationem ſuã propriã,vel conductã;ſi quidem de die,& ſine armis condemnetur in xxv.libr.Parmeñ.ſi verò cũ armis,condemnetur in quinquaginta libr. Parmeñ.ſi verò de nocte,ſi quidẽ ſine armis condemnet in libr. quinquaginta Parmeñ.& ſi cũ armis condẽnetur in centũ libr.Parmeñ.& in quolibet dictorũ caſuũ ſi inſultus fuerit in platea cõis,vel infra confines plateæ condemnet in duplũ. Itẽ ſi quis fecerit inſultũ in alium in aliqua eccleſia ciuitatis,vel epatus Parmæ de die,vel de nocte cũ armis,vel ſine, puniatur in duplum eius quo puniret,ſi inſultum feciſſet ad domum habitationis alicuius extra plateã.Et intelligat inſultus factus in aliquem,ſi quis fecerit impetum contra aliũ amanando,ſeu irruendo cõtra eum cum armis,& ſine armis,vel ſi ceperit eum per caueciam;per verba verò iniurioſa,vel contẽtioſa niſi aliud interceſſerit,non intelligatur eſſe factus inſultus.

De

De percuſsionibus factis in platea communis, vel infra eius confines.

SI quis fecerit,vel fieri fecerit aliquas ferutas in platea communis Parmæ,vel eccleſia Sancti Petri,vel in aliquo loco ex palatijs communis Parmæ cohærentibus plateæ in perſonam alicuius ſine armis,& ſine ſanguine;ſi quidem in facie condemnetur in centum libr.Parmeñ.& ſi alibi quam in facie condemnetur in quinquaginta libr.Parmeñ.Si verò cum armis & ſine ſanguine,ſi quidem in facie,condemnetur in centum quinquaginta lib.Parmeñ.& ſi alibi quam in facie fecerit ferutam cum armis, & ſine ſanguine;condemnetur in centum libr.Parmen.Si autem cum ſanguine,& ſine armis fecerit ferutam in facie,puniatur in centum quinquaginta libr.Parmen.ſi verò alibi quam in facie in libr. ſexaginta Parmen. Si verò cum armis fecerit in facie,& ſanguinem fecerit,puniatur in trecentis libr.Parmen.& ſi cicatrix perpetua remanſerit in facie, ſeu remanſura erit in quadringentis libr.Parmen.puniatur. ſi verò alibi quam in facie fecerit cum armis,& ſanguinis effuſione abſq; membri debilitatione, condemnetur in ducentis libr.Parmen.& ſi membrum debilitauerit,vel magagnauerit in facie,vel alibi condemnetur in quingentis libr.Parmen.quas ſi non ſoluerit infra decem dies a die latæ ſententiæ condemnationis numerandos,condemnetur,& puniatur,& debilitetur in ſimili membro ſuæ perſonæ,in quo alium debilitauerit,vel magagnauerit.Et prædicta non habeãt locum in brentatoribus, portatoribus, ribaldis,trecolis, & meretricibus publicis delinquentibus in prædictis, vel aliquo prædictorum inter ſe ipſos;ſed eorum pœnas poſſit,& debeat D.poteſtas mitigare,& eos ſuo arbitrio prout ſibi placuerit condemnare. Si verò aliquis commiſſerit prædicta, vel aliquod prædictorum extra prædicta loca infra confines plateæ communis inferius deſcriptos,puniatur,& condemnetur in dimidia eius quo condemnari debuiſſet,ſi in platea communis hoc feciſſet,& vltra pœnas prędictas percutientes cum armis offenſibilibus,& vetitis ex forma ſtatutorum communis Parmæ puniatur,& condemnetur de portatione armorum,in præſentium ſtatutorum limitata,& ordinata,contra ipſa arma offenſibilia deferentes.

De confinibus plateæ.

COnfines plateæ communis ſint,& intelligantur ſupraſcripti. Primo a porta de malè angulo intus vſq; ad portam pechæ rachelis; & a porta macina vſq; ad portam becharię; & ſic prout eſt citadella intra muros ipſius citadellæ,& non vltra,nec extra.

Q De

De percussionibus, seu ferutis factis extra confines plateæ in ciuitate, vel districtu Parmæ.

QVicunq; appensatè percusserit aliquem in facie sine armis, & sine sanguinis effusione extra plateã, & extra confines plateę, si quidẽ hoc fecerit in ciuitate, vel burgis condemnet̃ in quinquaginta lib. Parmen. & in eꝑatu, vel districtu condemnetur in xxv. libr. Parmen. & si alibi q̃ in facie aliquẽ percusserit sine armis, & sine sanguinis effusione, si quidem in ciuitate condemnetur in xv. libr. Parmeñ. & si in eꝑatu, vel districtu Parmæ in x. libr. Parmen. Si verò cum armis, & sine sanguinis effusione aliquẽ percusserit in facie, si quidẽ in ciuitate, vel burgis hoc fecerit, condẽnetur in sexaginta libr. Parmeñ. si verò in eꝑatu, vel districtu condẽnetur in xxx. libr. Parmen. si aũt alibi q̃ in facie aliquẽ pcusserit cũ armis, & sine sanguinis effusione, si in ciuitate, vel burgis in libr. xxv. Parmen. & si in eꝑatu, vel districtu condemnet̃ in xv. libr. Parmen. Si verò aliquẽ pcusserit in vultu sine armis, & sanguis ex inde exiuerit, si in ciuitate, vel burgis hoc fecerit condemnetur in sexaginta libr. Parmen. si in eꝑatu, vel districtu cõdemnetur in xxx. libr. Parmen. & si alibi q̃ in facie sine armis, & sanguis ex inde exiuerit, si quidem in ciuitate, vel burgis in libr. viginti Parmen. si in episcopatu in libris decem Parmen. Si autem aliquem feriuerit in vultu cum armis, & sanguis ex inde exiuerit, si cicatrix non remanserit, si in ciuitate, vel burgis hoc fecerit, condemnetur in centum libr. Parmen. & si cicatrix perpetua remanserit, condemnetur in centum quinquaginta libr. Parmen. nisi fuerit cicatrix leuis, & modica, quo casu sit arbitrio potestatis; & si in episcopatu, vel districtu hoc fecerit, & cicatrix perpetua non remãserit, condemnetur in sexaginta libr. Parmen. & si cicatrix ꝑpetua remãserit, cõdemnetur in centum libr. Parmen. si verò alibi q̃ in facie percusserit aliquem cum armis, & sanguis ex inde exiuerit absq; membri debilitatione, si in ciuitate, vel burgis hoc fecerit, cõdemnetur in sexaginta libr. Parmen. & si in eꝑatu, vel districtu, cõdemnetur in libr. xxx. Parmen. & si membrũ debilitauerit, vel magagnauerit, siue ĩ ciuitate, vel burgis; siue in eꝑatu, vel districtu, & siue cũ armis, vel sine armis; & siue in facie, siue alibi hoc fecerit, condemnetur in trecentis libr. Parmen. Si verò non soluerit infra decem dies a die sententiæ condemnationis numerandos exclusiuè, puniat̃, & debilitetur in simili membro suæ personæ, in quo alium debilitauerit. Qui autem craneum alicui fregerit, puniatur in duplum pœnæ quæ sine fractura capitis deberet imponi; & vltra pœnas prædictas percutiens cũ armis offensibilibus, & vetitis ex forma statutorum cõis Parmæ, puniatur, & condemnetur de portatione armorum sm̃ formam statutorum cõmunis Parmæ. Et quicunq; prouocauerit primus ad rixam, percussionem, vel rumorem, puniatur in tertio pluri eius, in quo prouocatus per formam pñtis statuti

statuti veniret condemnandus. In oĩbus aũt prædictis casibus, & alijs, vbi contingat aliquẽ mezadrum, vel casantum percutere, seu vulnerare, aut aliter iniuriari aliquem ciuem Parmæ, cuius sit mezadr⁹, siue in ciuitate, vel extra, in aliquo horum, & aliorum casuum contentorum in volumine horum statutorum, puniatur in duplo eius, in quo deberet puniri alius secũdum formã pñtium statutorum; & ad solutionem pœnæ dupli teneantur omnes de eadẽ familia dicti malefactoris. Et vicini, & omnes alij qui pręsentes fuerint dictis maleficijs commissis per mezadros, capere ipsos malefactores, & præsentare teneantur, & si non cęperint, & præsentauerint puniantur in florenis decem. pro quolibet applicandis communi Parmæ.

De pœna spingentis, seu sburlantis, sgraffignantis, decapillantis, mordentis, projecentis in terram, pannos lacerantis, capucium de capite alicui auferentis, vel amanantis manu, pede, vel digito.

QVicunq; sgraffignauerit aliquem in vultu cum sanguine puniatur in libris x. Parmeñ. & si in alia parte corporis, q̃ in facie cum sanguine vt supra, condemnetur in centum soldis Parmeñ. Et quicunq; aliquem momorderit cum dẽtibus, & ex morsura sanguis exiuerit, condemnetur in xv. libr. Parmeñ. & si sanguis non exiuerit, condemnetur in libr. sex Parmeñ. & quicunq; aliquem spinserit, aut sburlauerit, & in terrã eum non proiecerit, condemnetur in xxxx. soldis Parmeñ. si verò proiecerit in terram, condemnetur in centum soldis Parmen. & si ex ipsa sburlatione sanguis exiuerit, condemnetur in duplo eius quo veniret condemnandus, si sanguis non exiuerit. Et quicunq; aliquem decapillauerit, condemnetur in centum soldis Parmen. Saluo q̃ de prædicta decapillatione non habeat locũ in minoribus xij. annis, & meretricibus, & in illis q̃ dictã decapillationem feciſſent causa corrigendi. Et si quis iniuriosè dilacerauerit pannos alicui personæ, condemnetur in libr. v. Parmen. Et ad restitutionẽ æstimationis dãi draporum fractorum in duplum damnum passo, & si per pannos cęperit aliquem ipsos pannos non dilacerando, condẽnetur in xx. soldis Parmen. Et si aliquis iniuriosè capuciũ alicui acceperit, condẽnet̃ in libr. ij. Parmen. & si aliquis barbã alicui iniuriosè cęperit, puniat̃ in v. lib. Parmen. & si aliq̃s contra aliquẽ amanauerit manu, pede, vel digito, condemnetur in lib. ij. Parmen. Et si prædictam amanationẽ faceret cũ armis, condemnetur in libr. v. Parmen. & vlterius de portatione armorum.

De homicidio.

CVm sit dignum, & rationi congruũ, q̃ homicidia cessent, & homicidia facientes, & fieri facientes puniantur; statutũ, & ordinatũ est, q̃ potestas ciuitatis Parmæ teneatur, & debeat oẽs, & singulos homi-

micidarios, qui homicidiũ fecerint appensatè, aut fieri fecerint, vel manda uerint, punire, & condemnare ad mortẽ; videlicet, si tales interfectores ho minũ, vel homicidium fieri facientes præsentes fuerint in forciã D. potesta tis, decapitando tales interfectores, vel mandatores, vel fieri faciẽtes homi cidium; ita & taliter, q̃ penitus moriantur; & talis malefactor qui fuerit in forciam, seu carceribus cõis Parmæ possit testari, & codicillari de suis bo nis, & proinde valeat testamentum, & codicilli ipsius, ac si decapitandus non esset; & si testamentum non fecerit talis malefactor, tunc bona eius deferantur, & veniãt ad hæredes, & successores ab intestato; nisi circa hoc aliter per statuta, vel decreta Dñi esset prouisum; & si dicti malefactores, & homicidiarij non essent in forciã D. potestatis, tũc teneatur D. potestas condemnare ipsos malefactores, homicidarios, vel mandantes, aut facien tes ad mortem, q̃ capite puniãtur, sic, & taliter, q̃ penitus moriant, si quo tempore in forciam D. potestatis, & cõis Parmæ peruenerint; & q̃ vlterius omnia bona dicti malefactoris in cõe Parmæ deueniãt, reseruata legitima filijs; ita & taliter, q̃ domus dictorum malefactorum si fuerint in ciuitate, vel burgis, non deuastentur; sed assignentur, & remaneant in cõi Parmæ; & vlterius teneatur potestas tales homicidarios perpetuò bannire de ciui tate, vel episcopatu Parmæ, de quo banno perpetuò exire non possit, nec debeat aliquo iure, vel modo; & hoc statutum sit præcisum, & ipsum legi faciat D. potestas quotiescunq; condemnationes aliquæ publicabuntur in concionibus; vel arenghis communis Parmæ.

De assassinis, & veneficis.

QVilibet qui repertus fuerit assassinus, vel veneficus, puniatur, & cõ demnetur per potestatem in suprascripto modo; videlicet, q̃ appẽ datur ad palatiũ cõis Parmæ; & postea sup vno carro ligatus du catur p viã, vel sup vna asside strassineꝰ, & ducatur ad locũ iusticiæ, & ibi decapitetur, taliter q̃ moriatur, & hoc capitulũ sit præcisum. Additũ est di cto statuto, q̃ cum per dictum statutum non sit aliqua certa pœna statuta contra fieri facientes aliquas percussiones, vel maleficia per assassinos, q̃ decætero fieri facientes aliqua maleficia, vel percussiones per assassinos ali quos, si ex ipsis percussionibus factis per assassinos homicidium subsecutũ fuerit, fieri facientes, & mandantes capite puniantur, taliter q̃ moriantur; si verò ex ipsis percussionibus, vel ferutis mors non fuerit subsecuta, puniã tur, & puniri possint, atq; debeant, & eis, & cuilibet ipsorum amputetur vna manus; in qua magis sunt potentes, & vlterius puniantur in hauere applicando communi Parmæ, arbitrio tamen D. potestatis; & remissio, seu pax non prosit in prædictis, nec valeant ex nunc. Et intelligatur assassi nus quantum ad prædicta, quilibet qui aliquod prædictorum fecerit pro pecunia, vel ad postulationem alicuius.

De

De pœna dantis auxilium assassino, vel de malis operibus infamato.

SI quis tenuerit assassinum, seu aliquem infamatum de malis operibꝰ, & factis in domo sua, vel conducta, seu eum receperit; & ei auxilium, consilium, & fauorẽ dederit, potestas teneatur, & possit suo arbitrio sine collegio iudicũ punire delinquentẽ; & quilibet possit, & teneatur accusare q̃ in hoc deliquerit, & teneatur accusator secretus, & habeat medietatẽ bãni, & condẽnationis quã inde fecerit potestas. Et nemo audiatur volẽs accusare aliquẽ p̃dictæ cõditionis p̃ aduocato, vel procuratore, vel aliter volẽs auxi liũ præstare. Et intelligatur assassinus quilibet infamatus de assassinatu.

De forasterijs non permittendis stare in ciuitate Parmæ infamatis de malis operibus.

AD honorem, & vtilitatem cõis Parmæ, & hominum ciuitatis Par mæ, statutum est, q̃ aliquis forensis qui venerit in futurum ad ci uitatem Parmæ, qui forasterius sit malus homo, & malæ famæ, & opinionis, seu cõditionis, & infamatus, seu damnatus de maleficio; & qui habet, seu habebit inimicitias cũ aliquibus ciuibus Parmæ, seu cũ aliquo ciue, culpa, seu temeritate, vel facinoritate ipsius forasterij; & hoc denũcia tum fuerit potestati, D. potestas teneatur, & debeat licentiare, & expellere dictum forasterium de ciuitate, & epatu Parmæ; & si postq̃ fuerit licentia tus, & expulsus vt superius dictum est, & repertus fuerit in ciuitate, vel epi scopatu Parmæ, possit impunè offendi realiter, & personaliter citra mor tem, absq; vlla pœna imposita, & imponenda pro communi Parmæ; & si aliquis dabit eidem forasterio auxilium, consilium, & fauorem, postquam fuerit licentiatus, soluat pro banno quinquaginta libr. Parmen.

De forasterijs malæ famæ compellendis ad fideiussorem præstandum.

PRo vtilitate bonorũ hoĩum ciuitatis Parmæ, statutũ est, q̃ si aliquis forasterius qui sit infamatus de malis operibus veniet, & venerit ad standũ, vel habitandũ in ciuitate Parmæ, potestas ad requisitionem cuiuslibet ciuis Parmæ, vel terrerij, vel habitatoris ciuitatis, & epatus Par mæ asserentis per suũ sacramentũ se de dicto forasterio timere, vel dubita re, teneatur cõpellere talem forasteriũ anteq̃ discedat ab eius præsentia ad dandũ, & p̃standum eidẽ bonã, & idoneã securitatẽ de non offendẽdo eũ, nec aliquẽ de familia sua, in hauere, nec in persona, in banno, & pœna ducẽ tarũ libr. Parmen. & si potestas esset negligens in p̃dictis, perdat de suo sala rio ducentas libr. Parmen. de quibus possit syndicari per syndicos commu nis; & hoc capitulum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari.

De furtis, & latrocinijs, & burſas incidentibus, & ſtratas inſidiantibus.

QVia ſuadente diabolo humani generis inimico, homines ſpecialiter pauperes furta ſæpè faciunt, in ſuarum animarum detrimentum, & corporum periculum; & ne poteſtas ciuitatis Parmæ, ſuiq; iudices maleficiorum excedant pœnas debitas ob vanãgloriam, quas temperare deberent; ſtatutum, & ordinatum eſt, quòd quicunq; furtum fecerit, vel commiſſerit in ciuitate, vel epiſcopatu Parmæ, de die, vel de nocte, de rebus alicuius quæ æſtimarentur eſſe quantitatis libr. duarum imperialium, & ab inde infra, condemnetur in quadruplum fiſco, & ad rei reſtitutionem damnum paſſo; a duabus verò vſq; ad in decem libras, debeat fuſtigari nudus per ciuitatem Parmæ; & ſi exceſſerit dictam quantitatem decem libr. imperialium, non ſolum verberari debeat vt ſupra, ſed etiam banniri de ciuitate, & epiſcopatu Parmæ, & hoc pro primo furto. Pro ſecundo verò furto cuiuſcunq; quãtitatis exiſtat, debeat verberari vt ſupra, & vna eius auris abſcindi; & pro tertio furto ciuſcunq; cõditionis ſit arbitrio D. poteſtatis aucta pœna, dum tamen primum, & ſecundum furtum fuerint valoris centum ſoldorum Parmen. & ab inde ſupra. Si verò primũ, & ſecundum furtum fuerint minoris valoris centum ſoldis imperialium, mitius puniatur perſonaliter. Pro tertio furto arbitrio poteſtatis; & in omnibus dictis caſibus condemnetur ad reſtitutionem, & æſtimationem rerum quas fuerit furatus; & retineatur in carceribus ad vtilitatem eius, vel eorum quibus furatus fuerit, quouſq; eis de rebus furatis ſatisfecerit. Pro quarto verò furto cuiuſcunq; fuerit quantitatis, vel æſtimationis ſuſpendatur per gulam, ita quòd moriatur; dum tamen furta præcedentia inter omnia fuerint valoris libr. xxv. imperialium, & ab inde ſupra; ſi verò fuerint minoris valoris libr. xxv. imperialium, mitius puniatur arbitrio poteſtatis. Inciſores vero burſarum perſonaliter puniantur arbitrio D. poteſtatis, inſpecta qualitate furti, & perſonæ; & latrones, & inſidiatores ſtratarum ſuſpendantur per gulam, ita quòd penitus moriantur.

De plagiarijs.

PLAGIARIVS furchis ſuſpendatur, ita q̃ confeſtim moriatur.

De maleficis.

MAlefici, & malefactores arbitrio Domini poteſtatis puniantur in hauere, & in perſona, inſpecta qualitate facti, & perſonæ.

De

De parricidis.

PArricida capite puniatur; ita q̃ protinus moriatur, exaſperata, & exagerata pœna arbitrio poteſtatis.

De ſodomitis.

SI quis inciderit in crimen ſodomiæ igne concremetur, ita quòd confeſtim in igne concremetur, & moriatur, antequam familia recedat de loco ſupplicij.

De incendiarijs.

SI quis incendium poſuerit, vel poni fecerit in domo alicuius habitata, vel inhabitata, vel ſacra, vel religioſa, capite puniat, ita q̃ moriat. Qui vero aliter incendium poſuerit, vel poni fecerit, p quod dederit damnũ alicui de lib. centũ quinquaginta Parmen. vel ab inde ſupra, condẽnet, & puniat in lib. ſexcentũ Parmen. & ad reſtitutionẽ dãni in duplũ dãnum paſſo; ſi verò incendium poſuerit, vel poni fecerit, p quod dãnum ſit ſubſecutũ a lib. xxxvj. Parmen. ſupra, vſq; in centum quinquaginta lib. Parmen. ĩcluſiuè, condẽnet in lib. ducẽtis Parmen. & ad reſtitutionẽ dãni in duplũ dãnum paſſo; ſi verò poſuerit, vel poni fecerit incendium, p qđ dãnum ſit ſubſecutum de lib. xxxvj. Parmen. infra, & a xv. libr. Parmen. ſupra, puniat in libr. quinquaginta Parmen. cõi Parmæ, & ad reſtitutionẽ damni in duplum dãnum paſſo; ſi verò de libr. xv. Parmen. infra, puniatur in libr. triginta Parmen. & ad reſtitutionem dãni in duplum damnum paſſo, quæ pœnæ omnes peruenire debeant in cõe Parmæ. Si verò non ſoluerit incendiarius, ſeu fieri faciens incendium infra triginta dies a die condemnationis continuè numerandos, amputetur ei manus vna, in qua eſt magis potens; & nihilominus teneatur in carceribus, donec in duplo damnum ſatisfecerit damnum paſſo, vel cum eo ſe compoſuerit.

De falſa moneta fabricata, vel tonſa.

NVllus decætero audeat, vel p̃ſumat publicè, vel occultè diminuere, vel diminui facere, ſeu conſentire diminui, vel tõſari in domo ſua, vel alibi aliquã quantitatem pecuniæ argenti, vel auri, quantitatis x. libr. imperialium, & ab inde ſupra; & qui contrafecerit igne debeat concremari, & eadem pœna puniatur qui falſam monetam fabricauerit, vel fabricari fecerit, vel fabricatã ſcienter expendiderit. Si verò fuerit a decẽ libr. imperialium infra, in hauere, & perſona arbitrio D. poteſtatis. Qui autem maſſam falſam cõfecerit, ſeu compoſuerit, ſimiliter puniatur in hauere, & perſona arbitrio poteſtatis.

Contra notarios, & alias personas, quæ facerent, vel fieri facerent aliquam cartam, vel scripturam falsam; seu quæ dicerent, vel dici facerent falsum testimonium.

STatutum est, ꝙ si quis fecerit, vel fieri fecerit cartã falsam, vel acta publica falsa; vel falsificauerit, vel falsificari fecerit scienter aliq̃ cartã, vel condẽnationes, vel attestationes, vel dicta testium, vel confessionem, vel testes, vel acta publica scripta, vel scriptos, vel aliquas scripturas in totum, vel pro aliqua parte, de, vel sup quantitate, re, vel iure non excedente quantitatẽ florenor̃ quinquaginta auri, condemnet̃ pro prima vice i qua druplum; & vlterius mitrietur, & tribus diebus continuis sic mitriatus in publico producat̃ Pro secunda vice, in amissione manus, in qua sit magis potens. Pro tertia verò vice pẽna ignis apponat̃; & si de, vel sùper quantitate, re, vel iure excedente summã florenor̃ quinquaginta, pro prima vice arbitrio potestatis in amissione manus, vel pœna ignis puniatur, inspecta qualitate facti, & personæ. Pro secunda verò vice apponatur pœna ignis.

Si quis falsum testimonium dixerit, vt aliquis cõdemnetur in causa criminali, puniatur ea pœna qua puniendus esset ille, contra quem falsum testimonium dixerit, si corporaliter veniret condemnandus; & hoc vbi pœna corporis non sit minor q̃ incisio linguę, quo casu lingua incidat̃ eide; si verò pecunialiter, tunc amputetur ei lingua, & mitrietur. Si verò falsum testimonium dixerit, vt aliquis in causa criminali absoluatur; similiter ea pœna puniatur, qua puniendus esset ille in cuius fauorem dixerit testimonium, si corporaliter veniret condemnandus; si verò pecunialiter, amputetur ei lingua; & eadem pœna puniatur ille, qui scienter, & dolosè produxerit in causa criminali falsos testes, vel falsum testem, vel eis, seu eo scienter, & dolosè vsus fuerit; & vbi aliter non appareat, seu constet aliquẽ scienter, & dolosè produxisse falsos testes, vel falsum testem, & scienter, & dolosè vsum fuisse, qui post publicationem testium interrogatus, an velit vti dictis testium, vel testis, respondiderit se velle vti; & quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminum per iudicem statuendum; & si ad ipsum terminum non respondiderit, intelligatur non velle vti; & vltra ille qui falsum testimonium dixerit, vel vsus fuerit vt supra; & quilibet eorum insolidum, ita tamen quòd vnica solutio sufficiat, compellatur realiter, & personaliter ad emendationem faciendam cuiuslibet damni, dispendij, & interesse, illi qui damnum, dispendium, seu interesse substinuisset, seu supportasset occasione dicti falsi testimonij.

Quicunq; falsum testimonium dixerit, vt aliquis cõdemnetur in ciuili causa, amputet̃ ei lingua; si verò falsum testimonium dixerit, vt aliquis absoluat̃ in causa ciuili, similiter amputetur ei lingua; & eadem pena puniat̃ ille, qui scienter, & dolosè produxerit falsos testes, vel falsum testẽ in causa ciuili,

ciuili, vel eis seu eo scienter, & dolosè vsus fuerit. Et intelligat̃ sciẽter, & dolosè produxisse falsos testes, vel falsum testem, vel scienter, & dolosè vsum fuisse, qui post publicationẽ testium, vel testis respondit se velle vti; & qui interrogatus teneatur respondere ad terminum per iudicem statuendum; & si ad ipsum terminũ nõ respõdiderit, intelligat̃ non velle vti; & vltra ille ꝙ falsum testimonium dixerit vt supra, & ille qui ꝓduxerit, & vsus fuerit vt supra, & quilibet ipsor̃ insolidum, ita tñ ꝙ vnica solutio sufficiat; teneatur ad emendationẽ cuiuslibet dãni, dispendij, & interesse, illi qui damnũ, dispendiũ, seu interesse substinuisset occasione falsi testimonij; & eadem pœna puniatur quilibet qui solicitauerit, aut operam dederit, aut consiliũ, ꝙ aliquis dicat falsum testimonium. Et q̃ dicta sunt de producentibus falsos testes, & eis vtentibus, habeant locum in producentibus, & vtentib⁹ scienter, & dolosè falsa instrumenta, & scripturas publicè falsas.

De furantibus, & lacerantibus instrumenta, vel scripturas.

STabilitum, & ordinatum est, ꝙ quælibet persona subtrahens furtiuè, vel per violentiam aliquas scripturas publicas, vel acta publica, vel instrumenta producta in iudicio, vel non producta, vel eas, vel ea dilacerans violenter, puniatur, & cõdemnetur in hauere, vel persona arbitrio D. potestatis, inspecta qualitate facti, & personarum; & nihilominus sic furans, subtrahens, vel dilacerans teneatur ad emẽdationem damni illati in duplum damnum passo. Et non liceat alicui notario rogato de aliquibus scripturis, vel processibus dare partibus, vel alicui earum, vel eorum aduocatis, vel procuratoribus aliquas scripturas publicas originaliter, sed earũ copias: retento semper apud se originali, sub pœna soluendi damnum, & interesse parti quæ conquæsta fuerit de ammissione originalis, de quo dãno, & interesse credatur eius sacramento, sine aliquo alio onere probationis; & vltra puniatur arbitrio potestatis.

De pœna falsificantis sigillum, vel bulletinum Illustriss. D. nostri, vel communis Parmæ.

SI quis falsificauerit, vel falsificari fecerit sigillum, vel bulletinum Illustriss. D. nostri; vel sigillum, vel bulletinum cõis Parmæ capite puniatur, ita ꝙ moriatur. Si verò falsificauerit bulletinum, vel sigillum alicuius alterius personæ, vel vniuersitatis, vel collegij, puniatur arbitrio iusdicẽtis in hauere, considerata qualitate delicti, & delinquentis.

De incisoribus arborum, & vitium.

QVicunq; inciserit, vel incidi fecerit vites ab vuis, vel arbores fructiferas, si fuerint a decem infra, puniatur pro qualibet vite, vel arbore in floreno vno, applicando pro dimidia fisco, & pro alia dimidia

midia parti læsæ. Si verò fuerint a decem vsq; in quindecim, puniatur in florenis xxv. auri applicandis vt supra; Eidem amputetur manus in qua est magis potens, & teneatur ad emendandum damnum passo iuxta determinationem statutorum damnorum datorum; & in oībus casibus prædictis in emendatione damni damnū passo. Qui verò inciserit arborem nó fructiferā, puniatur indistinctè arbitrio potestatis; & quilibet qui inciserit, vel alio exportauerit aliquam vitem, tractūrā, vel propaginem, aut enctā fructiferā, condēnetur in libr. tribus Parmeñ pro qualibet, & quolibet, applicandis pro tertia parte cōi, & pro tertia accusatori, & pro tertia dānum passo. Et in p̄dictis de vitibus, & enctis nō possit p̄cedi nisi p accusationē; & teneatur p̄dicta cōmittens vltra pēnā p̄dictam dānum passo emēdare.

De mutatione nominis.

QVòd nulla persona audeat, vel præsumat dolosè in iudicio, vel extra, in instrumento, vel extra, vel in aliqua publica scriptura, vel extra; sibi nomen proprium, vel cognomen mutare, q̄ si fecerit aliquis, puniatur, & condemnetur in libr. xxv. Parmeñ. & plus, & minus arbitrio D. potestatis, & cuiuslibet officialis cōmunis Parmæ, inspecta qualitate facti, & conditione personæ.

De correriis falsam ambasciatam facientibus.

SI quis correrius ambasciatam, vel relationem falsam fecerit, cōdemnetur realiter, & personaliter arbitrio iusdicentis, inspecta qualitate facti, & conditione personæ; & vltra amplius vti non possit officio correriæ: eodem modo puniatur qui dictam falsam ambasciatam, vel relationem fieri fecerit; & vltra puniatur in hauere, & persona secundū arbitriū potestatis; & potestas, & eius iudex maleficiorum possit, & teneatur de prædictis inquirere ex officio suo.

De pœna vendentium rem immobilem duobus emptoribus.

SI qua persona vendiderit aliquam rem immobilem duobus emptoribus diuersis temporibus, condemnetur, & condemnari debeat vendens, si res vendita erit æstimationis, & valoris librarum trecentum Parmeñ. & ab inde supra, in libris centum Parmeñ. applican. cōi Parmæ, & in damno, dispendio, & interesse applicañ. emptori, cui non tradita erit possessio ipsius rei; & si res fuerit minoris precij libr. trecentum Parmeñ. condemnetur in libr. quinquaginta Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice applicandis vt supra; & q̄ eadem pœna vendicet sibi locum in cessionibus iurium duobus factis diuersis temporibus quolibet titulo per eādem personam factis; & q̄ dicta pœna etiam locum habeat, si duobus titulo donationis, vel vni titulo emptionis, & alteri donationis, vel alio titulo fuerit alie-

alienata per eandem personam; & eadem pena puniatur, & teneatur cedens, qui postea obligauerit debitorem per deliberationem, quæ præiudicaret ei cui cessa sunt iura; & in prædictis possit procedi ex officio, sicut ad accusationem partis.

De termino amoto.

QVicunq; dolosè, & scienter terminum, seu terminos aliquarum possessionum amouerit, puniatur, & condemnetur in libr. cētum Parmeñ. & plus arbitrio D. potestatis, inspecta qualitate facti, & conditione personarum, & nihilominus potestas teneatur, postquā notum fuerit sibi de prædicta amotione, dictos terminos reduci facere in ista tu primerio, in quo erant ante amotionem prædictam.

De fractoribus carcerum.

QVælibet persona carcerata, & non carcerata, rumpens, vel frāgens carceres, muros, portas, vel hostia carcerum communis Parmę dolosè, & causa fugam faciendi, vel vt carcerati possint inde aufugere; realiter, vel personaliter puniatur arbitrio potestatis, considerata conditione personæ, & qualitate, & causa delicti.

De pœna superstantium carcerum.

SVperstans carcer, seu custodes qui dimisissent fugere, aut de carceribus extraxerint aliq̄ personam sine licentia potestatis, & iudicis cuius mādato detētus fuerit, vel sui succesforis; si carceratus fuerit pro debito pecuniario, condēnetur ad solutionem debiti pro quo talis fuerit capt⁹, & detentus illi ad cuius instantiā erat captus. Et si ex causa maleficij detentus erat, condēnet̄ supstās, seu custos ad id, & illud suppliciū, & pēnam, ad quod, & quā tenebatur talis persona taliter carcerata, & relaxata, & quę aufugerit vt supra: & p̄dicta oīa, & singula locū habeant, nisi dicti superstantes, vel custodes consignauerint dictū carceratum in forciā potestatis, vel dicti iudicis cuius mādato fuerit detentus infra terminum sup hoc eis assignandū; & si ipsum cōsignauerint, nihilominus cōdemnent̄ custodes, seu superstātes in libr. trecentum Parmeñ. si ingeratur pœna sanguinis; si verò fuerit pēna pecuniaria, vel delictum pecuniarium, puniantur in libr. quinquaginta Parmeñ. si fuerit pœna, vel debitum vltra libr. quinquaginta imperialium, & si fuerit ab inde infra libr. xxv. Parmeñ.

De inferentibus alicui violentiam in possessionibus suis.

SI quis de ciuitate Parmæ, vel episcopatu, vel aliquis alius fuerit forciatus, vel spoliatus, in vel de possessionibus, & rebus, vel persona per forciā, vel damnum habuerit, & substinuerit in ciuitate, vel extra; potestas

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.МЕЧНИКОВА

ſtas teneatur auferre inferenti forciam, vel ſpolianti pro banno centū libr. Parmeñ. & inſuper teneatur poteſtas recipere idoneam ſecuritatē ab eo, q̄ diceretur forciā, vel ſpoliationem feciſſe, vel facere, q̄ forciam non faciet alicui, & poteſtas teneatur prædicta obſeruare, & obſeruari facere, ſaluo arbitrio dato poteſtati per aliud capitulum ſuper violentijs, & robarijs; ita q̄ prædicto capitulo de robarijs in aliquo non præiudicetur per præſens ſtatutū; & q̄ nihilominus ſpoliatus reſtituatur in ea poſſeſſione, vel quaſi, in qua erat tempore ſpoliationis, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; & de prædictis præfatus D. poteſtas, & eius iudices p̄cedere poſſint ad inſtantiam, & accuſationem partis, & non ex officio.

De vi moleſtatiua, turbatiua, vel inquietatiua.

SI aliqua ſingularis perſona, vniuerſitas, vel collegium cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtat, amodò moleſtabit, turbabit, vel inquietabit, ſeu moleſtauerit, turbauerit, vel inquietauerit, vel moleſtari, turbari, vel inquietari fecerit aliquē, vel aliq̄ perſonā eccleſiaſticā, vel ſeculare, collegiū, vel vniuerſitatē in aliquā eius poſſeſſionem, vel quaſi rei immobilis, vel eius inhærentis alicui rei immobili, vel fructibus decimæ, vel de iure decumationis, vel in quacunq; re immobili, puniatur, & condemnetur in libr. quinquaginta Parmeñ. pro quolibet eorum, & minus arbitrio iuſdicentis ſm̄ qualitatem delicti, & perſonæ delinquentis; & nihilominus teneatur, & debeat dimittere moleſtatū, vel inquietatū, vel turbatū in eius pacifica poſſeſſione, vel quaſi, & inſuper cōdemneē, q̄ in futurum ipſum non debeat moleſtare, turbare, vel inquietare; & in prædictis procedatur ſine ſtrepitu, & figura iudicij ad petitionē partis, nō aūt ex officio.

In quos peruenire debent condemnationes de violentia, moleſtationibus, turbationibus, & inquietationibus.

MEdietas omnium pœnarum imponendarum occaſione prędictarum moleſtationum, inquietationum, & etiam violentiarū, peruenīat, & peruenire debeat in offenſum, ſeu eius hæredes, & alia medietas in commune Parmæ.

De rumpentibus pacem.

QVicunq; ruperit pacem, fidantiam, vel treguam per offenſam factam in perſonā ipſius, cū quo habeat pacē, fidantiā, aut treguam, puniatur pro percuſſione, vel feruta, vel alia offenſa perſonali ſm̄ formā p̄tium ſtatutorū; & vltra in libr. ducentū Parmeñ. cuius pœnæ medietas ſit cōis Parmę, & alia offenſi. Si verò ruperit pacem, treguam, vel fidantiam offendendo in rebus, vel bonis illum cum quo pacem habebat; puniatur de offenſa in rebus, vel bonis facta ſecundum formam prędictorum

rum ſtatutorum; & vltra in libris centum Parmen. cuius pœnæ ſit medietas cōis Parmæ, & alia offenſi. Saluis nihilominus, & remanentibus ratis vltra prædictas pœnas omnibus pactis, conuentionibus, & promiſſionibus etiam pœnalibus factis inter eos qui pacem, vel treguam inter ſe fecerint; & prædicta in præſenti capitulo appoſita locum habeant tam in bānitis etiam de quouis maleficio, q̄ in alijs; & hoc non obſtante ſtatuto contīē te, quod omne damnum, & iniuria, illatum in perſona, vel rebus banniti remaneant impunita, nec aliquo alio ſtatuto in contrarium loquente.

De pœna facientis priuatum carcerem.

SI aliquis auſu temerario fecerit, ſeu fieri fecerit in aliqua parte ciuitatis, vel diſtrictus, vel epiſcopatus Parmæ priuatum carcerem alicui pſonæ, & ipſe talis venerit in forciam communis Parmæ, capite puniatur, ſic quòd penitus moriatur; ſi verò non venerit in forciam communis, banniatur perpetuò de ciuitate, & epiſcopatu Parmæ; & condemnetur in amputatione capitis; & omnia ſua bona publicentur, & publicata deueniant in commune, reſeruata legitima deſcendentibus. Et intelligatur quis dictum priuatum carcerem commiſiſſe, ſi per decem horas aliquem contra voluntatem ſuam tenuerit in aliquo loco.

De arbitrio conceſſo D. Poteſtati contra nobiles, vel potentes aliquem de populo vulnerantes.

SI quis magnus, vel potens vulnerauerit, vel vulnerari fecerit, & percuſſerit, & magagnauerit, ſeu interfecerit, vel magagnari, ſeu percuti, vel interfici fecerit aliquem de ciuitate, vel epiſcopatu Parmæ; ſtatutum, & ordinatum eſt, q̄ poteſtas Parmæ, qui per tempora fuerit, habeat merum, & liberum arbitrium inquirendi, & puniēdi malefactores, & magnates realiter, & perſonaliter ad ſuā voluntatem, ēt ſine collegio iudicum; ſola vox, & fama fuerit contra talem magnatē, ſeu potentem, qui hoc fecerit, vel fieri fecerit, ſeu malefactorem capi prohibuerit, vel eū in domo ſua acceperit, vel ſibi auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiterit ad prędicta facienda, vel aliquod prędictorum, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, vel reformationibus conſiliorum communis, factis, ſeu fiendis cuiuſcunq; cōditionis exiſtant. Et prædicta faciat poteſtas in hauere, & perſona, & plus, & minus inſpecta qualitate perſonarum offendētis, & offenſi, vel infamati ad ſuum liberum intellectum, arbitrium, & voluntatem. Magnates, & potentes eſſe intelligantur ſm̄ cōem vſum loquendi ciuitatis. Et quod nulla remiſſio poſſit fieri per offenſum, vel iniuriā paſſum in hauere, vel perſona, nec per eius hæredes, vel filios illi potenti, vel eius hæredibus, vel filijs illius qui offenſam fecerit; & pax, & remiſſio ei non proſit in aliquo. Item q̄ per poteſtatē accipiatur ſecuritas a propinquis illius potentis, qui offenderit

derit aliq̃ de ciuitate, vel ep̃atu Parmæ de nõ offendendo eum vlterius & modus promiſſionis, & obligationis p̃dictæ fiat per modum eundem per quem ille qui fuerit offenſus ſe magis ſecurum reddiderit, & voluerit.

Quod minor annis quattuordecim committens maleficium corpore puniri non poſſit.

NVllus qui non exceſſerit ætatem quattuordecim annor̃ cõmittẽs maleficiũ, ex quo maiori quattuordecim annorum imponeretur pœna mortis, vel membri inciſionis, ſeu priuationis, puniatur ad mortem, nec ad membri inciſionem, vel priuationẽ; & in caſibus in quibus pœna aliqua ex prædictis infereretur minori quattuordecim annorũ, ipſe minor arbitrio poteſtatis circa pœnas prædictas in hauere, vel perſona poſſit puniri, inſpecta qualitate facti, vel delicti.

Quòd nullus corpore puniatur, niſi lege municipali caueatur.

NVllus corporaliter puniat̃, niſi lege municipali caueat̃; ſed aliàs puniat̃ pecunialiter arbitrio poteſtatis, inſpecta cõditione p̃ſonæ, & qualitate delicti; & lege municipali cautũ intelligat̃ de puniendo q̃ pœna corporali, vbi cautũ ſit de puniẽdo q̃ arbitrio poteſtatis in hauere, vel p̃ſona; & ẽt vbi dictum ſit per hæc verba, in hauere, vel perſona.

Quòd Ruffiani, & alij ſuperſtantes meretricum, non poſſint aliquam ducere mulierem in poſtribulum, vel ad poſtribula, vel ad lupanaria.

VT malis, & doloſis machinationibus ruffianor̃, & ſuperſtantium meretricũ, ſeu eor̃ qui emerent, aut emerint in poſterũ datiũ, & gabellã meretricũ ciuitatis Parmæ, cũ cęleri, & opportuno remedio obuiet̃, ſtatutũ, & ordinatũ eſt, q̃ aliq̃s ruffianus, ſeu emptor datij, & gabellę meretricũ, & bordellor̃, vel lupanarior̃, nõ audeant, nec p̃ſumant ducere p violentiã, aut alio quoquomodo, mulierẽ aliquã cuiuſcunq; conditionis, & ſtatus exiſtat, ad bordellos, ſeu poſtribula, vel lupanaria; aut in his locis vbi publicè meretricatur, in pœna, & ſub pœna quingentar̃ libr. Parmen. q̃ ſi non ſoluerit infra x. dies, incidatur ei manus dextra; ſic & taliter quod a brachio ſeparetur, & diſcedetur; & quilibet poſſit accuſare cõtrafacientes, & habeat medietatẽ cõdẽnationis; & hoc teneat̃ obſeruare in totũ D. poteſtas Parmæ, non obſtãtibus aliquibus pactis, ſeu cõuẽtionibus factis, & ordinatis, vel fiendis cũ ipſis ruffianis, ſuperſtantibus, ſeu emptoribus, in pęna, & ſub pęna quingentar̃ lib. Parmen. oĩ exceptione remota. Et oẽs contractus qui fieri cõtingent inter lenones, & meretrices, ſint nulli ipſo iure; & iuramentũ non habeat validare ipſos contractus, & habeatur pro ſimulato, & doloſo quãtum ſit in p̃iudicium ipſar̃ meretricum.

De

De pœna volentium corrumpere D. Poteſtatem, vel alium officialem.

ALiquis non audeat, vel præſumat, nec attentet corrũpere poteſtatẽ, vel aliquẽ de ſua familia, nec aliquẽ officialẽ cõis Parmæ, ordinariũ, vel extraordinarium, p̃cio, vel munerib⁹, vel aliquo modo, vel ingenio; & ſi quis cõtrafecerit, puniat̃ in centũ lib. Parmen. Et ſi aliquis ſenſerit aliquẽ contrafacientẽ, debeat denunciare poteſtati infra quartam diẽ, alioquin condẽnet̃ in centũ ſoldis Parmeñ. Et ſi aliqua denũciatio facta fuit p̃ corrũpentẽ de vno officiale, vel pluribus, eos facere, vel feciſſe baratarias, vel ſeruitiũ recepiſſe, vel in ſuo officio cõmiſiſſe, vel cõmittere, in hoc caſu non vendicet ſibi locũ, nec poſſit opponi alicui officiali corrũpere voluiſſe, poſtq̃ denunciatio facta fuerit poteſtati, vel ſuis officialibus de aliquo officiali, qui in officio ſuo cõmiſſerit; vt quando peccant officiales meliùs puniantur, & fraudes eor̃ inueniantur, quæ inueniri nõ poterãt.

De pœna ludentium ad ludum prohibitum.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, q̃ nemo audeat, vel præſumat ludere ad taxillos, & cartas, ſub pœna libr. v. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice applicanda pro dimidia communi Parmæ, & pro altera dimidia accuſatori.

De adulterijs, & raptoribus puniendis.

QVicunq; palam, ſeu publicè in domo ſua, vel aliena tenuerit vxorem alterius in ſuam amaſiam, condemnetur in trecentis libr. Parmeñ. & mulier verberetur; ſi verò clam alterius vxorem tenuerit, vel rem cũ ipſa clã vbiq; habuerit, condemnetur in libr. centũ Parmen. nec de carceribus relaxetur, quouſq; ſoluerit dictã condemnationẽ; & ipſa mulier in prædictis caſibus debeat ammittere dotem ſuam, marito, vel ei⁹ hæredibus applicandam, & publicè fuſtigari, & in aliquo monaſterio poſt fuſtigationem poni; & marito eius liceat ſi voluerit eam poſtea recipere quandocunq;. Et ſi quis vxoratus tenuerit in domo ſua amaſiã, vxore ſua de domo expulſa, vel etiam in domo ſua retenta, & contra voluntatem expreſſam vxoris ſuæ, condemnetur in libr. ducentis Parmeñ. ſi verò vxoratus prædictus tenuerit amaſiam alibi quàm in domo ſuæ habitationis, & contra voluntatem expreſſam vxoris ſuæ, condemnetur in quinquaginta libr. Parmeñ. & in vtroq; caſuum talis amaſia debeat fuſtigari publicè per ciuitatem, & perpetuo bãniri, & expelli de ciuitate Parmæ. Et D. poteſtas, & iudex maleficior̃ teneat̃, & debeat ad petitionẽ mariti ipſius mulieris, vel vxoris talis tenentis amaſiã, aut patris, vel fratris ipſius mulieris, & non ad inſtantiã alicuius alterius perſonæ, de omnibus, & ſingulis in hoc capitulo contentis inquirere veritatẽ, & ea reperta punire, & condemnare vt

ſupra.

HAYKOBA BIBLIOTEKA

supra. Raptores per violentiam autem puniãtur pœna legali, nisi rapta cum raptore contraxerit matrimonium, quo casu sit raptor impunis.

De blasphemantibus patrem, & matrem.

NEmo cuiuscunq; conditionis sit, audeat, vel præsumat blasphemare patrẽ, vel matrẽ, vel alterũ eorũ; siue sint mortui, siue viuant, nec aliquod dedecus in ipsis patribus, vel matribus viuentibus, vel defunctis irrogare, in pœna, & bãno lib. x. Parmen. ꝑ quolibet, & qualibet vice, & vbicunq; hoc cõmisserit; & quilibet possit accusare, & habeat medietatẽ banni, & teneatur secretus, & accusatori credatur cum vno teste fidedigno. Insuper teneatur potestas ad instantiã patris detineri, & carcerari facere filios, & ibidem ad arbitriũ patris detinere. Idem de auo paterno.

De facientibus ficham contra Deum, vel Sanctos.

SI quis contra D. Deũ nrm, vel Dñam S. Mariam, vel Sanctos eiꝰ fichã fecerit, potestas teneatur ei facere zunchari digitũ vnũ manus dextræ; & si non potuerit haberi in forciã cõis Parmæ, potestas teneat ipsum bannire, & condẽnare in centũ libr. Parmen. de quo exire non possit, nisi soluerit condẽnationẽ ꝑdictã. Et quilibet qui audiuerit aliquẽ facere tale maleficiũ ꝑdictũ, vel dicere, teneatur manifestare potestati, vel eius iudicibus; & credatur accusatori, seu ei qui manifestauerit cũ vno teste bonæ famæ, & habeat medietatẽ banni pecuniæ; & teneatur secretus accusator, & testis; & non teneatur potestas facere copiã accusatori de accusatione, nec denunciatione, nec de teste; & hæc locum habeant ẽt in quolibet pcutiẽte imaginẽ Christi, vel B. Mariæ Virginis, vel aliquorũ sanctorum eius.

De blasphemantibus Deum, vel Sanctos.

SI quis decætero dixerit vituperiũ de Deo, vel cõtra Deũ, aut contra D. S. Mariã matrẽ eius, vel alios Sãctos, vel blasphemauerit ad aliquẽ ludũ, vel alibi in ciuitate, vel ẽpatu Parmæ; potestas teneat condẽnare talẽ in libr. quinquaginta Parmen. ꝑ quolibet, & qualibet vice, & plus arbitrio D. potestatis; & si talis condemnatus non soluerit infra x. dies condemnationẽ de eo factã ꝑdicta occasione, potestas teneatur eũ facere stare in carceribus p vnum annum. Et ꝙ potestas teneatur, & debeat facere inquiri p ciuitatem sæpè per officiales suos, & facere fieri proclamationem p ciuitatem de ꝑdictis de semestri in semestre, & punire vt supra cõtinetur.

De inuitamentis prohibitis.

ALiqua persona cuiuscunq; conditionis existat, non debeat, nec ꝑsumat facere aliquod inuitamentum gentium, seu hoĩum armatorum in ciuitate, vel districtu Parmę; nec gentes, seu hoĩes armatos

tos congregare, seu congregari facere in aliqua parte ciuitatis, vel districtꝰ Parmæ ꝑ aliqua discordia, guerra, cõtention, vel lite, q̃ haberetur, vel haberi sperareť cũ aliqua pson, collegio, vel vniuersitate ciuitatis, vel districtꝰ Parmæ; neq; aliunde, neq; alia de causa, vel occasione. Et ꝙ aliqua pson, collegiũ, vel vniuersitas non debeat ire, nec stare, nec facere aliqđ inuitamentũ cũ armis, nec sine armis ad postulationẽ, vel requisitionẽ alicuiꝰ, nec proprio motu, ꝑ aliqua contẽtione, lite, vel controuersia, seu guerra, vel discordia, q̃ esset, vel esse posset, vel sperаretur esse inter aliquas singulares personas, seu cõia, vel vniuersitates ciuitatis, vel aliunde in aliqua parte ciuitatis, vel districtus Parmę, nec in aliquã aliam partem extra districtum Parmæ sine expresso mandato, seu voluntate, seu publica, & manifesta prę conizatione facta per dictum potestatem Parmæ. Et ꝙ aliqua persona, collegium, vicinantia, villa, burgus, locus, vel cassina, nec aliqua alia vniuersitas non debeat currere, nec ire cũ armis, seu aliquo genere armorum ad aliquã rixã, mischanciã, vel rumorẽ quæ fieret, vel sperаretur posse fieri in aliqua parte ciuitatis, vel ẽpatus Parmæ, seu districtus aliqua ex prædictis de causis; & qui contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit, puniatur in hauere, & persona arbitrio potestatis, inspecta qualitate personarum, & facti; & intelligatur, ac ꝑsumatur, & habeatur pro plena, & integra probatione, quantũ ad ꝑdictas pœnas imponendas, & exigendas, si probabiť ꝑ tres testes fidedignos, aliquem, vel aliquos fecisse contra ꝑdicta, vel aliqđ ꝑdictorum; & ꝙ in prædictis, & pro prædictis, & eorum occasione, D. potestas, & eius iudices, & quilibet eorũ habeat merum, & liberũ arbitriũ inquirendi, cognoscendi, & puniendi quẽlibet summariè, & extra ordinẽ, & sine datione libelli, & strepitu iudicij, & quolibet die feriato, & nõ feriato, causis collocatis, vel non, ad eorũ, & cuiuslibet eorũ liberã volũtatẽ, nullo statuto, vel reformatione in cõtrarium facto obstante; & quicunq; fuerit condemnatus pro ꝑdictis, vel aliquo ꝑdictorum, debeat, & teneatur soluere condemnationem de eo factã in pecunia numerata; & sine aliqua spe alicuiꝰ cõpensationis, vel remissionis; & ꝙ non fiat ei aliqua ratio in ciuilibus, vel in criminalibus, nec petitio, vel remissio admittatur alicuius q̃ fuerit cõdemnatus pro prædictis eorum occasione, donec soluerit integraliter in pecunia numerata condemnationem de eo factam; & ꝙ si aliquis condemnatus pro prædictis, vel eorum occasione venerit in forciam cõis Parmę, de carceribus non debeat relaxari, donec soluerit in pecunia numerata vt supra dictum est; & ꝙ quilibet possit quãlibet personam cõtra prædicta facientẽ accusare, & denunciare, & ꝙ eius accusationi, & denunciationi plena fides adhibeatur, si probabitur per tres testes fidedignos, aliquem, vel aliquos cõtra prædicta, vel aliquod ꝑdictorum fecisse. Item ꝙ si decætero in aliqua parochia, seu vicinia ciuitatis Parmę, seu in aliquo burgo, castro, villa, loco, cassina, vel molendino ẽpatus, seu districtus Parmæ

HAYKOBA BIBLIOTEKA

fieret aliquod exploramentū, aut aſembiamentū, ſeu aggregatio hoīum ad matoꝝ, p aliqua cōtentione, diſcordia, ſeu guerra, ſeu rixa, vel meſchia, q̄ eſſet, ſeu ſperaret eſſe ī aliqua parte ciuitatis Parmæ, ſeu ep̄atus, vel diſtrict⁹ aliqua occaſione, ſine p̄cepto, vel licentia D. poteſtatis Parmę, q̄ conſules, miſtrales, & officiales ipſius viciniæ, burgi, caſtri, loci, caſſinæ, vel molēdini, teneant, & debeant dicere, & notificare D. poteſtati Parmæ, ſeu iudici ſuo prima die, vel ſequenti, ſi fuerit in ciuitate, vel infra miliaria decē p̄pè ciuitatē in tertia die, ſi fuerit a xx. miliarijs infra; & ſi fuerit a xx. miliarijs ſupra, quarta die qua ipſa congregatio facta fuerit, in qua notificatione cōtineat vbi, & in qua parte facta fuerit ipſa congregatio, & in quo, ſiue q̄b⁹, loco, vel locis, & qui erant ad ipſa congregationē; & ēt quilibet conſul, miſtralis, vel officialis cuiuſlibet viciniæ, burgi, loci, caſtri, caſſinæ, & molēdini; de quo iuerint de vicinijs ſuis armatus ad ipſa congregationē, ſeu aſemblamentū, teneat denunciate infra primā diē, ſecundā, tertiā, aut quartam diē vt ſupra, ex quo iuerint ad ipſa cōgregationē cora D. poteſtate, vel ſuo vicario, aut iudice maleficiorū; & ſi contrafactū fuerit condemnet contrafaciens arbitrio poteſtatis inſpecta qualitate perſonarū, & facti. & intelligat inuitamentū, congregatio, vel aggregatio, & aſemblamentū in p̄iti ſtatuto a duodecim viris armatis ſupra; & q̄ ēt nulla congregatio poſſit fieri in aliquo locoꝝ p̄dictorum ēt ſine armis, quæ excedat numerū perſonarum duodecim, cauſa alicuius conſilij faciendi, niſi ipſi omnes de dicta cōgregatione ſint eiuſdē viciniæ, terræ, vel villę, quo caſu poſſint etiam eiuſdem viciniæ, vel villæ impunè conuocari, & congregari, pro eorum ſcilicet viciniæ, vel villæ negocijs ordinandis ſine armis, & abſq; licentia poteſtatis.

De non currendo ad rumorem tempore rumoris.

NVllus præſumat ire, ſeu currere cū armis, vel ſine ad domū alicui⁹ potentis, nec ad locum in quē eſſet ille potens, tpe, vel occaſione alicuius rumoris; & ſi quis ſuppoſitus cōtrafecerit, ſiue iuerit equeſter, ſeu pedeſter, condēnet arbitrio poteſtatis in hauere, & p̄ſona inſpecta qualitate p̄ſonarū, & facti. Si verò aliquis foraſterius cucurrerit, ſiue iuerit tpe rumoris, vel tumultus amputetur ei vnus pes; & D. poteſtas teneatur, & debeat de p̄dictis inquirere, & punire, & condemnare ex officio.

De datiarijs exigentibus vltra quam ſit eis conceſſum.

SI quis incantator, vel datiarius, vel ſuus officialis, vel alius prætextu, ſeu ſub colore datij, vel gabellæ incantus, vel officij, vel bulletæ, vel alicuius exactionis, exigerit, vel receperit per ſe, vel ſubmiſſam perſonā aliquid, q̄ non ſit ei conceſſum, vel vltra q̄ ſit conceſſum per pacta ſui datij, condemnetur in quadruplū, & intereſſe, de quibus credat vſq; in quindecim ſoldis Parmen. referenti cum ſacramento, & vſq; in ſoldis triginta

Parmen.

Parmeñ. cum vno teſte idoneo, & ab inde ſupra vt iura deſiderant, cuius pœnæ medietas ſit communis Parmæ, & alia referentis.

De arbitrio Poteſtatis procedendi contra datiarios, & eorum nuncios deferentes falſas, & calumnioſas accuſas.

DOminus poteſtas Parmæ, & iudex ad maleficia, Referendarius, & iudex datiorum, & quilibet officialis communis Parmæ, & quilibet eorum qui ſunt, & erunt pro temporibus, habeant arbitriū inquirēdi, p̄cedendi, condēnandi, & puniendi; & teneant, & debeant inquirere, procedere, condēnare, & punire ex ſuo officio vnum quemq; incātatorē datioꝝ, vel habentē datiū, vel cauſam ab eo, & eius officialem, & nuncium, qui coram aliquo eoꝝ aliquam accuſam, denunciationem, vel quęrimoniam in ſcriptis, vel oretenus dixerit, portauerit, vel fecerit calumniam, vel falſam, quam proſequatur, & proſequi voluerit de aliquo communi, vel aliqua perſona ſingulari, ēt qui aliquo modo communi, vel ſingulari perſonæ indebitè aliquā pecuniā extorſerit, vel indebitè acceperit, in dimidia eius pœnæ in qua veniret condemnandus ille talis accuſatus, vel denunciatus, ſi dicta accuſā, denunciatio, vel quærela fuiſſet probata, in quibus aliàs non ſit aliter de pœna prouiſum, de quibus, vel in quibus omnibus, & ſingulis, breuiter, & ſummariè poſſit, debeat, & teneatur cognoſcere, diffinire, pronunciare, & executioni mandare; non obſtante aliquo ſtatuto, prouiſione, vel reformatione, dato, vel pacto, conſilio, vel arengho, vel aliquo alio impedimento facto, vel fiendo, vel q̄ in futurum fieri poſſit contra præſens ſtatutum, vel aliquod de prædictis; & hoc capitulum ſit præciſum; & intelligatur calumnioſa ſi probata non fuerit.

De pœna colligentium, ſeu colligi facientium pedagium, toloneum, ſeu datiū per terram, vel aquam in epiſcopatu Parmæ.

NVllus cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat per terram, vel aquam, in epiſcopatu, vel diſtrictu Parmæ colligere, ſeu colligi facere pedagium, toloneum, datium, terſam, fidantiam, paſaleum, conductam; nec aliquid aliud in fraudem prædictorum, in pœna libr. mille Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & D. poteſtas teneatur facere inquiſitionem de prædictis in pœna ducentarum libr. Parmeñ.

De pignorantibus ſine licentia iuſdicentis.

QVicunq; pignorauerit, vel pignorare tentauerit, vel ſub p̄textu pignorationis aliq̄d extorſerit ab aliquo, & pignorādi, & grauādi ab aliquo iuſdicēte licentiā nō habuerit, condēnet in libr. x. imperialiū applicandis cōi Parmæ; & teneatur reſarcire dāna, expenſas, & intereſſe grauato, & officio ſuo, ſi quod habebit ſit priuatus ipſo iure, & facto.

De tractantibus contra pacificum, & tranquillum ſtatum Illuſtriſſ. D. noſtri, & communis Parmæ.

SI aliqua perſona ciuitatis, epiſcopatus, vel diſtrictus Parmæ, vel aliunde, fecerit, tractauerit, vel procurauerit per ſe, vel alium cum inimicis præfati D. noſtri, & communis Parmæ, ſeu cum alijs, vel aliter, contra pacificum, & trãquillum ſtatum ipſius prælibati D. noſtri, vel communis Parmæ, ſi venerit in forciam communis Parmæ ad furcas ſuſpendatur, ita q̃ confeſtim moriatur; & ſi non peruenerit in forciam communis Parmæ banniatur de maleficio, & proditione patriæ, & bona eius publicentur reſeruata legitima filijs.

De vindicta ſanguinis non fienda in platea communis, niſi neceſſitate.

AD pulchritudinem plateæ, & rerum quæ ibi venduntur, & maximè panis, & frugum; ſtatutum, & ordinatũ eſt, q̃ D. poteſtas qui pro tempore fuerit, teneatur, & debeat non facere, nec fieri facere aliquam vindictam ſanguinis, ſiue ex qua ſanguis fundatur alicui in platea communis; ſed fiant huiuſmodi vindictæ in glarea communis, vel alibi, pro vt ſibi melius videbitur extra plateam, & confines ipſius plateæ. Saluo, q̃ ſi poteſtati videbitur iuſtam cauſam ſubeſſe eorum, tunc poſſit huiuſmodi vindictam facere fieri, & facere in platea communis, q̃ ſi poteſtas non obſeruauerit, puniatur in centum libr. Parmeñ.

De auferentibus familiæ D. Poteſtatis, ſeu alicui officiali communis Parmæ aliquem malefactorem.

SI aliquis de familia D. poteſtatis, vel aduogadrorum communis Parmæ, qui fuerit miſſus pro aliquo malefactore, ſeu bannito capiendo cæperit aliquem malefactorem in ciuitate, vel burgis, in villa, caſtro, vel loco, vel epiſcopatu Parmę, ſeu capere voluerit; nemo præſumat, vel attentet talem bannitum, vel condemnatum, ſeu malefactorem, vnum, vel plures ſibi auferre, aut impedimentum quouis modo facere, quominus capiatur; ſed auxilium, & iuuamen modis omnibus dare teneatur, & debeat ad capiendum talem malefactorem, ſeu condemnatum, ſeu bannitum, vt ducatur in forciam D. poteſtatis, & communis; & qui contrafecerit, ſi fuerit miles in centum librar. Parmeñ. ſi pedes in pœna quinquaginta librarum Parmen. & plus, & minus arbitrio Domini poteſtatis inſpecta qualitate facti. Si verò vicinantia ciuitatis, villa, ſeu caſtrum fuerit, tunc homines viciniæ, ſeuburgorum ciuitatis puniantur in centum libr. Parmeñ. & plus, & minus ad voluntatem D. poteſtatis, inſpecta qualitate malefactoris, caſtri, vel villæ, ad quam condemnationem ſoluendam nõ teneãtur pupilli, viduæ, miſerabiles perſonæ, maiores ſeptuaginta annorũ, &

& abſentes; & de p̃dictis credatur duobus, vel tribus de familia D. poteſtatis cũ ſacramento, vel duobus, vel tribus officialibus cõis. Et inſup hoc amplius, q̃ ſi non fuerit bãnitus, ſeu condẽnatus pro pecunia, ille, vel illi q̃ abſtulerint ipſũ bannitũ, ſeu condẽnatũ, & qui operã dederint ad auferendũ, vel vt nõ caperet, cõpellant p̃ D. poteſtatẽ ad ſatisfactionẽ creditorib⁹ oĩb⁹ dicti bãniti, ſeu condẽnati, ad quor⁹ petitionẽ eſſet miſſum q̃ tali bãnito, vel condẽnato capiendo, & ẽt cõi Parmæ; ſi talis malefactor, vel bannitus eſſet condẽnatus cõi, vel cõi in aliquo teneret. Et quia hoĩes ep̃atus conſueuerunt ab hinc retro malitioſè, & contra iuſtitiã grauari ad ſoluendũ debita nobiliũ, curialiũ, & magnatũ occaſione ſimilis ordinamenti ab hinc retro, amodo aliqui miſtrales alicuius loci ep̃atus Parmæ, per ſe, vel vniuerſitates ſuas non debeant grauari pro debitis alicuius p̃dictæ conditionis, ad quẽ capiendũ mitterent aliqui officiales cõis; ſed q̃n mittunt, teneantur capere ſi poterunt inuenire, & cõducere ſecũ in fortiã cõis, non recõmendando ipſos miſtrali, nec vniuerſitati alicuius loci; ſed miſtralis, & q̃libet vniuerſitas dare teneat ipſis officialibus cõis totum auxiliũ, quod oportuerit, vel poterunt ad capiendũ, & ducendũ ipſum bannitũ, & condemnatum in forciã cõis, & ſi in aliquo fuerint negligentes, banno p̃dicto puniãtur.

De euntibus poſt tertium ſonum guardæ, & de tenentibus hoſtium apertum, & maytinatis prohibitis.

NVllus audeat exire extra hoſtia domus ſuæ, vel vadat per ciuitatẽ, & burgos poſt tertiũ ſonum guardæ, q̃ pulſat q̃ cuſtodia ciuitatis de nocte ſine lumine; & cũ lumine quilibet poſſit ire licitè, & ĩpunè, & tres p̃ſonæ excuſent ſub vno lumine; & qui contrafecerit, puniatur p poteſtatẽ in ſold. xx. Parmeñ. q̃ quolibet, & qualibet vice; ita q̃ nemo maſculus, vel femina de nocte vſq; ad cãpanam diei p̃ſumat ire ad termas, ſeu ſtuuas ſub pœna x. ſold. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & ſi illi de ſtuua reciperẽt aliquos dicto tpe prohibito, ſoluãt q̃ banno q̃ quolibet, & qualibet vice xx. ſold. Parmen. & quilibet poſſit accuſare contrafaciẽtes, & habeat medietatẽ bani, ad hoc vt multa maleficia q̃ fiebãt, ineptè ceſſent; ita q̃ nemo audeat, vel p̃ſumat ire de nocte maitinando cũ liutis, alpibus, tronis, organis, vel alijs inſtrumentis; vel aliquo modo facere maitinatam, maximè binubis, & biganis; vel capere, ducere, aut detinere, aut ducẽtem vxorẽ maximè viduã, ſub pẽna libr. x. Parmen. q̃ quolibet, & qualibet vice, & ammiſſionis inſtrumentor⁹; & D. poteſtas teneat dare familiã ſuam ad hoc cuilibet poſtulãti, & pñs ſtatutũ obſeruari, & ſeruari facere, pẽna quinquaginta libr. Parmen. de quibus ſyndicari poſſit, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatẽ bãni. Inſup q̃ nullus audeat tenere hoſtiũ apertum de nocte poſt tertiũ ſonũ p̃dictum, ſub pẽna x ſold. Parmen. & p̃dicta non vendicent ſibi locum in fornarijs eũtibus de nocte faciendo arte ſuam.

LIBER

De declaratione diei, & noctis.

STatutum, & ordinatum est, ꝙ vbicunq; fiat mentio de nocte, siue de die, nox sit, & esse intelligatur post tertium sonum cāpanæ, quæ de sero pulsatur pro custodia; & sic dies sit, & esse intelligatur post pulsationem dictę campanæ diei, vsq; ad tertium sonum campanæ de sero, quę pulsatur pro custodia, quæ cāpanæ diei, & custodię intelligantur, si pulsentur hora consueta.

De portantibus arma per ciuitatem Parmæ, vel alibi, & declaratione armorum.

QVicunq; fuerit repertus portare in ciuitate, vel burgis Parmę arma offensibilia puniatur in libr. v. imperialium; si vero arma defensibilia, in soldis xx. Parmen. & in vtroq; casu in ammissione armorum, seu æstimationis eorū arbitrio talis reperti, quor; armorum, seu æstimationis eorum medietas sit communis, & alia medietas inuentoris. Saluo quòd non intelligatur, quòd ciuibus euntibus peditibus, vel equitibus ad possessiones suas extra ciuitatem, si pedes ligata arma portauerint in ciuitate, quæ pœnæ duplicentur contra portantes tempore noctis; & similiter in repertis in confinibus plateæ; & triplicentur in palatijs communis Parmæ; & similiter contra portantes arma offensibilia absconsa, & non intelligantur absconsa, si portentur ad corrigiam, vel ad latus. Et intelligantur arma vetita, cultellus cum puncta longus vltra spanam, spata, gladij, lanceæ feratæ, speti, & similia; excepta roncheta, & alijs aptis ad agricultu-ram, quæ diebus laboratiuis tantum portari possint ad cultum prædictū. Defensibilia vero intelligantur secundum communem vsum loquendi. Repertus autem portare in districtu condemnetur in libr. duabus imperialium quo ad rurales. Forenses verò in aduentu, & recessu portent arma impunè vsq; ad hospitium, & ab inde extra ciuitatem.

De offendentibus aliquem arenghantem, seu qui arenghasset in consilijs, & credentijs communis Parmæ.

VT vnusquisq; iudicat, & promptus sit ad arenghandum, & addicendum in consilijs, & credentijs communis Parmæ, ea quæ sibi videbuntur bona, & vtilia; statutum est, ꝙ si aliquis cuiuscunq; conditionis existat, iniuriam fecerit, seu offenderit, vel offendi fecerit realiter, vel personaliter aliquem, pro eo ꝙ aliquid dixisset, vel arenghasset in cōsilio, aut credentijs, vel congregationibus hominum, ꝙ ei visum fuerit esse dicendum, & consulendum; talis iniurians, offendens, vel offendi faciens condemnetur, & puniatur per potestatem Parmæ in duplo eius, in

in quo condemnaretur ipse offendens, si hominem alium non arrenghan tem offendisset, vel offendi, vel iniuriari feciſſet; & in hoc casu stetur sacramento offensi cum vno teste; & in prædictis non prosit remissio facta per eum qui offensus fuit, & in his habeat potestas plenum, & liberum arbitrium in procedendo, pro vt sibi videbitur.

De pœna compellentium rusticos, vel aliquos alios ad aliqua laboreria facienda.

NVllus de ciuitate, vel episcopatu Parmæ, vel aliunde, audeat, vel præsumat per se, vel per alios compellere, vel compelli facere aliquem, seu aliquos homines ciuitatis, Parmæ, episcopatus, vel districtus, eidem personaliter, nec realiter facere; nec fieri facere aliqd opus, nec aliquas factiones reales, vel psonales, nec aliqua opera; nisi primo fuerit reformatum per cōe Parmæ in consilio generali, vel nisi aliàs de iure hoc esset sibi cōcessum, & vsitatū, in pęna, & sub pęna quinquaginta libr. Parmen. & plus, & minus arbitrio D. potestatis, inspectis conditionib⁹ personaꝝ, & negocij qualitate; & ꝙ nullus debeat ire ad laboreria p̄dicta facienda sub pœna arbitrio D. potestatis auferenda, & si contra prædicta factum fuerit, destruatur. Et nulla fortilicia possit fieri in ciuitate, & epatu Parmę, vel vēdi in totū, vel in parte, vel alij cōcedi sub pœna quingentaꝝ, ideſt, quinq; centum libr. Parmen. sine parabola totius cōsilij generalis, in quo fiat partitū cum fabis, & faxolis ad scurtinium; & de prædictis dari, & concedi non possit licentia, seu parabola per D. potestatem, vel alium officialem cōis Parmæ, nisi per consilium vt supra continetur; prædicta tñ fieri non possint, nec debeant sine speciali licentia præfati D. nostri. Véditiones verò, & alienationes fortiliciaꝝ, & iurisdictionū, ac honorantiaꝝ fieri possint cū parabola consilij generalis, in quo maior pars sit in cōcordia.

Quòd Potestas teneatur, & debeat compellere omnes, & singulos dare fideiussores de non offendendo aliquem iurantem se timere de eo.

AD conseruationem hoīum ciuitatis Parmæ, & epatus, & suorū iurium; vt multæ iniuriæ, & multa maleficia cessent; statutū est, ꝙ si per aliqē ciuitatis, & epatus Parmæ denunciatum fuerit cum sacramento potestati, ꝙ timeat de aliquo, & denunciatio nō videatur calūniosa iudici, ꝙ potestas teneatur dare operam bona fide, ꝙ talis denūciatus ante suam præsentiam veniat, & non pati, ꝙ de sua præsentia, seu virtute discedat, quousq; idoneam securitatem dederit, sub certa pœna arbitrio potestatis imponenda, ꝙ non offendet per se, vel alium illum qui denunciauerit, nec aliquem de familia sua in hauere, nec in persona. Nisi ille qui petierit fideiussorem, siue fideiussionem prædictam primo appensatè offenderit illum, a quo petat fideiussionem.

De accipiente in vxorem aliquam mulierem ſine conſenſu parentum ſuorum.

CVm ſit congruũ, & ad bonũ matrimoniũ pertineat mulieres nubere de conſciẽtia, & cõſenſu ſuor⁹ parentũ, & propinquor⁹; ſtatutũ, & ordinatũ eſt, q̃ aliquis cuiuſcunq; conditionis, & ſtatus exiſtat, non audeat, nec præſumat aliquam mulierem minorem annis xv. recipere in vxorem, abſq; voluntate, & conſenſu patris, vel matris ipſius mulieris, ſi tunc mater ipſa nupta non fuerit; ſi patrem, aut matrem habeat talis mulier; & ſi non habet patrem, vel matrem abſq; voluntate, & cõſenſu fratrum, & conſanguineorũ, & propinquor⁹ dictæ mulieris, ſi fratres nõ habeat, in pœna ducentarum libr. Parmen. ſoluendarum per eum, qui ſic talem mulierem deſponſauerit; etiam ſi deſponſatio non tenuerit. Et hoc locum in omnibus habeat, etiam maſculis minoribus duodecim annis inductis abſq; voluntate ſuorum parẽtum, & propinquorum ad mulierem aliquam deſponſandum; eadem pœna tunc ſoluenda per eum, qui ipſum minorem induxerit ad mulierem deſponſandum abſq; voluntate, & conſenſu parentum, & propinquorum dicti minoris.

De bannitis impunè offendendis, & non audiendis.

STatutum, & ordinatũ eſt, q̃ oĩa damna, iniuriæ, & maleficia, dicta, & facta in perſonã, vel in rebus banniti de maleficio, ex quo pœna mortis ingeratur, perpetuò remaneãt impunita; & proceſſus qui fieret per quemcunq; iudicem, ſit nullus ipſo iure. Et ſaluo q̃ ſi illi bannito fieret offenſio per illum, vel illos qui in pace, vel tregua ſecum forent ante maleficium, offendens puniatur, ac ſi in banno maleficij non eſſet.

Qualiter capiendi, & detinendi ſint banniti cuiuſcunq; conditionis ſint.

POteſtas, & iudices, ſeu aduogadri communis Parmæ teneantur ad ſuum poſſe capere, & capi facere bannitos communis cuiuſcunq; conditionis fuerint; & ex quacunq; cauſa fuerint banniti; & ſtudere, & dare operam cum effectu ad ipſos inueniendum, & capiendum; & capti detineantur quouſq; exiuerint de banno, ſi banna fuerint talis conditionis, q̃ de ipſis exire poſſint.

De dantibus auxilium alicui bannito de vita.

QVicunq; aliquem bannitum pro maleficio de vita ſciẽter recipiet in ciuitate, vel burgis, vel extra ciuitatem in domo propria, vel cõducta, vel gratis conceſſa; vel ſtare, vel habitare, vel bibere, vel comedere, vel iacere, vel intrare permiſerit; & ille in cuius domo propria, vel conducta; vel gratis conceſſa fuerit, ſtare, bibere, comedere; vel ſteriſſe, bibiſſe,

bibiſſe, vel comediſſe; vel q̃ aliquis bannitus habitauerit, ſteterit, vel receptus fuerit, vel permiſſus ſtare, vel aliquod de prædictis fecerit, vel in domo præſente, vel abſente dño domus conductore, vel gratis habente. Saluo q̃ p̃dicta nõ p̃iudicent dño domus, vel conductori, vel habitatori, precio, vel gratis; ſi talem bãnitũ in forciã cõis, & poteſtatis præſentauerit infra tres dies poſtq̃ p̃dicta fuiſſent cõmiſſa. Et ſimiliter nõ præiudicent dño domus, qui locauerit eam alicui, qui ſit ad mandata cõmunis precio, ſeu gratis. Et ſi aliquis ibi ſtabit, vel aſſociabit aliquem bannitum de vita pro maleficio, vel conſiliũ, vel auxilium ſibi dabit, ſciens ipſum eſſe bannitum de vita vt ſupra, quilibet contrafaciens condẽnetur in lib. trecẽtis Parmeñ. Et prædicta non habeant locum in patre, filio, fratre, marito, & vxore, inter ſe aliquid committentibus de prędictis.

Contra bannitos de damnis quæ faciunt emendandis.

AD refrenandum abſentiam rebellium, & bannitor⁹ cõis Parmę, q̃ quotidiè vadunt, & veniunt per eẽpatum Parmæ deprædãdo illos qui ſunt ad mandata cõis; ſtatutũ, & ordinatũ eſt, q̃ ſi aliquis bãnitus cõis Parmæ, ſeu rebellis dedit, vel dederit in futurũ damnũ aliquod in eẽpatum Parmæ, vel derobauerit aliquem, qui ſit ad mandata communis Parmæ, q̃ ille cui dãnum datum fuerit, vel derobatus fuerit, habeat actionem contra bona dicti talis damnum inferentis, ſeu derobantis vſq; ad duplum concurrentis quantitatis robariæ & damni. Et quilibet officialis cõmunis Parmæ facta fide de damno, & robaria, bona dantium damna adiudicet, & concedat vſq; ad concurrentem quantitatem prędictam vt dictũ eſt, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſummariè, & de plano.

De fidantia danda bannitis de aliquo maleficio accuſatis.

SI quis eſt, vel erit bannitus, vel cõdemnatus pro aliquo maleficio, vel debito pecuniario; & accuſatus, vel denunciatus fuerit de aliquo maleficio, liberè poſſit venire, & ſecure ad defendendũ ſe de eo maleficio, de quo accuſatus, vel denunciatus fuerit; & poteſtas, & iudex maleficiorũ teneatur fidantiam ſibi dare de dicto banno, faciẽdo eam in ſcriptis poni; & terminus fidantiæ interim habeat pro affidato; ſed nihilominus p̃ bãnito, vt infra terminũ veniat, & ad defendendũ ſe de obiectis contra eum.

Item quicunq; accuſauerit, vel denunciauerit aliquẽ bannitũ, cui p̃ eo maleficio pro quo fuerit oporteat dari fidantia ſm̃ formam ſtatuti p̃dicti, accuſator, ſeu denunciator teneat, & debeat iurare coram vno ex iudicib⁹ poteſtatis, q̃ talem denunciationẽ, ſeu accuſationem non fecit fraudulenter; & q̃ eſt veritas quicquid continetur in ea, & animo faciendi, q̃ talis bãnitus ſub prætextu dictæ denunciationis, ſeu accuſationis habet fidãtiam; hoc non faciet nec animo fraudulenti; & teneatur, & debet proſequi accuſa-

cusationem, seu denunciationem vsq; ad finem, producēdo ad min⁹ vsq; ad duos testes ad fidem faciendum; & allegādo solemniter coram iudice, & curia tepore condemnationis; & qui non obseruauerit prædicta, & causam, seu denunciationem suam non probauerit, condemnetur sīn formā statuti positi supra in eodem libro sub rubrica de pœna non prosequētis, & non probantis accusām, seu denunciam, vel quærelam.

Item si contingerit aliquem affidari debere sm̄ formam prædicti statuti, dicta fidantia dari non possit vltra octo dies; & toto tempore quo fuerit affidatus, stet, & stare debeat in forcia communis pro detento; & detētus, ita q̄ ire non possit pēr ciuitatem, & illo tempore quo iuerit ad se defendē dum, venire debeat cum vno nuncio communis, qui semper sit secum, & etiam non intret aliquam domum, nisi causa deponendi arma quæ deferret, & illo tempore quo recesserit, semper saltim secum ducere debeat nuncium communis suis expensis, & interim habeatur pro affidato; sed p̄ bannito habeatur, & teneatur.

De intrantibus, & exeuntibus ciuitatem aliter, quam per portas.

NVllus audeat, vel præsumat intrare, nec exire ciuitatē aliter quam per portas ciuitatis Parmæ, per quas communiter itur, pena, & bāno xxv. libr. Parmen. de die, & de nocte libr. quinquaginta Parmen. & plus, & minus arbitrio D. potestatis, inspecta qualitate facti, & personæ; & quilibet possit accusare, & denunciare, & credatur accusatori cum vno teste bonæ famæ; & prædicta pœna locum habeat in omnibus stantibus, & se reducentibus in ciuitate. Forenses verò, & alij non habitantes in ciuitate Parmæ puniantur in hauere, & persona arbitrio potestatis, inspecta qualitate personarum, & facti.

De domibus in ciuitate Parmæ existentibus non destruendis pro aliquo maleficio, seu aliqua de causa.

NE ciuitas Parmæ deformetur ruinis, statutum, & ordinatum est, q̄ occasione alicuius maleficij, delicti, seu peccati, vel alia quacunq; de causa, aliqua domus, vel turris posita in ciuitate Parmæ, vel burgis non destruatur, nec diruatur; sed domus, & turris quæ pro maleficio deberet destrui vigore alicui iuris, vel statuti, assignetur cōi Parmæ, sic, q̄ pensiones, & redditus dictarum domorum singulis annis deueniant in cōi Parmæ; & tradantur, & assignētur Massario generali dicti cōis; & in facie ipsarum domorū, & turrium depingantur signum, & arma cōis; & semper manuteneatur, & teneatur pro cōi Parmæ, & ad vtilitatem dicti communis; ita q̄ nunquam deuenire possit, nec etiam alienari in ipsos malefactores, nec in hæredes eorum; etiam si tales malefactores postea aliquo tēpore, vel casū cancellarentur de bannis, vel cōdemnationibus auctoritate ali-

alicuius consilij, concionis, vel credentiæ; aut etiam si eadem auctoritate restitueretur in pristinum statum ad omnia sua bona; ita q̄ in tali restitutione non intelligatur, nec intelligi possit ipsarum domorum, vel turrium restitutio vllo modo; & hoc capitulum sit præcisum, & præcisè perpetuò obseruetur, ita q̄ absolui non possit auctoritate alicuius consilij, cōcionis, vel arenghi. Quæ omnia, & singula teneatur obseruare potestas ciuitatis Parmæ, sub pœna ducentarum libr. Parmen. de suo salario communi Parmæ soluendarum.

De diuisionibus fiendis de bonis in quibus habent partes aliqui malefactores, quæ veniant deuastandæ.

SI quis commiserit aliquod maleficium, pro quo maleficio bona sua debeāt publicari; si talis malefactor habeat aliquod podere, siue bona cōmunia cū aliquibus consortibus suis, ipsi consortes faciant diuisiones, & dent electionē D. potestati; & D. potestas teneat tollere partem ad voluntatē illoꝝ, vel illius, cui, vel quibus maleficiū factū fuerit, si ad ipsam partē accipiendā esse voluerit; si aūt esse noluerit; potestas teneatur accipere sine fraude, vel accipi facere partē contingentem tali malefactori; & si ipse malefactor habeat filiū, vel filios, singulis filioꝝ assignetur tantum p̄ parte, quantū patri de bonis dicti malefactoris, tam mobilibus, q̄ immobilibus; si verò habeat vnā filiā, vel plures dictus malefactor, illa filia vnica, vel plures quotcunq; sint, tantum habeant, quantum pater, & hoc si dotatæ non fuerint; & si filios masculos, vel filias fœminas habeat, duæ filiæ fœminæ computentur pro vno masculo; & in hunc modum fiat diuisio, & computatio; & similiter locum habeat in furto, vt pater teneatur filio, vel pro alio assignare partem pro qua furtum emendatur.

De possessionibus publicatis pro maleficio inueniendis, & inuentis destruendis.

SI aliquis committat aliquod maleficiū, per quod bona ipsius debeant publicari; potestas, & iudex maleficioꝝ teneatur bona talis malefactoris inuenire, & inquirere, & describere, & describi facere tā mobilia, q̄ immobilia in libro cōis, qui liber seruetur, & assignetur de potestate in potestatem; & de prædicta inquisitione fiant duo libri, vnus quorum assignetur vt supra, alius ponatur penes Rationatores cōis; & facta inuētione prædicta, teneatur potestas res immobiles quas inuenerit pertinere ad malefactorem, vendere subhastatione præmissa, & immobilia bona p̄petuò remaneant publicata, salua ratione cuiuslibet personæ habētis ius in ipsis bonis; etiam pro furto, & damno dato quod emendari debeat. Et si res publicatæ post aliquod maleficium in alium alio titulo transferantur; aut aliquis inueniatur modo aliquo possidere, semper sine exceptione debeant recupe-

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ имени Г. МЕСНИКОВА

recuperari pro cõi cũ fructibus perceptis,& percipiẽdis. Emptores verò talium rerũ q̃ debent publicè teneri, eodẽ modo habeãt regressum contra suos vẽditores,& fideiussores eorũ, quẽadmodũ si ordinario iure emptæ fuissẽt. Item q̃ de rebus publicatis post maleficium non possit fieri datio, nec trãsactio aliquo titulo, seu iure in aliquam personã; & D. potestas teneat tollere cuilibet contrafacienti pro qualibet vice libr. quinquaginta Parmeñ. & tantum quantum res valuerint, seu valent. Et prædicta transactio,& alienatio sit nulla ipso iure,& D potestas,& iudex maleficiorum statim postquam eis fuerit denunciatum, teneatur modis omnibus inuenire veritatẽ infra xv. dies,& prædicta executioni mandare; & quilibet possit denunciare,& habeat medietatem banni,& teneatur secretus ad suam volũtatem. Item potestas, & sui iudices prædicta mandando executioni non possint de hoc syndicari, nec grauamen pati per aliquem processum quẽ fecerint in prædictis in fauorem communis.

De pœna destruentis domum in ciuitate Parmæ pro ædificijs vendendis.

NEmo audeat destruere domũ aliquã in ciuitate Parmæ, vel burgis p̃ ædificijs vẽdendis, vel alio ducẽdis, nec alia occasione; nisi hoc fecerit causã meliorãdi ipsã domũ in eodẽ casamẽto; & si quis cõtrafecerit, ammittat domũ,& casamẽtũ,& in cõe deueniat; & nihilomin9 condemnet̃ quilibet cõtrafaciẽs in quinquaginta libr. Parmen. ẽt si habuerit licentiã ab aliquo potestate Parmæ, vel alio officiale, pro qua licẽtia data officialis dãs cadat in similem pœnã vt supra. Et vicini dictæ domui cõfinantes teneantur denunciare ruinantes, & destruentes domos infra tertiã diẽ, sub pœna sold. centum Parmen. pro quolibet. Et præsens statutum teneatur potestas Parmæ primo mense sui officij facere publicè diuulgari per tubatores cõis in locis debitis,& consuetis, pœna, & banno libr. quinquaginta Parmen. de quibus possit syndicari; & quilibet possit accusare contrafacientem,& habeat medietatem banni,& teneatur secretus.

Quòd habentes castra teneantur fideiussores præstare.

OMnes,& singuli habentes aliqua castra, siue accipiendo aliquam possessionem, seu proprietatem, vel dominium castrorum, debeãt dare fideiussores communi de mille, vel de duobus millibus marchis argenti, secundum q̃ placuerit domino, de saluando, & custodiendo ipsa castra ad honorem Illustriss. Principis, ac Magnifici D. nostri, & cætera,& communis Parmæ. Item quod similis securitas,& eodem modo, & forma accipiatur a quolibet alio, qui aliqua castra teneret, in quibus commune Parmę habet aliquod ius; & insuper in eis ponantur capitanei,& custodes secundum q̃ placuerit D. potestati.

De

De vendentibus castra, vassallos, honores, fortilicias, & iurisdictiones.

ALiqua persona cuiuscunq; conditionis existat, non possit, nec debeat facere datũ, nec alienationem in aliquã p̃sonam cuiuscunq; conditionis existat, de aliquo castro posito in eẽpatu Parmæ; neq; de honore, neq; de vassallis, neq; de aliqua turri, neq; fortilicia posita in eẽpatu Parmæ sine voluntate consilij generalis, in quo sint ad minus centum Consiliarij; & in concordia,& consensu duarum partiũ, & fiat partitum ad scurtinium inter eos,& nisi prius obtenta licentia super hoc a præfato D. nostro;& si aliter factum fuerit, puniatur emptor, & venditor in centum libr. Parmeñ & ammittat venditor precium,& emptor rẽ emptã, & in cõe deueniant ipso iure,& facto;& potestas teneatur punire qui hoc commiserit modo p̃dicto,& plus,& minus ad suã voluntatẽ. Et insuper nemo audeat, vel p̃sumat vendere, nec alienare, nec aliquo modo transferre in aliquẽ, qui nõ sit de iurisdictione cõis Parmæ, iurisdictiones, honores, vel vassallos positos in eẽpatu,& districtu Parmæ, nisi primo habita licẽtia per consiliũ generale modo p̃dicto;& quilibet intelligatur contra hoc capitulũ cõmisisse, si fuerit de extra iurisdictionẽ cõis Parmæ, qui per se vel aliũ possidet illas possessiones;& qui emerit, vel vendiderit contra hoc capitulũ simili pẽna puniat̃;& hoc capitulũ sit p̃cisum,& p̃cisè debeat obseruari. Saluo, q̃ liceat fratribus,& consortibus eiusdẽ casalis hñtibus castrum cõe, vel fortiliciũ cõe in ciuitate Parmę, vel eẽpatu, seu vassallos, inter se vendere, emere, alienare,& diuidere, hoc capitulo, vel alio non obstante. Et quilibet etiam forensis possit emere,& acquirere domos, terras,& possessiones, dummodò non sit de exceptuatis per statuta communis Parmę; & veniat ad standum,& habitandum in ciuitate Parmæ, vel eius districtu,& ibi habitet;& in casu quo discederet,& se exinde absentauerit per bienniũ, teneatur ipsas vendere infra annum alicui subiecto.

De nobilibus facientibus domum in aliquo castro communis.

POtestas teneatur sacramento præciso non permittere ciuẽ Parmæ, cataneum, vel vauasorem, in aliquo castro facto pro communi Parmæ facere domum, nec habere casamentum, nec habitare; & si habet, vel fecerit, communi applicetur, & publicetur; & qui contrafecerit soluat pro banno xxv. libr. Parmeñ.

De stationibus, domibus, vel banchis.

ALiquæ stationes, vel domus, banchi communis, vel banchę communis non locentur aliquibus non volentibus eas habitare, vel in eis artem exercere;& si contrafactum fuerit, locatio non valeat ipso iure;& puniantur tales contrafacientes pro quolibet, & qualibet vice

in

in centum ſoldis Parmeñ. & in omnem caſum talis conducens, & non habitans teneatur ſoluere penſionem vſq; quo dictæ ſtationes fuerint aliis locatæ, qui artem faciant, & habitent in eis.

De banno non auferendo percutienti ſcutiferum, vel petinſecham.

SI quis caſtigando vbicunq; in confinibus plateæ, vel alibi percuſſerit ſcutiferum, vel petinſecham, vel aliquē de ſua familia; poteſtas teneatur ei qui hoc fecerit nullum bannum auferre, nec grauitatem facere, dummodo vitam, vel membrum non auferat.

Quòd Poteſtas cõis Parmæ teneatur non ponere, nec poni facere aliquem ciuem Parmæ, ad colonam, vel cathenam.

POteſtas, vel aliquis alius officialis cõis teneat nõ ponere, nec poniſacere aliquē ciuē Parmæ ad colonā, vel cathenā, q̄ eſt in platea cõis, vel aliter in fraudē colonæ, vel cathenæ ꝓ aliquo delicto, vel alia de cauſa; & ſi cõtrafactum fuerit per poteſtatē, vel aliquē aliū officialem cõis Parmæ, condēnet contrafaciens pro quolibet, & qualibet vice in centum libr. Parmeñ. in caſibus conceſſis per formam præſentium ſtatutorum.

Qualiter Poteſtas teneatur ſingulis duobus menſibus carceratos abſoluere, & condemnare; & nomina, & pronomina, & cauſas omniū carceratorum deſcribere.

POteſtas, & iudex maleficiorū teneatur oēs, & ſingulos carceratos ꝓ maleficio ſingulis duobus menſibus abſoluere, vel condemnare; & ſic eos dimittere, vel punire, ſub pœna libr. xxv. imperialium de quibus poſſit ſyndicari; & teneat poteſtas oēs facere ſcribi qui ſunt in carcere cõis in vno libro, & cauſas, & hoīes, & ꝓ quibus ſunt in dictis carcerib⁹; & ſimiliter ſcribere noīa illoꝝ, & cauſas ꝓ quib⁹ ponunt, & tenent; & nõ extrahere aliquem de dictis carceribus, niſi primo appellatis illis pro quibus fuerint in carcere. Saluo ꝙ poteſtas teneatur non dimittere aliquē de carcere infra vltimos dies xv. ſui officij, ꝙ ſi fecerit, vel fieri permiſerit, pdat de ſuo feudo pro quolibet, & qualibet vice xxv. libr. Parmeñ. Et ſi in die exitus ſui regiminis aliquis remāſerit in carcere, poteſtas teneatur aſſignare ſucceſſori ſuo, & prædictum librum ei dare, in quo libro debeant eſſe ſcripta nomina, & pronomina omnium qui erunt in carcere pro communi, & occaſionibus pro quibus erunt.

De mulieribus non ponendis in carceribus cum viris.

NVlla mulier cuiuſcunq; conditionis exiſtat, quæ detenta erit, vel fuerit ꝓ aliquo delicto, vel maleficio, vel alia quacunq; de cauſa, ponat in carceribus cõis cũ viris; ſed ponatur de per ſe in loco deputato

putato per D. poteſtatem, & Antianos cõis Parmę; ita ſeparato, & clauato, ꝙ nullatenus poſſit aliquis ire in ipſum locū, nec intrare de die, nec de nocte; nec ex ipſo loco mulieres ad aliquē, vel ad aliquos viros ire permittantur de die, vel de nocte, palam, vel occultè, quam deputationē loci facere teneantur dictus D. poteſtas, & Antiani cõis infra vnum menſem poſt publicationem iſtorum ſtatutoꝝ; & ſi D. poteſtas contrafecerit, vel fieri permiſerit; aut ipſi cuſtodes contrafecerint, condēnētur ipſi cuſtodes in quinquaginta libr. Parmen. pro quolibet ipſorum, & qualibet vice, & D. poteſtas ſyndicetur in libr. centum Parmeñ. de ſuo ſalario.

De medicis non debentibus ire vltra duas vices ad infirmum iacentem, donec ſua peccata confeſſus fuerit.

CVm infirmitas corporalis non vnicuiq; pueniat ex peccato, dicēte dño languido quē ſanauerat; vade, & amplius noli peccare. ſtatutū, & ordinatū eſt, ꝙ quotienſcunq; aliquis medicus ſiue ſit ſiſicus, ſiue cyroicus accedat ad curandū aliquē infirmum iacētem, teneatur, & debeat talis medicus in pœna, & ſub pœna x. libr. Parmen. ſoluendarū per ipſum medicū, quotiens contra infraſcripta fecerit, monere, & inducere talē infirmū quē ad curandū accedit, ſi fuerit in tali ſtatu ꝙ intelligere, & loqui poſſit; vt peccata ſua confiteatur, & de p̄dictis abſolutionem recipiat ſalutarē, dando ſibi intelligere, ꝙ ad malum infirmū poſſit vltra ſemel redire ex p̄cepto ſummi Pontificis, & legis municipalis, niſi prius ſuis peccatis ſacerdoti confeſſis, ab eo fuerit abſolutus; & ꝙ amplius non reuertetur, donec ipſe ſua peccata ſacerdoti confeſſus fuerit, & ab eo abſolutus fuerit; & hoc facto amplius non reuertatur ad eum, niſi ſemel, donec a ſacerdote intellexerit, ꝙ verè confeſſus fuerit, & abſolutus, ſi in tali ſtatu fuerit, ꝙ intelligere, & loqui poſſit. De quibus omnibus, & ſingulis D. poteſtas ciuitatis Parmæ inquirere debeat contra omnes, & ſingulos medicos dictæ ciuitatis, & epiſcopatus eiuſdem in primo menſe ſui regiminis, omnes, & ſingulos medicos dictæ ciuitatis, & epiſcopatus eiuſdem, ꝙ prædicta omnia, & ſingula ſolicitè, & integrè obſeruabunt.

De Medicis non participandis in aliquo proficuo cum apothecarijs.

QVia dolus, & machinatio ꝓpter lucrum plerumq; committit in medicinis non neceſſarijs ęgrotantibus exhibendis. Statutū, & ordinatū eſt, ꝙ medici, ſiue ſiſici, ſiue cyroici ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ; & ſpeciarij, ſiue apothecarij ciuitatis, & diſtrictus Parmæ, in pœna & ſub pœna libr. centum Parmen. quam incurrant ipſi medici, & ſpeciarij, & quilibet eorum ſi contrafecerit, participare non debeant in ſimul in aliquo emolumento, ſeu proficuo, ſeu aliquod pactum facere, vel inire alicuius lucri, vel cõmodi quod habere, participare debeant ipſi medici,

dici, vel aliquis eorum ex ipſis ſpeciarijs, vel apothecarijs, ſeu ab aliquo eorũ occaſione medicinarꝫ, vel ſpecierꝫ, aut aliarꝫ quarũcunq; rerꝫ, q̃ vendũtur in ſtationibus, & apothecis ciuitatis, & ep̃atus Parmæ; & de p̃dictis omnibus, & ſingulis D. poteſtas ciuitatis Parmæ teneatur inquirere ſingulis menſibus, & repertos in p̃dictis culpabiles ſub pœna prædicta punire; ac etiã in primo menſe ſui regiminis facere iurare omnes, & ſingulos medicos, ac ſpeciarios, & apothecarios dictæ ciuitatis Parmæ, & ep̃atus eiuſdẽ, q̃ contra p̃dicta, vel aliquod p̃dictorum nõ facient, vel tractabunt aliquo iure, vel modo, directè, vel per obliquum in pœna, & ſub pœna p̃dicta.

De breuiarijs, vel alijs ſcripturis non abradendis, vendendis, nec dilacerãdis.

NVllus ſpeciarius, ſeu mezadrus, nec aliqua p̃ſona audeat, vel p̃ſumat emere, vel vendere aliqua breuiaria, notas, vel alias ſcripturas inſtrumentorꝫ, & actorꝫ, vel alterius cuiuſcunq; conditionis, ſiue in papiro, ſiue in membranis pro ſtrazando, ſeu operando, nec etiam tales ſcripturas, notas, & breuiaria tenere in domib⁹, vel ſtationibus ſuis; niſi ad ipſũ ſpectarent ex cõmiſſione ſibi facta de ipſis breuiarijs, notis, & ſcripturis, vel alia legitima cauſa; niſi primo ipſa breuiaria, cædulas, vel ſcripturas oſtenderit p̃conſuli notariorꝫ ciuitatis Parmæ, & obtenta licentia ab ipſo ea ſtrazandi, vel velle ſuũ faciendi de ipſis, pœna, & banno p̃ ſcripturis breuiariorꝫ, & notarꝫ, inſtrumentorꝫ quinquaginta libr. Parmen. & cẽtum ſoldorꝫ Parmeñ. p̃ alijs ſcripturis pro quolibet, & qualibet vice; & plus, & minus in vtroq; caſu arbitrio D. poteſtatis, inſpecta qualitate facti, & p̃ſonarum, & ſcripturarꝫ. Item q̃ nullus abraſor cartarꝫ, nec aliqua alia p̃ſona audeat, vel p̃ſumat abradere aliqua breuiaria alicuius notarij ſub pœna libr. quingentarꝫ Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, & plus, & minus arbitrio D. poteſtatis, inſpecta qualitate facti, & perſonæ; & prędicta teneatur poteſtas facere cridari per ciuitatem ſaltim bis in ſuo regimine.

De grauitate non inferenda dicenti Poteſtati, vel alij de ſua familia, tenete me ad rationem, vel vos facitis mihi tortum.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ D. poteſtas non poſſit conquæri ſibi illatã eſſe iniuriam, nec aliquem punire; ſi ſibi, vel alicui de eius familia p̃ aliquẽ dicta fuerint infraſcripta verba, vel ſimilia. Dñe poteſtas non facitis mihi iuſtitiam, vel facitis mihi tortum, vel feciſtis mihi ſic, & ſic.

De fœno non diſcaregando, eo quòd appareat maior cumulus.

NVlla perſona debeat diſcaregare fẽnũ cauſa faciendi, q̃ appareat maior cumulus in carro; & qui contrafecerit, ſoluat p̃ bãno qualibet vice ſoldos xx. Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare contrafaciẽtes, & habeat medietatẽ bãni. Et decætero non ponantur fraſchæ, ſed perſilium,

ſilium, & ad perſilium ſint tm̃ ſtropæ, vel funes neceſſarij ad ſtringendũ, & nullum obſtaculum ponatur ſuper profilis fraudulenter; & ſi quis contrafecerit, ſoluat pro banno ſoldos xx. Parmeñ. pro qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De procuratore non admittendo in cauſa criminali, in qua ingeratur pœna ſanguinis.

ITem q̃ accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus, vel calumniatus occaſione alicui⁹ maleficij, vnde ingeratur pœna ſanguinis, teneatur venire, & cõparere p̃ſonaliter; & ſe nõ poſſe defendere p̃ p̃curatorẽ, niſi fuerit inforciã cõis. Et per procuratorem in caſu prædicto nulla exceptio poſſit opponi, per quã impediat, & impediri poſſit proceſſus, niſi exceptio banni.

Quòd maſculinum genus concipiat fœmininum.

STatutum, & ordinatũ eſt, q̃ de cõtentis in p̃ñti volumine ſtatutorũ, maſculinum genus concipiat fœmininum; niſi in caſibus in quibus p̃ aliquod ſtatutum expreſsè contrarium, vel aliter ſit diſpoſitum.

Conſtitutiones contra hæreticam prauitatem.

INnocentius ep̃us ſeruus ſeruorꝫ Dei, dilectis filijs poteſtatibus, ſiue rectoribus, conſilijs, & cõitatibus ciuitatis, aliorũq; locorꝫ p̃ Italia conſtitutis, Saluteñ, & Apoſtolicã benedictionẽ. Ad extirpandũ de medio populi Chriſti hęreticã prauitatẽ, & zizaniã q̃ abũdantius ſolito ſubcreuerũt, ſuperſeminãte eã licentius his diebus hoĩs inimico, tãto ſtudioſi⁹ iuxta nobis cõmiſſam ſolicitudinẽ inſudare proponimus, quanto pernicioſi⁹ negligeremus eadẽ in necẽ catholicæ fidei, ſeu ſeminis p̃uagari. Volentes autẽ, vt aduerſus huiuſmodi nequitiæ oparios conſurgant, ſtentq; nobiſcũ filij eccleſiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, conſtitutiones quaſdã ad extirpationẽ hæreticæ peſtis edidimus, a vobis vt fidelibus eiuſdẽ fidei defenſoribus exacta diligentia obſeruandis quæ ſeriatim inferius continent. Quo circa vniuerſitati veſtræ p̃ apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli cõſtitutiones eaſdẽ cõſcribi in veſtris capitularibus facientes, nullis inde ꝑpibus abolẽdas, ſiñ eas cõtra oẽm hæreſim, ſe aduerſus hanc ſanctã eccleſiã extollentẽ ſine ommiſſione aliqua p̃cedatis; alioquin dilectis filijs Inq̃ſitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorꝫ, & Minorꝫ, & eorꝫ ſingulis damus nr̃is l̃ris in mandantis, vt in ſingulos veſtrũ ad id p̃ excõicationẽ in p̃ſonas, & p̃ interdictũ in terrã appellatione remota cõpellãt. Statuim⁹, q̃ poteſtas, ſeu rector, qui ciuitati p̃eſt, vel loco, vel alij qui ad tẽpus, aut p̃ tpe fuerit in Italia p̃cisè, ac ſine tenore aliquo iurent attendere inuiolabiliter, & obſeruare toto tpe ſui regiminis, in terminis, ſeu iuriſdictionibus ſubiectis, oẽs, & ſingulas tã infraſcriptas, quã alias conſtitutiones, & leges tã

S canoni-

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ЛИЧНАЯ БИБЛИОТЕКА НИКОВА

canonicas, q̃ ciuiles editas cõtra hæreticã prauitatẽ. & ſup his p̃cisè ſemper ſeruandis recipient a quibuſcunq; ſibi in poteſtaria, vel regimine ſuccedẽtibus iuramenta, quæ qui p̃ſtare noluerint pro poteſtatibus, vel rectoribus nullatenus habeant̃. Et quę vt poteſtas, vel rector fecerint, nullã penitus habeant firmitatẽ. Nec vllus teneatur, ſeu debeat ſequi eos ẽt, ſi de ſequela ſtanda eis exhibuerit iuramentũ. Et ſi poteſtas, vel rector aliquis hæc omnia ſeruare noluerit, vel neg exerit præter notam periurij, & perpetuam iacturam infamiæ, ducentar̃ marcharum argenti pœnam incurrat, quę irremiſibiliter exigat̃ ab eo, & in vtilitatẽ terræ cui p̃eſt integrè cõmittat̃; & nihilomin⁹ piurus, & infamis, & tanq̃ hæretica⁊ fautor, & de fide ſuſpect⁹, officio, & honore ſui regiminis ſpoliet̃: nec vlterius poteſtas, ſeu rector habeatur in aliquo, ſeu decætero ad aliq̃ dignitatẽ, vel officiũ publicũ vlteri⁹ aſſumat̃. Itẽ quicunq; poteſtas, vel rector cuiuſcunq; ciuitatis, vel loci, in principio ſui regiminis, in publica cõcione more ſolito congregata banno ciuitatis, vel loci ſupponat tanq̃ pro maleficio, oẽs hæreticos vtriuſq; ſexus quocunq; noĩe cẽſeant̃; & teneat̃ bannũ huiuſmodi a ſuis p̃deceſſorib⁹ poſitũ cõfirmare. Præcipuè aũt q⁊ nullus hæreticus, vel hæretica, decætero habitet, & moret̃, aut ſubſiſtat in ciuitate, ſeu alio loco iuriſdictionis, aut diſtrictus eiuſdẽ; & quicunq; ipſum, vel ipſam inuenerit, liberè capiat, & capere poſſit impunè: dummodò captos hæreticos repræſentet̃ inquiſitori, vel poteſtati; & oẽs res ipſius, vel ipſorum eis liceat auferre, quæ ſint auferẽtium pleno iure; niſi auferentes in huiuſmodi officio conſtituti ſint.

Item quicunq; poteſtas, vel rector infra tertiam diem poſt introitũ ſui regiminis, vel q̃primum per aliquem inquiſitorem fuerit requiſitus, duodecim viros bonos, & catholicos, & duos notarios, & duos ſeruitores, vel quot fuerint neceſſarij, inſtituere teneatur, quos ſi dioceſanus qui pręſens fuerit intereſſe voluerit; & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc a ſuis Prioribus, ſi conuenti ibi fuerint eorundem ordinis, deputati, duxerint eligentes. Inſtituti autem, & electi huiuſmodi poſſint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona eis auferre, & facere auferri ab illis, & per alios; & procurare hæc tam in ciuitate, quam in tota eius iuriſdictione, atq; diſtrictu plenariè adimpleri; & eos ducere, & duci facere in poteſtatem dioceſani, vel eius vicarij, ſeu eius Inquiſitorum. Teneatur aũt poteſtas, ſeu rector quilibet expenſis cõis cui præeſt facere duci eoſdem hæreticos ita captos q̃cunq; ad dioceſanum, vel eius vicarium, ſeu inquiſitorem de iuriſdictione, ſeu diſtrictu dioceſani epiſcopi, ſeu ciuitatis, vel loci, quo voluerit ipſos duci; Officialibus verò p̃dictis plena fides adhibeatur de his oĩbus, quæ ad eorum officium pertinere noſcuntur ſine ſpeciali præſtito iuramento, & probatione aliqua in contrarium non admiſſa; vbi duo, vel tres, ſeu plures præſentes fuerint ex eiſdem. Porrò cum officiales huiuſmodi eliguntur, iurent hæc omnia fideliter exequi,

exequi, & ꝓ poſſe; ac ſuper his merã dicere veritatẽ, quibus ab oĩbus, in his quæ ad eorum officium ꝑtinent, plenius pateatur; & tã dicti duodecim, q̃ ſeruitores, & notarij prætaxati, ſimul, vel diſiunctim plenariè p̃cipiendi, ſub pęna, & bãno, q̃ ad eo⁊ officium pertinent, habeant poteſtatem. Poteſtas autem, vel rector teneatur habere oĩa p̃cepta firma, & rata, q̃ occaſione officij ſui fecerint, & pœnas exigere non ſeruantium. Quod ſi dictis officialibus aliquo tpe aliquod damnum contigerit in perſonis, vel in rebus, pro ſuis officijs exequendis, a cõi ciuitatis, vel loci per reſtitutionem plenariã ſeruentur indemnes: nec ipſi officiales, vel eo⁊ hæredes poſſint aliquo tpe conueniri de his quæ fecerint, quæ pertinent ad eo⁊ officium; niſi ſm̃ ꝙ eiſdẽ dioceſano, & fratribus Inquiſitoribus videbitur conuenire. Ipſorũ officium duret tantummodo per ſex menſes, quibus completis poteſtas teneat̃ totidem ſubrogare officiales ſm̃ formã ſupraſcriptã, qui prædictũ officium ſm̃ eandem formã alijs ſex menſibus ſequentibus exequantur. Sanè ipſis officialibus de camera cõis ciuitatis, vel loci, cũ exierint ciuitatem, vel locũ pro hoc officio faciẽdo, vnicuiq; pro quolibet die decem & octo imperiales in pecunia numerata, quos poteſtas, vel rector teneatur eiſdem dare, ſeu dari facere infra tertiam diem poſtq̃ redierint ad eandẽ ciuitatẽ, vel locũ: & inſuper habeant tertiã partem bono⁊ hæreticorum, vel receptatorum, eorumq; q̃ occupauerint, & mulctarum ad quas fuerint cõdemnati, ſm̃ ꝙ inferius continetur, & hoc ſalario ſint contenti. Et ad nullum aliud, ꝙ iſtud officium impediat, vel impedire poſſit vllo modo officium, vel ẽt exercitium compellantur. Nullum etiam ſtatutum conditum, vel condẽdum, eorum officium nullo modo valeat impedire. Et ſi quis horum officialium propter eorum ineptitudinem, vel inertiam, vel occupationẽ aliquã, vel exceſſum, dioceſano, aut fratribus ſupradictis, aut Inquiſitorib⁹ viſus fuerit amouendus, ipſum ad mandatum, & dictum eorũ amouere poteſtas, vel rector teneatur, & alium ſm̃ formam ſupraſcriptam ſubſtituere loco eius. Quod ſi quis eorum, vel rector contra fidem, vel ſinceritatẽ ſui officij, in fauorem hæreſis deprehenſus fuerit exceſſiſſe, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tanquam fautor hæreticorum incurrat, per poteſtatem, vel rectorem ad dioceſani loci, & dictorum fratrum, & Inquiſitorum arbitrium puniatur. Poteſtas præterea militem ſuum, vel alium aſſeſſorem, ſi dioceſanus, vel eius vicarius, aut Inquiſitores a Sede Apoſtolica deputati, ſeu dicti officiales petierint, cum dictis officialibus mittere teneãtur, & cum ipſis eorum officium fideliter exercere. Quilibet etiam ſi præſens in terra, vel requiſitus fuerit, teneatur, tam in ciuitate, quàm in iuriſdictione, vel diſtrictu, quolibet, dare ipſis officialibus, vel eorum ſocijs conſilium, vel iuuamen, quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel ſpoliare, aut inquirere ſeu locũ, vel domũ, aut aditũ aliquẽ intrare ꝓ hæreticis capiẽdis ſub pœna libr. xxv. impial. pœna, & bãno. Vniuerſitas

aũt burgi, ſub pęna, & bãno lib. cẽtũ ĩpialiũ. Villa verò lib. quinquaginta imperialiũ pro qualibet vice in pecunia numerata ſoluẽda. Quicunq; aũt hæreticũ, vel hęreticã, captũ, vel captã de manib⁹ capientiũ, vel capientis auſus fuerit auferre, vel defendere ne capiat̃, ſeu ꝓhibere aliquẽ intrare domũ aliquã, vel turrim, ſeu locũ aliquẽ ne capiat̃, vel inquirat̃ ibidẽ iuxtã legem Paduę ꝓmulgatã p Federicũ tunc Imperatorẽ, publicatis bonis oĩbus in ꝑpetuũ releget̃; & domus illa in qua ꝓhibiti fuerint capientes, ſine ſpe reędificandi funditus deſtruat̃, & bona q̃ ibi reperta fuerint fiant capientiũ, ac ſi hæretici fuiſſent ibidẽ inuenti; & tunc pp hanc prohibitionem, vel impeditionẽ ſpecialẽ, burgus cõponat cõi libr. cc. villa centũ; & vicarius tã burgi, q̃ ciuitatis lib. quinquaginta ĩperialiũ in pecunia numerata, niſi infra tertiam diem ipſos defenſores, vel defenſorem hæreticorum poteſtati captos duxerint perſonaliter præſentandos. Teneatur inſuper poteſtas, ſeu rector quilibet omnes hæreticos, vel hæreticas, qui capti fuerint, amodò cuſtodire, & cuſtodiri facere ſub expenſis cõis, & loci per viros catholicos ad hoc electos a dioceſano, ſi fuit pñs; & ſupraſcriptis fratribus, & Inquiſitorib⁹, in aliquo ſpeciali carcere tuto, & ſecuro, in quo ſoli ipſi detineant̃ ſeorsũ, a latronib⁹, & bãnitis; donec de ipſis fuerit diffinitũ. Si qñq; aliquis, vel aliqui hæretici ꝓ captis hæreticis, ipſis nõ cõtradicentib⁹ fuerint deſignati, vel ſe forſitan aſſignauerit, ꝑdicti ſuſpecti ꝑpetuò carceri mãcipent̃; & hęreticos nihilomin⁹ reddere, & aſſignare cogant̃; & qui hũc dolũ fecerit, iuxta legẽ ꝑdictã bonis oĩbus publicatis in ꝑpetuũ religet̃. Teneatur ĩſuper poteſtas, vel rector, cum bono, & ſecuro comitatu oẽs hęreticos quocunq; nomine cenſeantur, infra dies xxv. poſtquam capti fuerint, dioceſano, vel eius ſpeciali vicario, ſeu hæreticorum Inquiſitoribus præſentare pro examinatione de ipſis, vel eorum hæreſi facienda. Damnatos verò de hęreſi per dioœceſanum, vel eius vicarium, ſeu Inquiſitorem ꝑdictos, poteſtas, & rector, ſeu eius nuncius ſpecialis ſibi relictos recipiat ſtatim, vel infra dies quinq; ad minus, circa eas conſtitutiones contra tales editas ſeruaturus. Teneat̃ prętерea poteſtas, ſeu rector omnes hęreticos quos captos habuerit, cogere citra mẽbri diminutionem, & mortis periculum, tanq̃ verè latrones, & homicidas aĩarum, & fures ſacramentorum Dei, & fidei Chriſtianę errores ſuos expreſsè fateri; & accuſare alios hęreticos quos ſciuerint, & eorum bona, & creditores, & receptatores, & defenſores eorum; ſicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accuſare ſuos complices, & fateri maleficia quę fecerint. Domus autem in qua repertus fuerit aliquis hęreticus, vel hęretica ſine vlla ſpe ibi reędificandi funditus deſtruatur; niſi dominus domus eos procurauerit reperiri, & ſi dominus illius domus alias domos habeat contiguas ipſi domui, omnes illę domus ſimiliter deſtruãtur; & bona quę fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adhęrentibus, publicentur, & fiant auferentium; niſi auferentes fuerint in hęreſim

reſim conſtituti; & inſuper dñs illi⁹ domus, ꝑter notã infamiæ perpetuę, q̃ incurrat, cõponat cõi ciuitatis, vel loci libr. quinquaginta imperialium in pecunia numerata, niſi infra tertiã diẽ receptatores ipſor̃ poteſtati præſentauerint. Quicunq; verò repertus fuerit dare alicui hæretico, vel hæreticæ conſiliũ, vel auxiliũ, vel fauorẽ ꝑter aliã pœnã ſuperius, & inferius ꝓtaxatã, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniũ admittatur; ſit etiã inteſtabilis, vt nec teſtandi liberã habeat facultatẽ, nec ad hæreditatis ſucceſſionẽ accedat. Nullus præterea ei ſub quocunq; negocio, ſed ipſe alij reſpondere cogat̃. Quòd ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullã obtineat firmitatẽ, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiã perferant̃. Si fuerit aduocat⁹, eius patrociniũ nullatenus admittat̃. Si notarius, inſtrumenta per eum cõfecta nullius penitus ſint momenti. Credentes verò erroribus hæreticor̃, tanq̃ hęretici puniant̃. Item teneat̃ poteſtas, ſeu rector noĩa oĩum virorum qui de hæreſi infamati fuerint, & banniti, in quattuor libris vnius tenoris facere annotari, quor̃ vnũ cõe ciuitatis, vel loci habeat, & aliũ dioceſan⁹, & tertiũ fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores; & ipſorum noĩa ter in anno in cõcione publica faciat ſolẽniter recitari. Teneatur quoq; poteſtas, ſeu rector, filios, & nepotes hæreticor̃, & receptatores, defenſores, & fautores eor̃ diligenter inueſtigare, eoſq; ad aliquod officiũ publicum, ſeu conſiliũ, nullatenus admittere in futur̃. Teneatur ꝑterea poteſtas, ſiue rector, vnum de aſſeſſoribus ſuis, quẽ elegerit dioceſanus, ſi fuerit ꝑſens, & Inquiſitores ꝑdicti ab Apoſtolica Sede dati, mittere quoſcunq; voluerit cũ eis, in iuriſdictione ciuitatis, & diſtrictus, qui aſſeſſor, ſm̃ q̃ prædictis vicũ fuerit, ibi duos, aut tres boni teſtimonij viros, vel totã viciniã, ſi ei viſum fuerit, ibi duos, aut tres boni teſtimonij viros, vel totã vicinĩã, ſi ei vi-
debitur, iurare cõpellat, qđ ſi quos ibidem hæreticos ſciuerint, & bona eorũ, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu a cõi conuerſatione fideliũ vita, & moribus diſſidentes, vel credentes, ſeu defenſores, ſeu receptatores, vel fautores hæreticor̃, eos dictis Inquiſitoribus ſtudeant indicare. Ipſe aũt poteſtas contra accuſatos procedat ſm̃ leges Federici tunc Imperatoris Paduæ promulgatas. Teneatur inſuper poteſtas, ſeu rector, oĩa bona hæreticor̃, & eor̃ receptator̃, q̃ p dictos officiales fuerint occupata, & inuenta, & condemnationes pro eis exactas diuidere, tali modo, q̃ vna pars deueniat in cõe ciuitatis, vel loci; ſecunda in fauorem, & expeditionẽ officij, & detur officialibus, qui tunc negotia peragerent; & tertia ponatur in aliquo loco tuto, ſm̃ q̃ dictis dioceſano, & Inquiſitoribus videbitur, ſeruanda, per conſilium eorundem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpãdos expendenda, non obſtante huiuſmodi diuiſioni ſtatuto aliquo edito, vel edendo. Teneatur inſuper poteſtas, vel rector in deſtructione domor̃, & condemnationibus fiendis, & in rebus inuentis, & occupatis conſignãdis, & diuidendis, de quibus ſuperius dicitur, infra decem dies poſtq̃ accuſatio,

satio, seu denunciatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu; condé nationes oés in pecunia numerata infra tres menses exigere; & diuidere illas sicut superius continet. Et insuper teneat, vnũ de assessoribus suis quandocunq; diocesanus, vel eius vicarius, & dicti Inquisitores hæreticorũ voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mittere protinus, si eis visum opportunũ fuerit. Oés aũt condénationes, & pœnæ, q̃ occasione hæresis fuerint factæ, neq; p cõcionẽ, neq; p consiliũ; neq; ad vocẽ populi, vllo modo, vel ingenio aliquo tpe valeant relaxari. Si aliquis autẽ decætero aliquod istorũ statutorũ, seu constitutionũ interpetrari ausus fuerit, vel delere, diminuere, vel mutare sine auctoritate Sedis Apostolicæ speciali, potestas, seu rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate, vel loco, teneatur eũ tanq̃ defensorẽ hæreticorũ publicũ, vel fautorẽ sm̃ formã p̃scriptã publicè ppetuò infamare, atq; punire ī lib. quinquaginta ꝓperialiũ in pecunia numerata; q̃ si exigere nõ poterit, eũ maleficij banno supponat, de quo eximi nõ valeat, donec soluerit dictã pecuniæ quantitatẽ. Teneat sanè potestas, seu rector, syndicare p̃cedentẽ ꝓximè potestatem, vel rectorẽ, vel et assessorẽ, p tres viros catholicos, & fideles, electos ad hoc p diocesanũ, si pñs fuerit, & p fratres Prædicatores, & Minores de his oĩb⁹, q̃ in statutis istis, seu cõstitutionibus, & legibus cõtra hæreticos, & eorũ cõplices editis continet; & punire eũ si excesserit, & cogere, & restituere de ꝓpria facultate; non obstante si p aliquã licentiã consilij, vel alterius cuiuslibet, a syndicatorib⁹ fuerit absolut⁹. Iurabunt aũt p̃dicti tres viri, bona fide syndicare p̃fatos modis oĩbus supradictis. Cæterũ teneat potestas, seu rector ciuitatis, vel loci delere, seu abradere penitus de statutis, & capitularijs cõis, quodcunq; statutũ cõditũ, vel cõdendũ, qd̃ iueniat cõtradicere istis, seu statutis, & legib⁹, siue cõstitutionibus, quomodolibet obuiare; & in prĩcipio, & in medio sui regiminis, hęc statuta, siue cõstitutiones, & leges in publica concione solemniter facere recitari; & etiã in alijs locis extra ciuitatem suam, sicut diocesano, siue Inquisitoribus, & fratribus supradictis videbitur expedire. Porrò hæc statuta oĩa, siue constitutiones, & leges, & si q̃ aliæ contra hæreticos, & eorũ cõplices, tpe aliquo auctoritate Sedis Apostolicæ cõderent, in quattuor voluminib⁹ vni⁹ tenoris debeãt annotari; quorũ vnũ sit ī statuto cõis cuiuslibet ciuitatis, vel loci: sm̃ sit apud diocesanũ: tertium apud fres Predicatores: quartũ apud fres Minores, cũ oĩ sinceritate seruent, ne possint p falsarios in aliquo violari. Dat. Assisi die xiij. Kalẽ. mẽsis Iunij. Pontif. nostri anno xj.

Innocentius eps seruus seruorũ Dei, dilectis filijs ordinum Prædicatorũ, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Lõbardiæ, salutem, & Apostolicã benedictionẽ. Cũ in cõstitutionibus nuper a nobis cõtra hæreticos ꝓmulgatis, inter alia cõtineri dicatur expressè, vt domus in qua hęreticus, vel hæretica fuerit inuentus, ac ei contiguæ, si fuerint eiusdẽ dñi sine reparatione funditus destruant; nostro petijstis certificari responso, qd̃ sit de

de turribus in huiusmodi casu obseruandum, ad quod breuiter respondemus, q̃ nostræ intentionis extitit, vt in eodem casu, idem in turribus, & in domibus iudicium obseruet. Lignamina verò, lapides, & tegulas domorũ, & turrium, q̃ taliter destruentur, eo modo describi docuimus, quę res alias ibidem inuentas, diuidi mandauimus in constitutionibus antedictis.

Innocẽtius epus seruus seruorũ Dei vniuersis Christi fidelibus, Salutẽ, & Apostolicã benedictionẽ. Nouerit vniuersitas vestra, q̃ nos ad instar fę licis recordationis. G. p̃decessoris nr̃i excõicamus, & amonemus vniuersos hæreticos, Gazaros, Patarinos, Pauperes de Luguduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunq; modis censeant facies quidem habentes diuersas, seu caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate cõueniunt in id ipsum. Dãnati vero p ecclesiã seculari iudicio relinquãtur aĩaduersione debita puniendos clericis prius a suis ordinib⁹ degradatis. Si qui aũt de p̃dictis, postq̃ fuerint deprehensi, redire voluerint, ad agẽdum condignã pęnitentiã in ppetuo carcere decludantur. Credentes aũt eorũ errori bus, similiter hæreticos iudicamus. Itẽ receptatores, defensores, & fautores hæreticorũ excõicationis sententia decernimus subiacere; firmiter statuentes, vt si postq̃ aliquis talium fuerit excõicatione notat⁹, a sua sup hoc non curauerit p̃sumptione cessare, ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia, seu consilia, neq; ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimoniũ admittat. sit et intestabilis, vt nec testandi habeat facultatẽ, nec ad hæreditatis successionẽ accedat. Null⁹ p̃terea ipsi, sup quocũq; negotio, sed ipse alijs respondere cogat, qui si fortè iudex extiterit, ei⁹ sententia nullã obtineat firmitatẽ, nec causæ aliquæ ad eius audientiã pferantur. Si verò fuerit aduocatus, eius patrociniũ nullaten⁹ admittat. Si tabellio, instrumẽta confecta per eum nullius penitus sint momenti, & in similibus idẽ prę cipimus obseruari. Si verò clericus fuerit, ab officio, & beneficio deponat. Si qui aũt tales, postq̃ ab ecclesia fuerint denotati, euitare contẽpserint, ex cõis sententia pcellantur, aliàs aĩaduersione debita puniendi. Qui aũt inuẽti fuerit sola suspitione notabiles, nec iuxta cõsiderationẽ suspicionis, qualitatemq; p̃sonę ꝓpriã innocentiã, congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionẽ condignã ab oĩbus euitentur; ita q̃ si p annũ in excõicatione p̃stiterint, ex tunc velut hæretici cõdemnent. Itẽ ꝓclamationes, aut appellationes huiusmodi personarũ minimè admittant. Itẽ iudices, aduocati, & notarij, nulli eorũ officiũ suum impediant, alioquin officio eorundẽ ppetuo sint priuati. Itẽ clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus sacramẽta ecclesiastica, aut eleemosynas, aut oblationes eorum recipiant. Similiter Hospitalarij, aut quilibet regularis, alioquin priuentur suo officio, ad quod nunq̃ restituant absq; indulto Sedis Apostolicæ speciali. Itẽ quicunq; tales p̃sumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsq; ad satisfactionem idoneã, excõicationis sentẽtiæ se no

uerint ſubiacere, nec abſolutionis beneficium mereantur; niſi prius pro prijs manibus extumulent, & proijcerint huiuſmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat ſepultura.

Item firmiter inhibemus, ne cuiq; perſonæ laicæ liceat publicè, vel priuatim de fide catholica diſputare, qui verò contrafecerit excõicationis ſententiã incurrat. Itẽ quicunq; hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta cõuenticula celebrãtes, ſeu a cõi cõuerſione fideliũ; vita, & moribꝰ diffidẽtes, eos ſtudeat confeſſori ſuo indicare, vel alij p quẽ credat ad ꝓlati ſui, & Inquiſitoꝛ hęreticę prauitatis notitiã puenire; alioquin excõicationis ſentẽtia per cellãt. Hęretici aũt, receptatores, defenſores, & fautores ipſoꝝ, eorũq; filij vſq; ad ſecundã generationẽ, ad nullum eccleſiaſticũ beneficiũ admittantur, q ſi ſecus actũ fuerit, decernimus irritũ, & inane. Nos auté ꝑdictos, & quoſcunq; viros eccleſiaſticos, qui ad ꝑces huiuſmodi peſtilentiũ ꝓſonaꝝ dignitates, ꝓſonatus, & q̃cunq; alia beneficia eccleſiaſtica ſint adempti, ex nunc priuamꝰ taliter acquiſiti; volentes, vt tales, & habitis ꝑpetuò careant, & ad alia, vel ſimilia nequaq̃ in poſterũ admittantur. Illoꝝ aũt filioꝝ emãcipationes, nullius eſſe momenti volumus, quoꝝ parentes poſt emãcipationẽ huiuſmodi ſupſtitionis hæreticæ, a via declinaſſe cõſtiterit veritatis.

Innocentius epũs ſeruus ſeruoꝝ Dei, dilectis filijs ſuis poteſtatibus, cõſilijs, cõitatibus ciuitatũ, & locoꝝ Italiæ, Saluté, & Apoſtolicã benedictionẽ. Cũ aduerſus hæreticã prauitatẽ quondã Federicus, tum Ro. Imperator ꝓmulgauerit quaſdam leges, p quas ne puagaret, cõpeſci poterit peſtis illa. Nos volentes illas ad robur fidei, ac ſalutẽ fideliũ obſeruari, vniuerſitati veſtrę p Apoſtolica ſcripta mãdamꝰ, quatenꝰ eas, quaꝝ tenoré vobis mittimus inſerti pñtibus, faciatis ſinguli in veſtris capitularijs annotari, contra hæreticos ſectæ cuiuſlibet ſin eas exacta diligentia ꝓceſſuri. Alioquin dilectis filijs fratribꝰ Inquiſitoribꝰ hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatoꝝ, vel Minoꝝ lĩis nr̃is iniungimꝰ, vt vos p has excõicationes in ꝓſonas, & iterdicti in terrã, appellatione remota cõpellãt. Tenores aũt ipſarũ legũ ſunt hij.

Federicus Dei gratia Rom. Imperator ſemp Auguſtus, Hieruſalẽ, & Siciliæ Rex, dilectis Principibus ſuis, venerabilibus Archiepiſcopis, & Epĩs, alijsq; ꝓlatis eccleſiarũ, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibꝰ, poteſtatibus, Scultetis, Bugarijs, Aduocatis, Iudicibus, Miniſterialibus, & Officialibus, & oĩbus p totũ imperiũ conſtitutis, pñtes litteras inſpecturis, fidelibꝰ ſuis, gratiã ſuã, & oẽ bonũ. Cõmiſſi nobis cęlitus curia regiminis ſpecialis, cui dãte dño ꝓſidemus, faſtigiũ dignitatis, & materialẽ, quo diuiſim a ſacerdotio fungimur, gladiũ aduerſus hoſtes fidei, & in exterminiũ hæreticæ prauitatis exiguit exercendũ, vt pfidiæ vipereos filios cõtra Deũ, & eccleſiã inſultantes, tanq̃ materni vteri corroſores in iudicio, & iuſtitia proſequamur; maleficos viuere nõ paſſuri, p quoꝝ ſcientiã ſeducentem mũdus inficitur, & gregi fideliũ per oues morbidas grauior infligitur corruptela.

Statui-

Statuimus itaq; faciendũ, vt hęretici quocunq; nõie cenſeantur, vbicunq; condẽnati fuerint per imperium ab eccleſia, & ſeculari iudicio aſſignati, aĩaduerſione debita puniant. Si qui verò de ꝑdictis poſtq̃ fuerint depheſi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei veritatẽ, iuxta canonicas ſanctiones ad agẽdũ pęnitentiã in ꝑpetuũ carcerẽ deducant. Præterea q̃cunq; hæretici repti fuerint in ciuitatibꝰ, oppidis, ſeu alijs locis impij per Inquiſitores ab Apoſtolica Sede datos, vel alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iuriſdictionẽ ibidẽ habuerint, ad Inquiſitoꝝ, & alioꝝ catholicoꝝ viroꝝ inſinuationẽ, eos capere teneant: eoſq; captos arctius cuſtodire, donec per cenſurã eccleſiaſticã dãnatos, dãnabili morte perimant, qui fidei ſacramẽta, & vitę damnabant. Simili quoq; pœna plecti cenſemus oẽs, quos ad fouendum hæreticoꝝ erroré, calidus hoſtis ſuſcitat aduocatos, vel parat illicitos defenſores; maximè cum facientes, quos inquirat æquat, niſi monitione ꝑmiſſa deſtiterint, & eoꝝ vitæ duxerint conſulendũ. Præterea eos q̃ conuicti in vno loco de hæreſi ad alia loca ſe trãſferunt, vt cautius poſſint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam; vt ſuper hoc per viros ab eodẽ errore conuerſos ad fidẽ, nec non, & p alios, qui eos de hæreſi conuincerunt, (q in hoc caſu concedimus licitè faciendũ) euidens teſtimoniũ habeat. Itẽ mortis ſententiæ duximus addicendos ſi quos hæreticoꝝ ad iudiciũ tractos in extremæ vitæ periculo hæreſim ab iurantes, poſtmodũ de falſo iuramento cõſtiterit, & fide mẽtita conuicti, ac eos contigerit eiuſdẽ morbi ſpontaneã incurrere recidiuam; vt ſibi damnabilius iniquitas ſit mentita, & pœnam debitã mendacium nõ euadat. Omne inſuper proclamationis, & appellationis beneficiũ, ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundẽ penitus amouemus; volentes vt de finibus imperij, in quibus ſemper debet perſiſtere fida fides, hæreticæ labis genimina modis oĩbus debeantur. Cæterum quia quanto maiora diuinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto debemus deuotiora obſequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excandeſcit auctoritas; ſi reos læſæ maieſtatis, in perſonis eorum, & liberorum ſuorum exhæredatione dãnamus; multò fortius, iuſtiusq; contra Dei blaſphematores nominis, & catholicæ fidei detractores, prouocamur, eorundem hæreticoꝝ, receptatoꝝ, & fautoꝝ, & aduocatoꝝ ſuoꝝ hęredes, & poſteros, vſq; ad ſecundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus, imperiali auctoritate priuantes; vt in paterni criminis memoria continuo mœrore tabeſcant; vere ſcientes, q Deus zelotes eſt, peccata patrum in filios potenter vlciſcens, nec quidẽ a miſericordiæ fontibus duximus excludendũ; vt ſi quis paternæ hæreſis nõ ſequaces, latentẽ patrũ perfidiã reuelauerint, quacunq; reatus illorum animaduerſione plectant ꝑdictæ punitioni non ſubiaceat innocentia filioꝝ. Ad hęc notũ fieri volu-

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ОРУЖЕЙНАЯ ПАЛАТА

volumus, Fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negocio in partibus Imperij noſtri contra hæreticos deputatos; cæteros quoq; qui ad hereticos indicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum fuerint ab imperio proſcripti, eundo, morando, & redeũdo, ſub noſtri Imperij ſpeciali defenſione receptos; & quos apud omnes ſub ope, ac recommendatione fidelium imperij eſſe volumus inoffenſos; vniuerſitati veſtræ mandantes, quatenus quocunq;, & apud quemcunq; veſtrum deuenerint, benignè accipiatis eoſdem; & perſonas ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium conſeruantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negocijs exequendis. Hæreticos verò, quos oſtenderint ipſi vobis, in iuriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligẽti cuſtodia detinendos, donec poſt eccleſiaſticæ denunciationis iudicium, pœnam ſubeant, quam merentur; ſcituri ꝙ in executione ipſius negocij, gratum Deo, & laudabile nobis obſequium conferetis; ſi ad expellendam de partibus noſtri Imperij nouam, & inſolitã hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam vnà cum eiſdem Fratribus Prædicatoribus præſtiteritis efficacem. Et ſi quis fuerit exinde negligens, vel remiſſus, & inutilis coram D. & in conſpectu noſtro poterit meritò culpabilis apparere.

Datum Parmæ xxij. Februarij xij. indictione.

Liber tertius Statutorum Magnificæ Communitatis Parmæ explicit.

LIBER

LIBER QVARTVS STATVTORVM MAGNIFICAE COMMVNITATIS PARMAE INCIPIT.

De Becharijs, & qualiter non debeant inflare carnes.

NVLLVS becharius, nec aliqua alia perſona vendens, vel vendere volens carnes in ciuitate Parmæ, aut ibidem excorians eas, præſumat eas carnes inflare cum ſprochis, vel alio inſtrumento, vel in eis buffare cum buca, vel alio inſtrumento; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno libr. v. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & credatur ſoli accuſatori cum vno teſte.

Quòd becharij non debeant leuare, nec inflare, vel ingraſſare rognonos alicuius beſtiæ.

NEmo exercens artem becharię, nec aliqua alia perſona volens vẽdere carnes in ciuitate Parmæ, audeat, vel ꝑſumat leuare aliquos rognonos alicuius beſtiæ ab ipſa beſtia, vel eos ingraſſare, ſeu inflare, in vel ſuper aliqua beſtia, ſed eos permittere debeat ſicut ſunt de ſua natura; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno libr. v. Parmeñ. pro qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, cuius pœnæ medietas applicetur communi Parmæ, & alia medietas accuſatori. Et ſi officialis victualium reperierit aliquem becharium, vel aliam perſonam contra prædicta delinquiſſe, vel delinquere, nulla accuſa ſibi primitus facta, tota pœna prædicta applicetur communi Parmæ.

Quòd per becharios non ponatur radeſella, vel graſſa, ſuper coſſetis alterius beſtiæ.

NVlla perſona vendere volens carnes, aut exercens artem becharię, audeat, vel præſumat ponere aliquam radeſellam, vel graſſam vnius beſtiæ ſuper aliquo coſſeto alterius beſtię, quam vendere voluerit; & hoc ſub pœna lib. trium Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

Quòd becharij non faciant aliquam turpitudinem de ſanguine, vel putredine, in locis in quibus vendunt carnes.

NVllus occidens aliquam, vel aliquas beſtias in becharijs ciuitatis Parmæ, vel alibi, audeat. vel præſumat facere, vel fieri facere, vel tenere in locis, in quibus eas occiſerit, aut vendere voluerit, turpitudinem, vel putredinem ſanguinis, ſub pęna ſoldorum xx. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd becharij non teneant pelles excorticatas circa beſtias.

NVlli bechario, vel alij perſonæ vendenti, vel vendere volenti carnes in becharijs ciuitatis Parmæ, vel alibi in ipſa ciuitate, licitum ſit tenere pelles in totū excorticatas circa aliquas beſtias groſſas, vel minutas, pœna, & banno ſoldorum x. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; ita tamen, quòd circa illas beſtias, quæ in totum non fuerint excorticatæ, poſſit quilibet bechārius circa ipſas beſtias earū pelles tenere.

Qualiter becharij, & omnes alij poſſint vendere carnes vbicunq; voluerint, habito prius calmerio.

OMnes becharij, & quicunq; alij volentes vendere carnes recentes, poſſint, & eis liceat facere vendere, & tenere ad vendendum, carnes cuiuſcunq; maneriei, bonas, ſanas, & licitas, & modo licito; & tam ad becharias, quàm alibi, cum fuerint occiſæ, & cum calmerio; & qui contrafecerit, incidat pœnam libr. trium Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd becharij non poſſint vendere carnes vnius conditionis, pro alia, & tenere carnes ſuper bancho diuerſorum calmeriorum.

NVllus becharius, nec aliqua perſona vendens, aut vendere volens carnes ī becharijs, vel in aliquo alio loco ciuitatis Parmę, audeat, vel p̄ſumat vendere carnes fœmininas pro maſculinis carnib⁹, niſi ſint vitulinæ; ita tñ, q̄ vitula illa cuius fuerint dictæ carnes, quæ vendeŕ tur ꝑ maſculinis, fuerit p̄deris nō minoris q̄ octo ponder; nec carnes pecudinæ, ſeu montoni, ꝑ carnib⁹ caſtroni; nec alias carnes vnius maneriei, ꝑ carnibus alterius maneriei; nec habere, nec tenere ad vendendum ſuper vno, & eodē bancho carnes groſſas diuerſar manerierum, habentes diuerſa calmeria. Saluo, q̄ poſſit quilibet vendere volens carnes, tenere ſuper vno, & eodem bancho carnes; videlicet, bouis, vel vacæ vni⁹ maneriei, cū carnibus minutis; ideſt, agnellinis, pecudinis, vel capretinis; & ſaluo etiā, q̄ ibi tenere poſſit prędictis non obſtantibus carnes edinas; & qui contrafecerit, ſoluat libr. tres Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

De

De calmerio fiendo becharijs.

POteſtas teneatur vinculo ſacramenti, vna cum Antianis communis Parmæ, ſeu præſidentibus negotijs dicti cōmunis, in ſingulis quattuor menſibus dare, & facere dari, & fieri facere calmerium becharijs, de & ſuper carnibus vendendis; & facto calmerio, ſi reperiret aliquis vendens carnes, ipſas vendere vltra calmerium ordinatum, condemnetur pro quolibet, & qualibet vice in libr. tribus Parmeñ. Saluis ſemper alijs pœnis in præſentibus ſtatutis limitatis; ita tamen, q̄ ſi vendens carnes fecerit malam penſam, non propterea intelligatur vltra calmerium vendere; & teneatur cuilibet ementi, vel emere volenti de ipſis carnibus, dicere ꝑ quanto precio libra ipſarum carnium vendere velit, ſeu intendit, ſub pœna ſoldorum x. Parmeñ. pro quolibet interrogante, cui recuſauerit id dicere.

Quòd becharij, & alij non poſſint vendere carnes morboſas.

QVilibet becharius, & alius de ciuitate Parmæ, vel aliunde, teneatur etiam per ſacramentū ſibi præſtandum, non vendere in groſſum, nec ad minutum, nec tenere ad vēdendum carnes leproſas, vel vicioſas, neq; porcos gramignoſos, ſeu porcas a rozio in becharijs, nec etiam alibi in ciuitate, vel burgis ciuitatis Parmæ, pœna, & banno libr. x. Parmeñ. cuilibet contrafacienti, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni; niſi fuerit officialis communis Parmę, vel de ſua familia; & inſuper omnes carnes prædictæ comburi debeant in platea communis Parmæ.

Quòd becharij poſſint ire de per ſe ad feſtum Dominæ S. Mariæ de menſe Auguſti.

BEcharij, & quilibet alij vendētes ad becharias, vel alibi, carnes recētes, poſſint ire ad feſtū, & ad oblationem Dñæ S. Mariæ de Auguſto de per ſe, prout facere conſueuerunt, ſtatuto aliquo non obſtāte.

Quòd becharij vendant carnes ſine zunta.

NVllus becharius, vel aliqua alia perſona audeat, vel præſumat vendere aliquas carnes recentes alicui perſonæ, cum aliqua zunta pedis, figadi, & miculæ, vel budelli, ſub pœna ſoldorum xx. Parmeñ. pro quolibet, & vice.

Quòd becharij, & alij vendant carnes ad bonam, & iuſtam penſam.

QVilibet becharius, & quælibet alia perſona vendens carnes ad pōdus, teneatur eas vendere ad bonam, & iuſtā penſam; & quicunq; eas vendiderit ad malam penſam, condemnetur vt infra; videlicet,

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ ИМЕНИ И. МЕЧНИКОВА

licet, si dictæ carnes venditæ fuerint minus iusta pensa vna oncia, in soldis x. Parmen. & si fuerint minus iusta pensa oncijs duabus, in soldis xij. Parmen. & si fuerint minus iusta pẽsa oncijs tribus, in soldis xx. Parmen. & sic ascensiue pro rata onciarum; & vlterius in ammissione carnium, vel earũ precium, quæ dari debeant carceratis.

De capitibus a bestijs non amputandis.

NVllus becharius, aut vẽdens carnes ad minutũ; audeat, vel p̃sumat amputare, seu dispicare aliqua capita ab aliquib⁹ bestijs; nisi prius habito calmerio, sub pœna libr. triũ Parmen. pro qualibet bestia.

Quòd becharij non debeant dispicare calmeria a cossetis, siue quarterijs.

NVllus vendens carnes in ciuitate Parmæ audeat, vel p̃sumat dispicare calmerium de quarterio, siue cossetо alicuius bestiæ, anteq̃ reliquæ partes carniũ dictæ bestiæ venditæ sint, sub pęna lib. trium Parmen. pro quolibet, & qualibet vice, quæ calmeria debeant p̃ collateralẽ apponi suo acu, & filo ad dictos cossetos; & bullari in cera cũ bulletino dicti collateralis, sub pœna p̃dicta dicto collaterali pro qualibet bestia.

Quòd becharij non vendant carnes cum staderia.

NVllus volens vendere carnes ad minutum, audeat eas vendere in ciuitate Parmæ cum staderia, siue pondus staderiæ, sub pœna soldorum xx. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd Becharij vendant carnes cum pensis habentibus annulos de ferro.

OMnis exercens artem bechariæ teneatur vendere carnes, quas vendere voluerit ad iustas pensas, quæ pensæ habeant annulos de ferro; videlicet, si libra fuerit vnius pensæ, habeat annulum vnum; & si fuerit libr. duarum, habeat annulos duos; & sic similiter, & ad medium pondus; & hoc sub pœna pro quolibet, & qualibet pensa; quam tenuerit non habente annulos vt supra soldos x. Parmen.

Quòd nullus emat carnes vltra calmerium.

NVlla persona ciuis, vel forensis, audeat, vel præsumat scienter emere carnes vltra calmerium limitatum, sub pœna libr. x. Parmen. p̃ qualibet persona contrafaciente, & pro qualibet vice.

Quòd bestiæ non occidantur, nisi in locis vbi vendendæ sunt.

OMnes, & singuli volentes vendere carnes recentes ad minutum in ciuitate Parmæ, teneantur, & debeant bestias, quarum carnes sic vendere voluerint, occidere in eo loco, in quo dictas carnes vendere

dere volent, & non alibi, sub pœna cuilibet contrafacienti libr. trium Parmen. pro qualibet bestia. Hoc intellecto, q̃ si occiderit ipsas bestias in via publica iuxta ipsam domum, seu sub porticu domus, in seu ad quam vendere voluerit, intelligatur occidisse in eodem loco.

Quòd becharij vendant, & dent carnes cuicunq; emere volenti, ab ea parte qua emere voluerit.

BEcharij, & alij quicunq; vendentes carnes recentes ad minutum, teneantur eas, siue de eis dare, & vendere cuilibet emere volẽti, ab illo capite illius quarterij, q̃ de eis carnibus restabit vendi, a quo capite emere volens petierit sibi vendi, sub pœna libr. duarum Parmen. pro quolibet recusante sic dare, & vendere, & pro qualibet vice; nec liberetur ab ipsa pœna becharius, qui diceret, vel probare vellet, se prius ab illo latere, seu capite dictas carnes alij vendidisse; nisi ille carnes fuerint ab illis separatæ; & prior emptor iuret, se verè totas illas carnes prius emisse, quàm alia persona quæsiuerit eas sibi vendi.

Quòd becharij non teneant carnes absconditas in stationibus suis.

NVllus becharius audeat, vel p̃sumat tenere in statione sua propria, vel cõducta carnes recentes alicui⁹ maneriei absconditas post hostiũ stationis suæ, nec alibi, quin possint videri, vltra quantitatem libr. xij. carnium, sub pœna sold. xx. Parmen. & ammissionis dictarum carnium sic absconditarum, quo casu dentur carnes illæ carceratis; & teneatur quilibet becharius permittere omnes, & singulas personas quæ ei⁹ stationem propriam, vel conductam intrare voluerint, & sub pœna p̃dicta soldorum xx. Parmen. pro qualibet vice.

Quòd becharij teneant carnes ad sufficientiam.

OMnes, & singuli becharij artem bechariæ exercentes, teneantur, & debeant singulis diebus sabbati, non computatis quadragesimalibus, & singulis diebus quibus comeduntur carnes; exceptis diebus dominicis, ac diebus magnorum, & solemnium festorum, habere, & tenere super eorum banchis carnes recentes animalium domesticorum ad sufficientiam; sic q̃ omnes, & singulæ personæ de eis emere volentes, emere possint, sub pœna libr. trium Parmen. pro quolibet, & qualibet vice. Et q̃ officialis victualium D. potestatis Parmæ, teneatur, & debeat, quibuscũq; diebus, quibus vt prædicitur carnes habere, & tenere debuerint ipsi becharij, ire in becharijs tàm citra, q̃ vltra aquam, ad videndum si ibi tunc fuerint non ad sufficientiam; & punire, & condemnare eos si reperti fuerint non habere carnes ad sufficientiã. Et intelligantur habere carnes ad sufficien-

HAYKOBA

cientiam, ſi duæ banchæ in becharijs citra aquam; & vna bancha in becharijs vltra aquam habuerint carnes ad ſufficientiam; & ipſo reperiente ipſas duas, ſeu tres banchas habere carnes ad ſufficientiã, non poſſit, nec debeat aliquis becharius de inſufficientia condemnari; & nihilominus inſuper vltra dictam circam fiendam, & quæ fieri debet per dictum officialẽ, ſtetur, & ſtari debeat ſacramento decem perſonarum, quæ dixerint ſe nõ potuiſſe habere carnes in dictis becharijs pro ſuis denarijs; & prædicta locum nõ habeant in diebus iouis, ab hora nonæ in antea.

Quòd nemo vendens carnes vitulinas, ſiue bouinas, teneat ſuper bancho, vel raſtello ſito iuxta banchum ſuum, aliquam teſtam vituli, bouis, ac vacæ, habentem dentes, quæ non ſit diſpicata a carnibus vitulinis, ſiue bouinis, quas vendet.

NVllus vendens, aut vendere volens carnes vituli, bouis, ſiue manzij, audeat tenere ſuper bancho ſuo, vel ad raſtellum quod habebit per directum ſtationis ſuæ propriæ, vel conductæ, aliquam teſtam vitulinam, manzinam, ſiue bouinam, habentem dentes, quę non ſit, vel fuerit illius beſtiæ, cuius ſint, ſiue fuerint dictæ carnes, quas vendẽt ſupdicto bancho, ſub pęna lib. triũ Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd becharij non vendant carnes bouinas antiquas pro iuuenib.

AD hoc vt becharij non poſſint de facili committere fraudem in vendendo carnes bouinas antiquas pro iuuenis, ſtatutum, & ordinatum eſt, q̃ becharij, & omnes alij qui vendere inceperint de carnibus alicuius manzij, ſiue bouis, aut vituli, teneantur, aut debeãt tenere ſuper bancho, ſuper quo vendere inceperint, vel iuxta ipſum in propinquiori raſtello, & loco banchi prædicti, totum reſiduum dictarum carnium, quæ reſtabunt vendi de huiuſmodi beſtia, ſub pœna libr. trium Parmen. pro quolibet, & qualibet vice.

Vbi piſcatores ſtare debent pro piſcibus vendendis.

PIſcatores, & alij vendentes piſces recentes ſuper banchis, & etiam ſalatos, poſſint ſtare ad vendendum dictos piſces ab eccleſia S. Vitalis excluſiuè, vſq; ad viazolam per quam itur ad ſtratam, quæ eſt ex oppoſito douannæ ſalis, & ex aduerſo ſub porticu iuxta palatiũ cõis Parmæ; dum tñ ſoluant penſionem illis, quor̃ ſunt, vel erũt domus, & cõi Parmæ, vel habenti cauſam ab eo, pro dicto loco iuxta palatium, ſingula ſingulis congruè referendo; & ẽt in ſtrata quæ eſt poſt camuſinam carcerum, & poſt douannã ſalis, ante portã palatij notariorum deſtructum; & alibi ſtare non poſſint, ſub pœna ſold. xx. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice.

Et

Et vendentes piſces minutos in baſoletis, carpiones, vel chepias, vel cancros, poſſint ſtare ſub porticu S. Vitalis, & circa ipſum porticum; & poteſtas teneatur hoc capitulum facere obſeruari.

Qualiter nullus poſsit emere piſces pro vendendo.

VT melior derata piſciũ ſit in ciuitate Parmæ, ſtatutũ, & ordinatũ eſt, q̃ nemo audeat, nec p̃ſumat emere piſces recentes, nec cãcros in ciuitate Parmæ, burgis, vel ſub burgis eiuſdẽ, nec propè ciuitatẽ, vel burgos p̃ vnũ miliare in groſſum p̃ reuendẽdo. Nec aliquis audeat reuendere piſces recentes, vel cãcros alicui cauſa reuendendi, pœna cuilibet ementi pro quolibet, & qualibet vice, ſold. centũ Parmeñ. & cuilibet vendenti ſold. xx. Parmeñ. & intelligantur piſces, & cancri empti, & venditi cauſa reuendendi, ſi ille qui eos apportauerit, ſtabit apud vendentes, expectans, q̃ piſces, & cancri per aliũ vendant̃; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni; & hoc capitulum debeat p̃cisè obſeruari.

Qualiter liceat cuilibet ducere ad ciuitatem Parmæ, & vendere piſcem foraſterium.

AD vtilitatẽ hoĩum ciuitatis, & ep̃atus Parmæ, & vt de piſcibus melius for̃ habeat̃ in ciuitate Parmæ, ſtatutũ eſt, q̃ quicunq; decætero ducere voluerit piſcem foraſteriũ de alieno ep̃atu ad vendẽdũ in ciuitate Parmæ, licitè poſſit, & debeat dictum piſcẽ foraſterium, vel piſces quos ſic duxerit, vel duci fecerit, vendere in ciuitate Parmę, q̃cunq; vendere voluerit, vendẽdo in loco deputato pro cõi Parmæ dictos piſces; & dummodò Parmæ remaneant dicti piſces, & pro ipſis datium pro communi ordinatum ſoluatur, & hoc, capitulo aliquo non obſtante.

Quòd piſcatores teneantur, & debeant vendere piſces ad iuſtam penſam.

PIſcatores, & omnes alij vendentes piſces in ciuitate Parmæ, & ipſius burgis, teneantur, & debeant vendere piſces ad iuſtam penſam; videlicet, cum ſtaderia, cazia, vel ſine cazia, ſub pœna ſold. xx. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

De ordinibus piſcium ſalſorum.

ITem ſtatutum, & ordinatũ eſt, vt decætero habeatur copia piſcium ſalſorum, & potiſſimè anguillar̃ in ciuitate Parmæ; & ne occaſio præbeatur alicui conducere volenti anguillas ſalſas eius qualitatis, & quantitatis, quales hoc inſtanti anno conductæ fuerunt in ciuitate Parmæ; & etiã reliquiæ, & refugia factæ a Reginis, & Mutinenſibus poſt eorum fulcimẽta, ad ciuitatem ipſam Parmæ trãſmittantur, a quibus quidem Reginis, &

T Muti-

Mutinenſibus haberi nequeunt illæ anguillæ bonæ, quoniam factis a ſe fulcimentis ſuis, ad ciuitatem Parmæ neceſſarium eſt tranſmitti, & traduci id quod nolunt ipſi, & eis ſupereſt; ſed vt potius cuicunq; anguillas bonas conducere volenti ad ciuitatem Parmæ, liber additus fiat; & ciuitas ipſa Parmæ abundantior fiat piſcibus huiuſmodi ſalſis, & eorum precia quibus vendi debeant, declarata ſint pariter, & ſpecificata. Statutum, ꝓuiſum, & ordinatum eſt, ꝙ amodò in ciuitate Parmæ nullus quicunq; ſit, ſiue terrigena Parmenſis, ſiue non, audeat, vel præſumat vendere aliquas anguillas ſalſas vltra precia, & calmeria inferius ſpecificata, ſub pœnis in ſtatutis proximè præcedentibus declaratis, videlicet.

Anguillas ſalſas ponderis ſcilicet onciarum octo, & ab indè infra, pro qualibet anguilla, quæ debeat vendi ad pondus, non autem ad oculũ, ſoldo vno pro qualibet libra.

Anguillas ſalatas ab oncijs octo ſupra, vſq; ad vnam libram incluſiuè, pro qualibet anguilla ſoldo vno & denarijs ſex pro qualibet libra, quę vendi debeat ad pondus, & non ad oculum.

Anguillas ſalatas ponderis ab vna libra ſupra, vſq; ad vnam libram, & oncias ſex incluſiuè, pro qualibet anguilla ſold. duobus pro qualibet libra vt ſupra, quæ vendi debeat ad pondus vt ſupra.

Anguillas ſalatas ponderis ab vna libra cũ dimidia, pro qualibet anguilla ſupra, quanticunq; ponderis ſit, ſoldis duobus & denarijs ſex pro qualibet libra, non intelligendo in hoc calmerio anguillas ſalatas, quæ conducentur a Piſcheria; & quilibet qui contrafecerit ſupraſcriptis calmerijs, & ſtatutis, cadat in pœnam ſold. xx. imperialium pro quolibet, & qualibet vice applicandorum communi Parmæ.

De pœna tabernarij tenentis hoſtium tabernæ ſuæ, vel conductæ apertum poſt tertium ſonum guardæ.

NVllus tabernarius maſcul⁹, vel fęmina debeat vendere vinũ alicui pſonæ poſt tertiũ ſonum guardæ, ſub pœna, & banno ſold. xx. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & ſub eadẽ pęna qlibet tabernarius maſculus, vel fœmina teneaꝫ tenere clausũ hoſtiũ tabernę ſuæ poſt tertiũ ſonũ guardæ; & ſi aliquis, qui non ſit de familia tabernarij, inueniet⁹ in taberna poſt tertiũ ſonum guardæ, cõdemnetur in xx. ſoldis Parmen.

De pœna tabernarij vendentis vinum ad minutum aliter, quam cũ bozolis, ſeu bochali iuſto, & non implentis bozolam.

OMnes, & ſinguli tabernarij ciuitatis, & burgor⁹, & eꝑatus Parmæ, vendentes vinũ ad minutũ, teneantur vẽdere vinũ ad bozolas, ſeu ad bochale iuſtũ, ſibi datum per cõe, & ad iuſtã menſuram, quę eſt ad computum onciarum octo & quarti vnius pro bozola, ſub pœna ſold. viginti

viginti Parmen. pro qualibet bozola, & pro quolibet bochali, nec cum alio inſtrumento de vitice in fraudem de bochaletis; & implere bozolam vini in pœna ſold. xx. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & hoc locum habeat in ciuitate tantum.

De pœna tabernarij non tenentis ſoleos copertos.

QVilibet tabernarius, & quælibet alia pſona vẽdẽs vinũ ad minutũ, debeat tenere in taberna, ſeu in domo in qua vẽdet vinũ ad minutũ, ſoleos coptos, pulchros, & nitidos, ĩ quib⁹ ſtare debeat aqua pulchra, & nitida, ꝓ abluẽdo moyolos, & alia vaſa, cũ ꝙb⁹, & in quibus dicti tabernarij dãt vinũ hoĩbus bibere volẽtibus; & ſi de aliquo in pdictis, ſeu aliquo pdictorum contrafecerit, vel commiſſerit, puniatur pro quolibet, & qualibet vice in ſoldis xx. Parmen. & hoc locũ habeat ĩ ciuitate tm̃.

Qualiter illi de ciuitate Parmæ, & epiſcopatu vendentes vinum, debeant illud menſurare ad legitimam menſuram.

QVilibet de ciuitate, & eꝑatu Parmæ, qui mẽſurat, & mẽſurabit vinũ, debeat mẽſurare, volendo illud vendere, ad legitimã mẽſuram cõis Parmæ; videlicet, illud vinũ mẽſurãdo in eꝑatu Parmæ, cũ bochale iuſto onciar⁹ xxxiij. ad cõputũ onciar⁹ octo, & quarti vni⁹; & oẽs, & ſinguli vendere volẽtes vinũ in groſsũ in eꝑatu, debeãt vendere ad iuſtã menſurã; & qui contrafecerit, ſoluat ſold. xx. Parmeñ. pro qualibet vice.

Qualiter Poteſtas teneatur facere circhari omni hebdomada ſemel omnes tabernarios ciuitatis, & burgorum.

POteſtas qui pro tpe fuerit, teneaꝫ facere circhari p collateralem, ſeu familiã ſuam oẽs tabernarios ciuitatis, & burgor⁹, ſemel ad min⁹ omni die tpe ſui regiminis; & vna vice ſaltim ad minus tempore ſui regiminis tabernarios eꝑatus; & nullus alius officialis cõis poſſit, nec debeat eos aliquo modo circhare; & ſi poteſtas, vel aliqs de officialib⁹ ſuis aliquẽ inuenerit, vel aliquos facere contra ſtatuta cõis, teneatur illum, vel illos cõdemnare ſecundum formam ſtatutorum communis infra menſem; & ſi poteſtas prædicta non fecerit, perdat de ſuo ſalario libr. xxv. Parmeñ.

De compellendis tabernarijs, & hoſpitibus de præſtando fideiuſſores de non tenendo malas perſonas.

POteſtas teneaꝫ compellere omnes hoſpitatores, & tabernarios ciuitatis, & eꝑatus Parmæ infra menſem Ianuarij, & Februarij quolibet anno dare bonã, & idoneã ſecuritatem, ꝙ nõ renebunt aliquẽ ludũ vetitũ taxillor⁹, nec alicuius generis biſchicij, quocunq; noĩe biſchicia ceneant; & non recipient, nec hoſpitabuntur latrones, nec alios malos hoĩes,

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНЛАЙН

quos ſciuerint infamatos eſſe; & ſi quis contrafecerit, ſoluat pro bãno pro quolibet, & qualibet vice ſoldos xxv. Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & teneatur ſecretus ad ſuam voluntatem, ſaluis ſemper aliis pœnis contra eos limitatis.

De brugnolis, caſſarijs, & moris non ponendis in vino, & de pœna contrafacientium.

PRo vtilitate hoium ciuitatis, & ep̃atus Parmæ, nullus præſumat ponere in moſto, vel vino, brugnolos, vel caſſarios, nebulas, ſorbas, ſeu moras; nec mel, vel alias miſturas ineptas, nec poni, nec immiſceri facere aliqua, quibus aliquo modo poſſit turbari ſanitas, & vita hominum bibentium; & qui contrafecerit, condemnetur per D. poteſtatem pro quolibet, & qualibet vice in lib. x. Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni; & credatur accuſatori cum vno teſte.

Qualiter tabernarij non poſſint vendere vinum, niſi de vno vaſe in eodem tempore, & de pœna ſuper hoc ordinata.

NVllus tabernarius, nec aliquis vendẽs vinũ ad minutũ, audeat, vel p̃ſumat vẽdere, vel vẽdi facere eodem tpe vinum, niſi ſolũ de vno vaſe; nec habere, nec tenere in taberna ſua tpe quo vendit vinum, aliquã claudẽda, vel obſtaculũ de ſtoris, vel de aſſidibus, vel parietibus, nec de alia quacũq; re, q̃ p̃hibeat publicè videri qualibet vegetẽ, vel quacũq; parte ipſius tabernæ, nec tenere aquã in aliquo vaſe, nec tenere aliquod diſcum, vel aliquod imbrigamentũ intra, vel extra hoſtiũ taberne per vnum brachiũ; ita q̃ quilibet officialis ſine impedimẽto aliquo celeriter ingredi poſſit tabernã, ad videndũ ſi cõtrafecerit in aliquo præmiſſorum, pẽna, & banno ſold. quadraginta Parmeñ. in quolibet dictorum caſuum p̃ quolibet, & qualibet vice. Et hoc intellecto, q̃ ſi tabernarius prædictus haberet duo hoſtia ad ſuam tabernã, ſic q̃ per vnũ officialis ingredi poſſet ad aliud hoſtium, diſcum tenere pro menſurando impunè tenere poſſit.

Super tabernarijs.

AD hoc vt poſſit videri, an vendentes vinum ad minutum, vendãt ad iuſtam menſuram ſuperius limitatã; ſtatutũ eſt, q̃ per cõe Parmæ debeat dari officiali victualiũ in introitu regiminis cuiuſlibet poteſtatis, vna menſura de cupro, capacitatis onciar̃ octo, & quarti vnius, cũ qua debeat menſurare bozolas tabernarior̃, & alior̃ volentium vendere vinum ad minutum in ciuitate Parmę, & eius ep̃atu, & etiam bochalia, ſeu vinum repertum in bocalibus, ſi fuerit in tanta quantitate, pro quanta ipſum vinum fuerit venditum; & quilibet tabernarius, & quilibet ali⁹ vendere volens vinum ad minutum, repertus habere bozolam falſam, condemne-

demnet̃ in libr. x. Parmen. p̃ qualibet bozola; & q̃libet tabernarius ep̃atus, teneat̃ habere vnũ bochale quattuor bozolar̃, & vnũ duar̃ ad iuſtã mẽſurã; & reptus habere bochale, & bochaletũ falſum, condẽnetur talis habens in ſoldis centũ Parmen. & nullus tabernarius de ep̃atu Parmæ audeat, vel p̃ſumat tenere aliquod bochale, vel bochaletũ in ſua domo, vel taberna; niſi ſit ad iuſtã menſurã quattuor bozolarum p̃ quolibet bochale, & duarũ bozolar̃ pro quolibet bochaleto, ſub pœna ſold. centũ Parmen. p̃ quolibet bochali, vel bochalino, non iuſto reperto in eius domo, vel taberna.

De lacte, aceto, & agreſto minutim vendendis ad quartinam, ſiue bozolam antiquam.

QVia circa venditiones, quas faciunt venditores aceti, lactis, & agreſti, fraudes continuè cõmittuntur; ſtatutũ, & ordinatũ eſt, q̃ oẽs, & ſinguli vendentes, & qui vendere volunt minutim acetũ, lac, vel agreſtum, teneantur, & debeant vendere prædicta ad bozolã, ſeu quartinã antiquam xij. onciarum, & dimidiæ, in pœna, & ſub pẽna ſold. x. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice, qua contra prædicta venditum, & factum fuerit per aliquem. Et poteſtas ciuitatis Parmæ teneatur, & debeat ſingulis ſeptimanis mittere vnũ ex ſocijs ſuis ad ſtationem ſpeciarior̃, & lardarolor̃ ciuitatis, & burgorum Parmæ, & ad videndum, & ſcrutãdum ſi ipſi ſpeciarij, & lardaroli ad dictam bozolam, ſeu quartinam xij. onciarum & dimidiæ vendunt, vel non; & q̃ de prædictis ad aliquod datium, vel gabellam ſoluendum compelli non poſſint.

De pœna brentatorum debentium ire ad extinguendum ignem, & de immunitate eis conceſſa.

BRentatores teneantur, & debeant venire cũ brentis, & aquã portare ad igne extinguendum, qñ, & quotiens opportunũ eſſet in ciuitate, vel burgis Parmæ, pœna, & banno ſold. x. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & non teneantur ire dicti brentatores in aliquibus exercitibus, vel caualcatis, nec ſtare, nec facere aliquas cuſtodias diurnas, vel nocturnas; & tempore cuiuſlibet exercitus, vel caualcatæ, ſub pœna prędicta ſtent in platea communis de die, & de nocte.

De pœna brentatoris euntis ad ſepeliendum mortuos, & ad remondandum andronas.

NVllus brentator vini audeat, vel præſumat ire ad ſepeliendum aliquem defunctũ, nec ad aliquã borrã cauandã occaſione alicuius mortui inferendi; nec ire ad remõdandũ andronas ſub pẽna, & bãno ſold. centũ Parmen. p̃ qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare contrafacientẽ, & habeat medietatẽ bãni, & credatur accuſatori cũ vno teſte.

De pœna brentatoris effundentis vinum.

SI aliqs brentator, seu portator vini effuderit vinũ alicuius, teneatur illud emendare, scilicet, medietatẽ precij vini, quod constiterit emptori, vel illi cuius fuerit, infra tertiã diem postq̃ hoc cõtigerit in pęna dupli; & illud obseruetur in ducentibus vinum in cararijs, seu vegetibus, & vuas cum nauacijs, seu castellatis, seu vinum cum barilibus ad precium.

De pœna brentatoris ascendentis super toltam puteorum cum pedibus.

VT aquæ puteorũ ciuitatis, & burgorũ Parmę nõ vituperent, nullus brentator, nec aliqua persona, masculus, vel fęmina debeat ascendere cũ pedibus sup tolta alicuius putei, causa extrahendi aquã de puteo; nisi esset causa hauriendi aquã ꝑ extinguendo ignem, vel pro mensurando vegetes pro datio vini, in quibus casibus brẽtatores, & alij debeãt se scalzare; & quicunq; contrafecerit, soluat pro banno soldos xx. Parmen. & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

De Cararijs, & earum magnitudine.

VIcturales qui cõducunt vinum ad victuram ad ciuitatem, seu per ciuitatem, debeant habere carariam, seu vegetem ad octo mensuras, & non minorem quantitatem tenentem sub pœna sold. x. Parmen. pro quolibet.

De brentis, & barilibus, & alijs mensuris bullandis.

BRentæ, & barilæ, & mensuræ vini, cũ quibus emit̃, & vendit̃ vinũ, debeant bullari bullo cõis, per eos quibus pro cõi cõcessum fuerit, ad legitimã mensurã ordinatã pro cõi; & anteq̃ bullentur, debeant mensurari ad bullã legitimã, expẽsis eius cuius fuerint, & ille qui bullabit, habeat ꝑ qualibet brenta, seu mensura, vel barila vnum imperiale, & quicunq; mensurabit emendo, vel vendendo vinum ad aliquam mensuram vini non bullatam pro cõi, soluat pro banno qualibet vice soldos xx. Parmen. & si aliqua brenta, vel barila bullata fuerit bullo communis, quæ nõ inueniatur iusta, condemnetur ille qui eam bullauerit in soldis centum Parmen. Quòd quælibet brenta vini debeat esse ponderum octo ad rationem libr. xxv. pro quolibet pondere, & onciarum duodecim pro qualibet libra ex prædictis.

De officio superstantium pensatorum farinarum, & eorum notariorum.

SVperstantes farinarũ, & eorũ notarij vinculo sacramenti, debeant, & teneantur compellere molinarios restituere farinã oĩbus pson̄is, quã ab eis accepissent, vel retinuissent nulla exceptione, vel cõtradictione obstante;

obstante; & nihilominus dicti molinarij teneantur ad omnes pœnas, & bãna quæ in statutis communis Parmæ continentur.

Item stent dicti officiales ad eorum officium exercendum ad loca consueta, vel ad loca eis decætero deputanda pro communi, & ad quem locũ, seu pensum communis habentur, & ponantur expensis molinariorum bilanciæ cum cazijs, & ponderibus, & staderiæ, & pensum legale, seu legitimum pro pensando granum, & farinam; & potestas teneatur hoc facere fieri, & obseruari præcisè.

Item iurẽt dicti officiales in principio eorũ officij corã D. potestate, vel eius vicario, eorũ officium bene, & legaliter exercere omni fraude cessante; & teneãtur stare continuè personaliter, & non per interpositam personã ad pensum; & ad ipsum officium exercendum in locis ordinatis, a mane vsq; ad tertiam; & a tertia post prandium vsq; in sero, sine fraude toto tẽpore sui officij, exceptis diebus dominicis, festis Apostolorum, & alijs magnis solemnitatibus; nisi iusto impedimẽto Dei remanserint, in psonis eorum, vel alio impedimento; & quilibet præter molinarios possit dictos officiales contrafacientes accusare, & habeat medietatem banni.

Item teneantur dicti officiales accusare omnes molinarios nõ venientes ad pensandum bladum, quod portabunt ad molendina, & reducetur farina ad pensum.

Itẽ teneantur dicti officiales neminẽ sparare, seu denunciare D. potesti, seu eius vicario, ea die, vel sequenti, & in scriptis dare oẽs molinarios nõ venientes cum blado, & non redeuntes cum farina ad pensum cõis; & loca in quibus tenebunt pensas cõis, stent aperta, vt cessent fraudes. Et D. potestas teneatur condemnationes facere de ipsis molinarijs, quos dicti officiales dederint in scriptis quam citius poterint; & maximè infra xv. dies, sub pœna libr. xxv. Parmen.

Item si dicti officiales ommiserint aliquid facere, quod ad eorũ officium pertineat, potestas teneatur auferre ei qui ommiserit nomine banni, ꝑ qualibet vice sold. xx. Parmen. & quilibet possit accusare, & habeat medietatẽ banni, saluis maioribus pœnis.

Item teneantur officiales prædicti facere iurare omnes molinarios, ꝙ portabunt ad pensum omnes blauas eis datas, seu dandas, causa macinãdi, anteq̃ cum ipsis bladis intrent in aliquam domum; & ꝙ ipsi reddent farinas, quas reportauerint ad dictum pensum, eis quorum fuerint, antequam cum ipsis farinis intrent in aliquam aliam domum.

Item teneantur dicti officiales ponere bullum suum super gruppo cordæ, seu ligaminis cuiuslibet sachi farinę; & cum fuerit ponderatum, debeãt ponere bullum suum cum saymbacha ad bucham cuiuslibet sachi, in quo granum erit.

Item teneantur dicti officiales frequenter ire ad molendina, ad circandum

dum ſi molinarij habuerint granum non penſatum, & non bullatum; & ſi quos inuenerint in hoc commiſiſſe fraudem, teneantur denunciare D. poteſtati, ea die, vel ſequenti, qui eos cõdemnet quàm citius poterit, & infra xv. dies ſub pœna libr. xxv. Parmeñ.

Item ſi dicti officiales committere vltra id, quod in ſtatuto continetur, teneantur auferre ſoldos xx. Parmeñ. pro qualibet vice, & facere emendari damnum in duplum, cuius banni duæ partes ſint communis, & alia ſit dictorum officialium.

Item habeant, & habere poſſint, & debeant dicti ſuperſtantes, & notarij, vltra eorum ſalarium tertiam partem omnium condemnationũ, quæ fient de molinarijs, quos inuenerint in eorum officio delinquiſſe, & quos accuſabunt, ſeu denunciabunt; & notarij prædicti ſcripturas in ſuo officio faciant, & facere poſſint in quaternis de bombice.

Item teneatur D. poteſtas alios accuſatores inuenire, & deputare ad circandum molinarios de grano non penſato, & non bullato, & de farina nõ reducta ad penſandum; & prædicti accuſatores poſſint accuſare officiales penſorum, ſi non ſteterint ad penſum, & ſuum officium non fecerint diligenter, & habeant medietatem banni, exigẽdo ab illis officialibus, & alijs quos accuſabunt; & teneantur iurare, eorum officiũ bene, & legaliter exercere, & nullum fraudulenter denunciare, vel accuſare.

Super molinarijs.

OMnes molinarij ciuitatis Parmæ, & omnes alij molinarij veniẽtes in ciuitate Parmæ cauſa portandi bladum ad macinandum, teneãtur portare anteq̃ intrent in aliquam domum, ad penſum communis omne bladum, quod acceperint, ſeu eis datum fuerit cauſa macinandi, & facere penſare, & omnes ſachos bullari, cum ſaymbachis, in quibus erit dictum bladum, cum bullo ſuperſtantium, & officialium penſi, pœna, & banno ſoldorum centum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Item teneantur molinarij, & debeant reducere ad dictum penſum omne bladum macinatum, & facere põderari farinas, & bullari facere ſachos ſub gruppo ligaminis cuiuſlibet ſachi, cum bullo dictorum officialium, ſub pœna prædicta.

Item teneantur dicti molinarij, cum farinæ fuerint penſatæ, non deponere ſachos in aliquo loco, nec entrare cum ipſis niſi ad domum illorum, quorum fuerint, in pœna, & banno ſold. xx. Parmen. pro quolibet ſacho, & qualibet vice.

Item teneantur dicti molinarij, continuè tenere, & habere ſuper quolibet ſacho bladi, & farinæ, ſcriptum annexum in carta membrana, continens nomen, & pronomen, & viciniam eius cuius fuerit ſachus; ſi per dominum poſitum fuerit ſcriptum illud, & non aliter, pœna, & banno ſold. quinq;

quinq; Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, qua non tenuerint dictum ſcriptum, ſi per dominum poſitum fuerit vt ſupra.

Item poſſint dicti molinarij, & eis liceat percipere, & habere p̃ macinatione, & labore ſuo pro quolibet ſextario frumenti vnum copellũ frumenti, qui copellus ſit capacitatis libr. vj. frumenti; & ſimiliter debeat habere vnum copellum miſturæ pro quolibet ſextario miſturæ; & non poſſint aliquid aliud percipere vltra prædicta, pœna, & banno ſold. x. Parmeñ. p̃ quolibet, & qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem bãni; & ſi aliquis molinarius ciuitatis, & diſtrictus, reperiatur habere in molẽdinis, & domibus ſuis aliquem copellum, qui ſit capacitatis vltra, quam dictarum libr. vj. frumenti pro copello, cõdemnetur, videlicet, pro quolibet copello in libr. tribus Parmeñ.

Item teneantur omnes molinarij ciuitatis, & ep̃atus Parmę vbicunque habitent, ſemel in anno ſingulis annis de menſe Ianuarij, comparere corã D. poteſtate, vel eius vicario, & iurare prædicta, & infraſcripta oĩa, & ſingula, benè, & legaliter obſeruare, & obſeruari facere, per ſe, & eor̃ familias, & quod ſaluabunt, & reguardabunt per ſe, & reguardari, & ſaluari facient bla uã oĩum perſonar̃, quæ eis dabitur ad macinãdũ farinã, ſimiliter ſine fraude; & q̃ non accipient, nec accipi facient, vel p̃mittent per ſe, vel alium, vltra id quod ſibi conceditur per ſtatuta pro macinatura, & ſi molinarij cõtra prædicta fecerint, cadant in pœna ſold. xx. Parmeñ. p̃ quolibet, & qualibet vice, & damnum emendent cum pœna dupli; & Dominus poteſtas in principio ſui regiminis faciat cridari publicè p̃ ciuitatem, q̃ omnes molinarij ciuitatis, & ep̃atus Parmæ, debeant comparere coram eo, vel ei⁹ vicario infra certum terminum ad iurandum vt ſupra, q̃ ſi non fecerit, cadat in pœnam ipſe D. poteſtas libr. centum Parmeñ. & non poſſit aliquis molinarius grauari ad aliquid ſoluendum alicui notario, vel officiali pro comparitione, & iuramento, niſi ſolum imperiales ſex, quos poſſint recipere notarij, qui dictam comparitionem, & iuramentum ſcribent.

Item teneantur dicti molinarij recipere totam blauam, quæ ſibi dabit̃ ad macinandum, & eam macinare bona fide, & opere, pœna, & banno ſoldorum centum Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & non poſſint dicti molinarij, nec eis liceat aliquo modo, vel ĩgenio tenere aliquos ſachos plenos, aut vacuos in terra, vel in aliquo loco humido, ſub pœna, & banno libr. duarum Parmen. pro quolibet ſacho, & qualibet vice.

Super molinarijs ſupraſcriptis.

ITem in quolibet molendino ciuitatis, & ep̃atus Parmæ, ad palmẽtum ipſius molendini debeat eſſe vnus pauionus, claudens ipſum palmentum, & volaticam totam receptaturus, ita ordinatus, q̃ ſtet intus ab aſſidibus palmenti, benè, & firmiter; & ſuper ipſo pauiono, & voladagario a parte

parte ſuperiori dicti palmenti, debeat eſſe tauolatum de aſſidibus, ſiue deſtoris, & in forma vnius voltæ clauſæ; & q̃ a parte anteriori ſuper dicto pauiono, & voladegario, debeat eſſe clauſum de aſſidibus ad incaſtrum, a dicto pauiono, & voladegario, vſq; ad ſummitatem voltæ, ſic, q̃ tota farina, & volatica deſcendat ad mollas, & intra ipſam voltam, ſi modo prædicto fuerit clauſum; vel ſi per aliam claudendam eſſet prouiſum, non poſſit eſſe alia aſſia, vel aſſis, vel aliquid retinens farinam, vel impediens illam volaticã deſcẽdere ad molas, pœna, & banno ſold. centum Parmen. q̃ quolibet, & qualibet vice, ſi non reperiatur taliter prouiſum, & D. poteſtas teneatur prædicta facere obſeruari.

Item q̃ quælibet pſona, vniuerſitas, & domus ciuitatis, ſeu ep̃atus Parmæ, & quilibet vicini cuiuſlibet contratæ, ſeu villæ, licitè poſſint habere, facere, & tenere in vicinijs, villis, ſeu terris, ſeu contratis ſuis, in domibus ſuis in quibus habitant, penſum, & ſtaderiam pro blaua eorum penſanda; & eis liceat penſare blauam, & farinam ſuam, non obſtante, q̃ dicta blaua, ſeu farina penſata ſit p̃ dictos officiales cõis, & ſiue portata fuerit ad penſũ, ſiue non; & q̃ oĩa banna, & ſtatuta, & oẽs pœnæ loquentes, & loquẽtia cõtra molinarios non penſantes granum, & farinam ad penſum cõis, habeãt locum in penſis ſpecialium perſonarũ, & ſimiliter teneantur ad fraudes replendas; & nihilominus molinarij teneantur portare granum, & farina ad penſum cõis, ẽt ſi penſatum fuerit in domo illius, vel illorũ cui⁹ fuerint.

Itẽ de oĩ dãno, ſeu fraude dato in grano, ſeu farina alicuius, vel aliquorũ p̃ ipſos molinarios, ſeu aliquẽ de ſuis famulis, ſi negarent, credatur ſoli dicto, & verbo dñi, vel dñæ, vel perſonæ cuius fuerit dictum granum, ſeu farina, vel petinſechæ, vel famuli, ſeu alterius cuiuſlibet ſeruientis, ſeu familiaris illius, vel illorũ, quorũ fuerit granũ, ſeu farina, abſq; vlla ꝓbatione; ita q̃ ſolũ verbum ſit plena probatio; & poſſint licitè, & impunè p̃dictæ pſonæ, quæ ſe dicere eſſe voluerint defraudatas, vel damnificatas per molinarios, & quemlibet de famulis prædictorũ, quorũ granum, vel farina fuerit, ſcuti feri, petinſechę, & omnes alij eorum familiares, & factores, accipere, & detinere poſſint aſinam dicti molinarij, quem ſibi dãnum dediſſæ dixerint, donec ſatisfecerit ei de damno ſuo; & ſi prædictus molinarius defenderet aſinam, vel alius pro eo, q̃ ei non auferatur, & non detineret, vt dictum eſt; condemnetur molinarius in centum ſoldis Parmen. & nihilominus emendet damnum, & poſſit accuſari de prædictis, & ſacramentum accuſatoris ſuper dicta accuſa, ſit plena ꝓbatio; ita q̃ de ipſis accuſis ſtari debeat ſoli ſacramento accuſatoris, & habeat accuſator medietatem banni, ſeu cõdemnationis; & ẽt poſſint dictæ perſonæ damnificatæ, & quilibet ſuus familiaris molinarium perſonaliter detinere, quouſq; emendauerit damnũ, quod ſibi fecerit in grano, vel farina, vel promiſerit emendare coram duobus teſtibus ad certum terminum; & ſi ꝓmittere voluerit, ducat eum corã iudice

iudice dñi poteſtatis, & credat ei, ſeu eius ſacramento de p̃dictis; & ſi nõ emendauerint ad terminũ eis datũ, q̃libet iuſdicens cõis Parmæ, poſſit de hoc cognoſcere, & emendari facere dãnum in duplũ, & auferre pro bãno molinario x. ſold. Parmen. & facere reſtitui domino cõquærenti, vel famulo quolibet tempore, & nullis ferijs obſtantibus poſſit de hoc cognoſci.

Item q̃ nulli molinario ciuitatis Parmæ liceat tenere in molẽdino ſuo, ſeu conducto, ſeu circa molendinum vltra octo gallinas, & vltra duos porcos; & quilibet qui contrafecerit condemnetur in ſoldis xx. Parmen. pro qualibet vice; & de hoc credatur ſacramento denunciatoris cũ vno teſte. Et molinarij epiſcopatus poſſint tenere porcos quattuor, & gallinas ſexdecim, & hoc quia habent maiorem latitudinem: hoc tamen intellecto, q̃ dicti molinarij tam ciuitatis, quam epiſcopatus, poſſint facere aleuaniam pullorum, vſq; quo fuerint comeſtibiles.

Item ſi molinarij ep̃atus Parmæ fecerint fraudem in grano, vel farina, vel damnum dederint, puniantur in omnibus, vt molinarij ciuitatis; & ita credatur de omnibus contra ipſos molinarios epiſcopatus, & detineri poſſint ipſi, & eorum beſtiæ, & aſinæ, quemadmodum creditur erga molinarios ciuitatis, & quemadmodum detineri poſſint; & ad ipſa banna, & pœnas pro ipſis damnis, & fraudibus, & ad reſtitutionem damni, & fraudis faciendam in omnibus, & per omnia compellantur, & teneantur vt molinarij ciuitatis Parmæ.

Qualiter ad quodlibet molendinum infra certas partes poſitum, eſſe debeat vnum ſoratorium.

AD hoc vt aquæ tempore ſiccitatis melius veniant ad ciuitatem Parmæ, & quolibet alio tempore, quodlibet molendinum poſitum intus a quattuor plebibus verſus ciuitatem Parmæ, vſq; ad exitum ciuitatis, debeat habere ſoratorium, per quod aqua debeat habere decurſum ad ciuitatem, & q̃ occaſione aptandi ipſa molendina, canalia aliqua ſiccari non debeant; & vt non ſiccentur, & ignis periculum euitet, hoc omninò debeat obſeruari.

De pœna molinariorum ſedentium ſuper aſinis, ſeu animalibus, & non portantium bardellas ſuper ipſis, & copertoria quando pluit, & euntium ad bibendum in aliqua taberna.

MOlinarij cuiuſcunq; conditionis ſint, & vbicunq; habitauerint, teneantur non ſedere, nec ſtare ſuper aſina, ſeu ſuper animali, ſuper quo blaua, ſeu farina portatur, tempore quo ſuper aſina ipſa, ſeu ſuper animali, granum, ſeu farina, vel ſachi cum blaua, vel grano, ſuper ipſis beſtijs portantur in parua quantitate, vel magna, modo aliquo, vel ingenio, de die, vel de nocte; & teneantur dicti molinarij modo aliquo non

ire

ire ad bibendum in tabernis, nec ſuper porticubus tabernariorum, quãdo habuerit granum, vel farinam ſuper aſinis, vel beſtijs aliquibus; & teneantur dicti molinarij quando portant blauam, vel farinam per ciuitatẽ, vel epiſcopatum Parmæ, habere, & tenere ſuper aſinabus, & alijs beſtijs, & animalibus, ſuper quibus blauam, vel farinam portant, portare bardellam ſuper dorſo beſtiæ ſubtus ſachos; & quando pluit, teneantur habere, & tenere copertam ſuper ſachis; & prædicta omnia, & ſingula facere teneantur, in pœna, & banno ſold xx. Parmeñ pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & credatur accuſatori cum vno teſte.

Statutum, & ordinatum eſt pro bono publico, quòd vendentes panem, teneantur, & debeant ſeruare formam infraſcriptam.

PRimò, quando ſextarius frumenti communi curſu venditur precio ſold. xij. imperialium pro ſingulo ſextario; teneantur venditores panis facere quamlibet teriam panis librarum duodecim, & onciarũ quinq; panis albi fiorati. Item panis buffeti libr. vndecim, & onciarum v. panis verò bruni libr. xiiij. & onciarum nouem, panis verò rotundi cum farina libr. decem & octo, & onciarum ſeptem.

Item quando ſextarius frumenti communi curſu venditur precio ſold. xvj. imperialium pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quãlibet teriã panis libr. nouem, & onciarũ quattuor, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. octo, & onciarũ ſeptẽ, panis verò bruni librarũ vndecim, & onciæ vnius, panis verò rotundi cum farina libr. quattuordecim.

Item quando ſextarius frumenti communi curſu venditur precio ſoldorum xx. imperialium pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quamlibet teriam panis libr. ſeptem, & onciarum v. panis albi fiorati. Item panis buffeti librarum ſex, & onciarum x. panis verò bruni librarum octo, & onciarum decem, panis verò rotundi cum farina librarum vndecim, onciarum duarum.

Item quando ſextarius furmenti cõmuni curſu venditur precio ſoldorũ xxiiij. imperialium pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quamlibet teriã panis libr. ſex, onciarũ duarũ, panis albi fiorati. panis verò buffeti libr. v. & onciarum octo. panis verò bruni libr. ſeptem & onciarũ quattuor. panis verò rotundi cũ farina libr. nouẽ, & onciarum quattuor.

Item quando ſextarius furmenti communi curſu venditur precio ſold. xxviij. imperialiũ pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quãlibet teriã panis libr. v. & onciarũ quattuor, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. quattuor, & onciarũ xj. panis verò bruni librarum ſex, & onciarum quattuor, panis verò rotundi cum farina librarum octo.

Item quando ſextarius furmenti cõi curſu venditur precio ſoldorum trigin-

trigintaduorum imperialium pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quamlibet teriam panis librarum quattuor, & onciarũ octo, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. quattuor, & onciarum triũ, panis verò bruni librarum quinq;, & onciarum ſex, panis verò rotundi cũ farina librarum ſeptem.

Item quando ſextarius furmenti communi curſu venditur precio ſold. trigintaſex imperialium pro quolibet ſextario, teneantur dicti venditores panis facere quamlibet teriam panis libr. quattuor, & onciarũ duarũ, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. trium, & onciarum decem, panis verò bruni librarum quattuor, & onciarum vndecim, panis verò rotundi cũ farina librarum ſex, & onciarum duarum.

Item quando ſextarius furmenti communi curſu venditur precio ſold. quadraginta imperialium pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quamlibet teriam panis libr. trium, & onciarum nouem, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. trium, & onciarum v. panis verò bruni librarum quattuor, & onciarum quinq;, panis verò rotundi cum farina librarum quinq;, & onciarum ſeptem.

Item quando ſextarius furmenti communi curſu venditur precio ſold. quadragintaquattuor imperialium pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quamlibet teriam panis lib. trium, & onciarum quinq;, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. trium, & onciæ vnius, panis vero bruni librarum quattuor, & rotundi verò cum farina librarum quinq;, & onciæ vnus.

Item quando ſextarius frumenti communi curſu venditur precio ſold. quadragintaocto imperialium pro quolibet ſextario, teneantur venditores panis facere quamlibet teriam panis librarum trium, & onciæ vnius, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. duarum, & onciarum x. panis verò bruni libr. iij. & onciarum octo, panis verò rotundi cum farina librarũ quattuor, & onciarum octo.

Item quando ſextarius frumenti communi curſu venditur precio ſold. quinquaginta duorum imperialium pro quolibet ſextario, teneãtur dicti venditores panis facere quãlibet teriã panis libr. duarum, ac onciarũ decem panis albi, & fiorati. Item panis buffeti libr. duarum, & onciarũ octo, panis verò bruni librarũ trium, & onciarũ quinq;, panis verò rotundi cum farina libr. quattuor, & onciarum trium.

Item quando ſextarius frumenti communi curſu venditur precio ſoldorum quinquaginta ſex imperialium pro quolibet ſextario, teneantur dicti venditores panis facere quamlibet teriam panis libr. ij. & onciarũ ſeptẽ cum dimidia, panis albi, & fiorati. Item panis buffeti librarum duarum, & onciarum ſex, panis verò bruni librarum trium, & onciarum duarum, panis verò rotundi cum farina librarum quattuor.

Item

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

Item quando ſextarius furmenti cõmuni curſu venditur precio ſoldorũ ſexaginta imperialium pro quolibet ſextario, teneantur dicti venditores panis facere quamlibet teriã panis libr.ij.& onciarũ quinq, panis albi & fiorati. Item panis buffeti libr.ij.& onciarum quattuor, panis verò bruni libr.duarum,& onciarũ vndecim cum dimidia, panis verò rotundi cũ farina libr.trium,& onciarum nouem.

De fornarijs,& his quæ ordinata ſunt per fornarios.

OMnes fornarij ciuitatis,& burgorum,& illi de eorum familijs,ſingulis annis de menſe Ianuarij,infra terminum cõtentum in crida de hoc fienda per ciuitatem ex parte D.poteſtatis Parmæ, comparere teneantur coram ipſo D.poteſtate, vel eius vicario,& iurent ſaluare, & cuſtodire, & prohibere, q̃ furtum aliquod non fiat, nec facient de paſta, vel farina alicuius,quam detulerint, vel quę deportata eſſet ad furnum ſuum; & teneantur fornarij, & omnes de ipſorum familijs totum panem qui fiet ad furnum ſuum;ſeu qui illuc portabitur, facere benè coqui, leuari,& ſaſonari.

Itẽ teneantur oẽs fornarij iurare, q̃ non recipient aliquid de paſta, nec de farina ab vxore domini,nec ab aliquibus de famulis ſuis; & ſi factum fuerit aliquod damnum, illud emendabunt; & omni die coquere teneant volentibus,& petentibus;niſi in diebus dominicis,& feſtis principalibus, & taliter teneantur ſaſonare,& coquere panem, q̃ nõ bruſetur; & ſi aliquis voluerit conqueri de aliquo fornario, vel de aliquo de ſua familia,ſibi malè coquiſſe panem, vel furtum ſibi feciſſe, vel factum eſſe in furno ſuo, de paſta,vel de farina,vel de furto,ſeu damno dato in pane, ſeu farina alicui⁹, ſoluat fornarius in cuius furno factum fuerit,pro quolibet, & qualibet vice libr.tres Parmeñ.& nihilominus emendet damnum conquerenti, & ſoli ſacramento cuiuſlibet conquerentis credatur;& compellantur fornarij ſine aliqua ſolemnitate,& omni exceptione remota, ad ſoluendum banna,ſeu pœnas in ſtatuto contentas,& ad emendationem damni quod declarauerit dominus, vel domina cuius fuerit panis, vel farina, vel paſta,vel alius de familia ſua,qui hoc iurauerit,infra octo dies poſt præſtitum iuramentum;& teneantur prædicti fornarij obſeruare omnia capitula cõmunis,quæ loquuntur de miſterio ſuo, in pœna ſold.xx. Parmen. pro quolibet,& qualibet vice;& quilibet poſſit accuſare,& credatur eius ſacramento,& habeat medietatem banni.

Item licitum ſit cuilibet facere, & fieri facere panem ſuum ad furnum, vel ad domum ſuam ad ſuam voluntatem; & fornarij teneantur panem, & paſtam portare ad furnum,ad voluntatem dominorum, & dominarũ, ad pœnam,& bannum ſold.xx.Parmen. pro quolibet,& qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare,& habeat medietatẽ banni, & credatur ſacramẽto accu-

accuſatoris;dummodò ſit homo bonæ famæ,& bonæ opinionis;& D.poteſtas teneatur in principio ſui regiminis, accipere ſecuritatem a quolibet fornario de hoc capitulo obſeruando.

Item teneantur fornarij habere corbas,ſiue propria alia vaſa pulchra, firma,& netta,cum quibus,& in quibus reddant,ſeu reddere faciãt panẽ, & hoc ſub pœna ſold.x.Parmen.pro qualibet vice.

Qualiter qui habet furnum,teneatur habere caminum muratum,& furnum muratum, & quantum recipere debeant pro coctura panis.

QVilibet habens furnum in ciuitate,vel burgis,teneatur,& debeat facere,& habere caminum muratum de calcina, & de quadrellis ſufficientem;& ad petitionem vicini ſui habentis domum cohærẽtem furno,compellatur facere murum deſuper cuppis furni per duo brachia;ita tamen, q̃ ſi murus fuerit communis inter domum furni,& domum cohærentem,faciant cõmuniter murari;& hoc fiat infrua duos mẽſes,ex quo fuerit requiſitus;& caminum de quo ſupra fit mẽtio,fiat ad bucham furni,& hoc timore ignis.De caminis fiendis more prædicto, D.poteſtas teneatur compellere eum contra quem fuerit poſtulatum, infra ſex menſes ſine tenore, & condemnare quemlibet inobedientem in libr.x. Parmeñ.& nihilominus prædicta facere adimplere teneatur.

Itẽ fornarij non poſſint,nec debeant recipere,nec petere ab aliqua perſona pro coctura panis frumenti,vel fabæ,vel miſturæ, vel cuiuſcunque conditionis,niſi ſold.vnum imperialium pro quolibet ſtario panis cocti, & ad rationem ſtarij.Saluo, q̃ D.poteſtas qui pro tempore fuerit, ſingulis tribus menſibus vna cum Antianis,ſeu præſidentibus communis, teneatur,& debeat determinare ſecundum tempora quæ occurrẽt,quid, & quã tum dicti fornarij recipere poſſint,& debeant pro coctura cuiuſlibet ſtarij panis,& illi determinationi ſtare teneantur,& debeant;nec poſſint vltra accipere,vel petere ab aliqua perſona,pęna,& banno ſold.xx. Parmen. pro quolibet,& qualibet vice.

De fornaſarijs,& quid ordinatum eſt ſuper ipſis.

POteſtas teneatur compellere ſacramento,per ſe,vel iudices ſuos,fornaſarios ciuitatis,& ẽpatus Parmæ,facere cuppos, tegulas, planellas,& lateres,ſeu quadrellos,ad modum, ſeu ad modulum nouum ferratum,qui modulus ſit,& eſſe debeat;videlicet,modulus de cuppis, lõgus ad minus onciarum nouem, cum dimidia, vel ab alio capite onciarũ trium,cum dimidia. Modulus de quadrellis,ſit ad minus longus onciarũ ſex,cum dimidia,& altus onciarum duarum,& largus onciarũ duarum, cum dimidia, modulus de planellis,ſit ad minus longus onciarũ ſex, cum dimidia,larg⁹ onciarũ tres,cum dimidia,& altus vna oncia; & ſi fornaſarij

non

non fecerint ipſos cuppos, quadrellos, & planellas ſecundum prędictum modulum, aut minores fecerint in aliquo, cõdemnetur in libr. x. Parmeñ. pro quolibet contrafaciente, & qualibet cocta, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni; & vlterius teneatur ad damnum, & intereſſe ementi, & teneatur habere, & tenere modulos prædictos dictę qualitatis, bullatos bullo communis, ſub pœna prædicta pro quolibet contrafacien. te, & qualibet vice; & poteſtas teneatur inquirere omnibus modis, qbus melius poterit inuenire veritatem. Saluo, quòd ſi quis haberet modulum maiorem, in nulla pœna incidat.

De aſeto a fornaſarijs non tenendo, nec habendo ſacramentum, nec prouiſionem inter ſe.

FOrnaſarij teneantur aliquod aſetum inter ſe non tenere, nec ſacramentum, nec prouiſionem facere; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno libr. xxv. Parmeñ.

Item teneantur omnes fornaſarij, vbicunq; habeant fornaces, in pœna ſold. centum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, facere bene coqui cuppos, quadrellos, & planellas, & calcinam; & facere extrahi ſuis expẽſis cuppos, quadrellos, & planellas, & adaquari, & calcinam, extrahere extra fornacem ſuis expenſis, ſub pœna libr. x. Parmeñ.

Qualiter fornaſarij debent habere cazias, ſiue cauagnas, & penſam pro calzina vendenda, & cuius ponderis debeat eſſe illa penſa, & de conditione calcinæ.

AD remouendum fraudes, quæ in menſurando calcinam fiebant, decætero omnes fornaſarij teneantur, & debeant habere ad fornaces eorum, & tenere duas cazias, ſiue cauagnas magnas ad vnã penſam de ferro, ſiue de lapide, iuſtam, quæ penſa ſit, & eſſe debeat ſex põderum, & dimidij, & ad dictas cazias, & cauagnas, & ad dictam penſam, ſiue ad dictum pondus, debeant ponderare, & dare calcinam emere volentibus quolibet tempore dicti fornaſarij, & ſinguli ſtantes cum eis; & non debeant eſſe in dicta calcina aliqui lapides, vel aliquid aliud ponderoſum alicuius conditionis, ſed ſit bona, netta, & benè cocta, & monda ipſa calcina; & prædicta facere teneantur, in pœna ſold. centum Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & etiam electores lapidum calcinæ, ad dictam pœnam teneantur, ſi lapides non benè cocti, vel aliquid ponderoſum in ipſa inuenirentur, vel aliud niſi calcina ſolum dictæ conditionis. Nihilomin' quilibet poſſit accuſare contrafacientem, & habeat medietatem banni, & credatur ſacramento accuſatoris.

De

De his quæ debet facere D. Poteſtas contra fornaſarios, & de ſecuritatibus per ipſos præſtandis.

POteſtas teneatur ſacramento præciſo facere attendere, & obſeruare omnes fornaſarios, omnia ſtatuta, & reformationes conſiliorum cõis, & populi Parmę, contra eos loquentia, & ab eis accipere bonã, & idoneam ſecuritatem de prædictis obſeruandis, & etiam de omnibus prædictis inquirere poſſit per denunciationem, & accuſationem; & ſi hoc non fecerit, perdat de ſuo ſalario libr. xxv. Parmeñ. & poteſtas teneatur cuilibet fornaſario, qui contrafecerit, auferre ſoldos centum Parmen. pro quolibet, & qualibet vice, vbi alia pœna maior non ſit limitata.

Per quantum non debet cauari a fornaſarijs iuxta ſtratas, & vias.

NVllus fornaſarius, ſeu qui exerceat artem prædictam, præſumat cauare, nec cauari facere penes aliquam ſtratam, & viam publicã per duas perticas rationatorias, pœna, & banno libr. x. Parmeñ. p quolibet, & qualibet vice, & ad refectionem ſtratæ, vel viæ quã ruperit.

De nuncijs communis dandis per officialem communis, volentibus emere cuppos, quadrellos, planellas, & calcinam.

QVicunq; voluerit emere cuppos, quadrellos, vel planellas, vel calcinam, poſſit emere a quocunq; fornaſario voluerit; & ſi fornaſarij recuſarent, vel recuſare vellent, ſeu ſibi vendere nollent, Poteſtas, & iudices ſui, & quilibet iuſdicens communis Parmæ, a quo poſtulabitur, teneatur dare cuilibet petenti nuncium communis, qui vadat ſecũ ad fornaces; & qui ex præcepto communis faciat ei dare cuppos, quadrellos, planellas, & calcinam, ad numerum, & menſuram legitimam, & iuſtam, contentam in ſtatuto, quam voluerit poſtulator, ſoluendo precium incontinenti, ei qui ſibi dabit rem emptam, nec poſſit dicere laborerium eſſe venditum, nec intelligatur venditum eſſe, donec reperiatur ad fornacem, nec donec venditor habuerit laborerium ad domum; & intelligatur emptor ille, qui voluerit facere laborerium, & non alius; & hoc capitulum habeat locum tàm in fornaſarijs ciuitatis, quàm epiſcopatus.

Qualiter, & quando, & vbi poteſtas debeat facere legi, & cridari ſtatuta loquentia de fornaſarijs.

POteſtas teneatur legi facere, & publicari in publica concione infra primum menſem ſui regiminis, omnia ſtatuta loquentia de fornaſarijs, & cridari facere publicè per ciuitatem, quod illa ſic debeãt obſeruari.

Quòd nullus præſumat pelles ſcorlare balneatas, ſeu chartas tendere in aliquibus vijs publicis penes puteos.

NVllus decætero audeat, vel præſumat in ſtrata aliqua publica ciuitatis Parmę, penes aliquem puteum per tres perticas, laborare, vel laborari facere de cartis, vel de pelizarijs in ſcorlando pelles balneatas, ſeu calcinatas, nec lanam tendere penes aliquem puteum per ſpatium dictarum perticarum, nec lætamen, fanghum, vel aliquod turpe, vel ceneracium, penes aliquem puteum tenere per duas perticas; & ſi aliquis contrafecerit, ſoluat pro banno pro quolibet, & qualibet vice ſold.xx.Parmeñ. liceat tamen lanarolis, pelizarijs, & cartarijs, pelles, & lanam lauari facere, & lauare in quocunq; canali ciuitatis Parmæ, hoc, nec alio ſtatuto in contrarium faciente, vel obſtante.

De feratoribus equorũ, & bobũ, & aliarũ beſtiarũ, & vbi ſtare poſſint, & non.

QVilibet ferrarius, vel ferator equorum, bobum, vel aliarum beſtiarum, poſſit exercere, & facere artem ſuam ſub porticu dom⁹ ſuæ; & non ſub porticu alicuius, cuius fuerit domus id faciat, nec ſuper cimiterio alicuius eccleſiæ, nec propè ipſa cimiteria per duas perticas; & propter turpia quæ faciunt, nullum lætamen, nec putredinem faciant, nec ponant in ipſis cimiterijs, nec propè ipſa cimiteria per duas perticas, nec propè aliquem puteum ciuitatis, & burgorum per ſex brachia, pœna, & banno ſold.xx.Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd nullus debeat tenere pelles, vel coria in ſtratis publicis, nec aliquod turpe, vel brutum.

ALiqua perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat, non audeat, vel præſumat ponere, vel tenere in ſtratis, ſeu vijs publicis ciuitatis Parmæ, aliq̃ pellẽ, ſeu pelles friſcas, vel aliquod cęnum friſcũ, ſeu brutum, & non confectum, ſeu aliquod aliud turpe, de, quo, vel de q̃bus procedat malus fętor, nec tenere aliquã tinelã, ſeu ſoleum in ſtratis prædictis, pro tenẽdo in ipſis pelles, vel coria, vel aliquam aquam marcidam, nec ipſam aquam marcidam portari in ſtratis prædictis de die; & hoc in pęna, & banno ſold.xx.Parmen. pro quolibet, & qualibet vice. Saluo, q̃ prædictæ poſſint fieri in glarea communis, & terraleis communis, & terraleis exiſtẽtib⁹ poſt domos burgi colonar⁹, & in alijs locis dictæ ciuitatis ĩhabitatis.

De equis mortuis, & beſtijs morboſis non excoriandis in ciuitate, vel propè.

NEmo audeat, vel præſumat excoriare aliquem equũ, vel equã, mortuum, vel mortuã, nec aliquã aliam beſtiã morboſam cuiuſcunq; cõditionis, nec proijcere, nec proijci facere aliquã beſtiã, nec aliquod

quod animal mortuũ, vel mortuã, excoriatũ, vel excoriatã in aliqua parte ciuitatis, vel burgor⁹; ſed in glarea fluminis Parmæ portentur, & ducantur longè a põtibus, portis, & muris ciuitatis per xx.perticas, nec penès domos alicuius religionis, nec penès domũ alicuius habitationis p centum pticas rationatorias, pęna, & banno ſold.centum Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatẽ banni, & credatur accuſatori cũ ſacramento; & quicunq; portauerit, ſiue portari fecerit extra ciuitatem Parmæ aliquam beſtiam cuiuſcunq; conditionis mortuam, vel viuam cauſa excoriãdi, poſſit eam extrahere de ciuitate Parmæ, burgis, & ſub burgis; & introducere in ciuitate coria ipſarum beſtiarum ſine ſolutione alicuius datij, vel gabellæ, ſoluendo pro introitu, & exitu; nec etiam debeat ſolui aliquod datium, vel gabella de aliquibus emptionibus beſtiarum aliquarum, quæ in poſterum mortuæ emerentur pro excoriando, ſeu cauſa excoriandi.

De pœna ſalaſantis aliquas beſtias, & ferantis equos, & proijcientis lapides, & tenentis aliquod ſechiarium ſuper cimiterijs eccleſiarum.

NVllus ferrarius qui ferat boues, vel equos, vel aliquas alias beſtias, poſſit ſtare penès cimiteria eccleſiarum per perticas duas, nec ſuper ipſis ſalaſſare, vel ſalaſſari facere aliquas beſtias, nec aliquod ſeclarium poſſit ſcolari, nec euacuari apud murum alicuius eccleſię per vnã perticam; & nemo audeat, vel præſumat proijcere lapides groſſos, nec quadrellos ſuper ipſis cimiterijs eccleſiarum, pœna, & banno ſold. centũ Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Quod leproſi de Sancto Lazaro non debeant ſtare, nec venire propè ciuitatem.

PEr Dños Poteſtatẽ, & Antianos, ſeu præſidentes negocijs cõis Parmæ, ſeu pro eor⁹ parte, rogentur bis in ſex menſibus D.Epus, & monachi S.Ioan. q̃ prohibeant cum effectu leproſos tam maſculos, q̃ fęminas de S.Lazaro venire aliquo tpe ĩ ciuitate Parmæ, vel burgis, ſeu ſub burgis dictæ ciuitatis; & ſi aliquis de dictis leproſis de S. Lazaro veniret in ciuitate, burgis, vel ſub burgis ciuſdẽ, elemoſinã quã ſingulis annis habere debent ipſi leproſi a cõi Parmæ, amplius habere non debeant ipſi leproſi, & ab ipſa elemoſina priuati eſſe intelligantur; & conſules vicinear⁹ Sãctorũ Egidij, & Bartholomei de ſtrata rupta, Michaelis de archu, & aliar⁹ vicinear⁹, & ſpeciales perſonæ dictæ ciuitatis teneantur, incontinenti facere denunciare D.poteſtati oẽs leproſos, quos ſciuerint, & viderint in ciuitate, burgis, vel ſub burgis; & teneatur poteſtas ſingulis ſex menſibus bis facere cridari publicè, & minutim per ciuitatem, burgis, & ſub burgis, q̃ oẽs conſules

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHZ

ſules vicineaꝝ, burgoꝝ, & ſub burgoꝝ, q̃ citò ſciuerint aliquem leproſum venire, eſſe, vel ſtare in ciuitate, burgis, vel ſub burgis, teneantur ipſos denũciare D. poteſtati, vel eius iudici maleficiorum, ſub pœna ſold. centum Parmen. & ſimiliter teneantur facere cridari, q̃ nullus audeat aliquem leproſum tenere, vel hoſpitari in domo ſua propria, vel conducta, ciuitatis, vel burgorum, aut ſub burgorum, ſub pœna libr. xxv. Parmeñ. pro quolibet contrafaciente.

De gaiuffis infirmis, infirmitate quæ dicitur S. Antonij expellendis.

POteſtas ciuitatis Parmæ teneatur expellere de ciuitate, burgis, & ſub burgis, omnes, & ſingulos qui paterentur infirmitatem, & malum quod dicitur B. Antonij, vel qui fingerent, vel dicerent ſe pati dictã infirmitatem, aut qui membra ſua, & marcida, & corroſa oſtenderent, & qui peterent elemoſinã ſub noĩe B. Antonij; & ad inueniendum tales perſonas teneatur poteſtas frequenter mittere de familia ſua ad eccleſias in ſe ſtiuitatibus principalibus, & quoſcunq; tales inuenirent, & viderẽt, teneãtur non ſolũ inde expellere, ſed etiam de burgis, & ſub burgis; & teneatur D. poteſtas ſingulis ſex menſibus bis facere cridari minutim per ciuitatẽ, burgos, vel ſub burgos, q̃ nullus audeat receptare, & hoſpitari tales perſonas, nec etiam aliquos gaiuffos, in pœna, & banno libr. xxv. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatẽ banni, & teneatur ſecretus ad ſuam voluntatem; & poteſtas teneatur gaiuffos inuentos ad denunciationem cuiuſlibet ponere ligatos ad cathenam, quæ eſt in platea communis, & ibi ſtet per totam diem, & poſt modum verberari faciat vſq; ad portam ciuitatis.

De pœna ducentis aquam in ſtratis, & vijs.

NVllus decætero audeat proijcere aquam de aliquo ſcolario ad aliquam ſtratam, vel viam publicam, vel locum per quem iter fiat, per hoſtia, nec feneſtras; & ſi contrafactum fuerit, ſoluat paterfamilias dictæ domus ſold. xx. Parmen. pro qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De turpitudinibus non portandis in palatio de arena, & de pœna contrafacientium.

NVllus audeat, vel præſumat portare, vel portari facere aliqua animalia mortua, nec lutum de androna, nec aliqua turpia, vel inepta in arena, ſeu in vijs per quas itur ad arenam; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno ſold. xx. Parmen. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Qua-

Qualiter puteus ſit concedendus vicinis, & quibus expenſis fieri debeat in ciuitate, & qualiter non ponatur lætamen apud ipſos, & qualiter furni, & putei ſint concedendi in vicinijs, & villis.

POteſtas teneatur, ſi vicini alicuius viciniæ qui puteum non habeãt, voluerint puteum facere, & habere, ſi fuerit requiſitus per maiorem partem vicinorum, vnum facere fieri ad expenſas eoꝝ, quib⁹ ſpectat vtilitas, & q̃ vbi dicitur vicinea, intelligatur de vna contrata, vel vicinia; & hoc habeat locum in villis, ſeu aliqua contrata villarum, & idem locũ habeat, & ſeruetur in furnis, & puteis villarum; & q̃ ſi ſit aliqua vicinia ciuitatis, in qua non ſit puteus, poteſtas teneatur ad petitionem cuiuſlibet de vicinia, compellere alios vicinos ipſius viciniæ, ad quorum vtilitatem ſpectabit puteus, ad ſoluendum de expenſis pro ipſo conſtruendo partem ſingulis contingentem; & nullus apud aliquem puteum ciuitatis, vel burgorum, ponat, vel teneat aliquod lætamen, nec putredinem, nec aliquod corium per brachia ſex, in pœna, & banno ſold. xx. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & ad reaptationem toltæ puteorum exiſtentium in ſtratis, illi vicini teneantur, qui vadunt, vel mittunt ad hauriendum aquam de ipſis puteis, & non alij.

De ſeclarijs, qui vadunt in vijs publicis remouendis, niſi fuerint murati.

POteſtas faciat, & teneatur facere auferri ſeclaria, quæ cadunt in vijs, & locis, vnde homines publicè vadunt, niſi fuerint clauſa de muro vſq; ad terram, & vſq; ad canaletum, per quod ſcolatur ipſum ſeclarium; & ad hoc etiam quilibet poſſit compelli, ad poſtulationem cuiuſlibet perſonæ, & cuiuſlibet officialis communis, quolibet tempore, non obſtantibus aliquibus ferijs; & hoc facere fieri teneatur D. poteſtas infra menſem, poſtquam fuerit requiſitus, ſub pœna librar. xxv. Parmen. de ſuo ſalario, & condemnare non auferentes in termino præcepti in libris tribus Parmen.

Qualiter nullum ſcolatorium, columbarium, ſeu foramen, ſit ad aliquam andronam, vel dugariam, tenentem caput ad aliquam viam publicam.

IN nulla dugaria, vel androna ciuitatis Parmæ, quæ tenet caput ad aliquam viam, ſit, ſeu eſſe debeat aliquod columbariũ, ſoratoriũ, ſeu foramen, p quod putredo aliqua, vel pluuiana, de ipſis dugarijs, vel andronis tempore aliquo poſſit venire, ſeu decurrere in dictam viam; nec per dictam viam, neq; canaletum, ſeu lectum eſſe, per quod ire, vel decurrere

possit ipsa putredo, aqua, seu pluuiana, nisi per dictam viam publicam vadat canale aquæ currentis, habens pechas; & in eo casu a muro ipsius dugariæ vsq; ad ipsum tale canale, debeat esse sic copertum foramen, & canaletum, seu lectum, quòd nullo modo putredo, seu illud quod de dugaria decurret, a foramine muri vsq; ad dictum canale possit apparere; & teneãtur vicini cohærentes dictis dugarijs, habentes facere ad vias, dicta foramina, soratoria, seu columbaria non habere; & si haberent, vel habuissent, non obstante aliquo transcursu temporis, ipsas claudere, & facere claudi de muro, & clausas sic tenere decætero eorum expensis Et potestas, & eius collateralis ad stratas deputatus, ipsas sic claudi, & clausas teneri, infra mẽsem decætero ad petitionem cuiuslibet, & etiam suo officio, facere teneatur, sub pœna ipsi potestati librarum quinquaginta Parmen. de suo salario collaterali librar. quinquaginta Parmen. & ad illud eos compellat tempore feriato, & non feriato, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij; & liceat inferioribus sic sẽ parare super suo, q̃ nihil de superioribus veniat super illo talis inferioris; & hoc capitulum sit præcisum.

Quòd Potestas teneatur facere claudi andronas, & qualiter duci possint ad canalia.

POtestas teneatur facere claudi de muro omnes andronas ciuitatis Parmæ, quæ tenent caput ad aliquam viam, vsq; ad trabes domorũ; & idem obseruetur in illis andronis, quæ possunt discurrere ad flumen Parmæ; & si aliqua androna possit duci ad aliquod canale grãde, coperta, & coperto ductu ducatur, & qui contrafecerit in aliquo prędictorũ post terminum sibi assignatum per collateralem D. potestatis Parmæ, condemnetur in centum sold. Parmen. & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, & teneatur secretus, & nihilominus contrafaciens ad obseruationem præsentis statuti protinus compellatur.

Qualiter nemo proijciat spazaturam domorum, neq; aquam in andronis, & de pœna contrafacientium.

NVllus proijciat spazaturam domorum in andronis, seu cloachis, in quibus habet aliquem participẽ, seu quæ esset inter se, & vicinũ suum, ad pœnam, & bannũ sold. xx. Parmen pro quolibet, & qualibet vice; & nullus etiam proijciat, vel proijci faciat in ipsas andronas, si decursum non habeat talis androna, aquam, cum talis aqua sic proiecta, postquam non habet decursum, transeat muros domorum, ad pœnam, & bannum libr. decem Parmen. pro quolibẽt, & qualibet vice; & nulli liceat habere seclarium portantem aquam, vel mittentem in ipsas andronas, eadem pœna, & quodlibet caput familiæ teneatur pro omnibus, & singulis, qui in prędictas andronas proijecerit aquam, vel spazaturam, terraciũ vel

vel lapides; & prædictis omnibus, & singulis credatur sacramento cuiuslibet conquęrentis; & nihilominus qui commisserit in prædictis, vel aliquo prædictorum, teneatur facere eam andronam purgari suis expensis.

Qualiter, & quo tempore, andronæ debeant, & possint purgari, & de purgatura exportanda.

OMnes habẽtes andronas, seu cloachas cões, ad petitionẽ cuiuslibet participis volẽtis, teneant, & cõpellãtur eas purgare, & exportare brutũ infra tertiã diẽ, ex quo purgata fuerit androna, & oẽs, & singulæ andronæ ciuitatis Parmæ, q̃ teneant caput ad stratas, seu vias, quæ purgant, & canalia labentia per ciuitatẽ Parmæ, decætero possint, & debeant tantũ de nocte post tertiã custodiã, vsq; ad campanã diei apertè teneri, & duci, & purgari; & possint canalia quæ tenent caput ad ipsas andronas, & aqua ipsorum canalium in eis duci, & mitti, & si contrafactum fuerit, contrafacientes puniantur in soldis centum Parmẽ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

Qualiter priuata, seu necessaria existentia in vijs publicis debeant destrui, & vbi hoc non possit fieri, & quomodo, & qualiter debent claudi.

SI quis habuerit aliquod necessarium, seu priuatum super vijs, & stratis publicis, seu in domo, vel in muro domus suæ, vel iuxta murũ suũ, ita q̃ appareat, vel videatur destructa publicè, & personis, vel vicinis stantibus in domibus suis, & sub porticubus suis, vel in curijs, aut hortis suis, teneantur ipsum destruere, & auferre penitus desuper stratis, & vijs; & illa quæ sunt in muris, vel iuxta muros vt dictum est, ita aptare de muro, & coprire, & claudere de muro vsq; ad tectum, & vsq; ad terram, q̃ nõ possint videri a stantibus, nec transeuntibus; & teneatur potestas facere auferri priuata omnia, quæ decurrunt ad ipsas vias, & de ipsis vijs, & locis, vnde homines vadunt publicè, nisi fuerint clausa de muro a terra vsq; ad tectũ; & nullus deinceps possit, vel debeat facere, vel fieri facere aliquod necessarium modo aliquo, in aliqua, vel super aliqua via, vel in facie hostij, aut fenestræ alicuius, nisi sit clausum modo prædicto; & qui cõtrafecerit, soluat pro banno libr. x. Parmen. & nihilominus dictum opus destruatur, & accipiatur de dicto loco in quo factum esset.

De pœna scolantis sæpum in vicinis, & facientis falsum sæpum, & panes de sæpo.

NEmo debeat facere sępũ, nec coq̃re sępũ, nec facere panes de sæpo, nec de rasa, nec de grassa, nec de pegula i aliqua parte ciuitatis Parmę, vel burgoꝝ, vbi habitẽt, vel morent dicti vicini, nec ꝓpè ipsos

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

vicinos per xxv. perticas rationatorias, pœna, & bãno ſold. centũ Parmen. pro quolibet, & qualibet vice, ſaluo quam de nocte; & ſi quis falſum fecerit, & non purũ, teneatur poteſtas ſibi auferre libr. x. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare contrafacientes, & habeat medietatem banni.

De budellarijs, & alijs facientibus turpitudines in aliqua parte.

ALiquis budellarius, nec aliquis alius præſumat decætero aliquod laborerium facere de budellis; nec aliquam turpitudinem facere in aliqua parte ciuitatis, vel burgorum intus a foueis, nec ꝑpè portas per quinq; pertichas, nec extra ciuitatem, vel burgos apud aliquam domum religionis, nec apud aliquod hæremitorium per quinquaginta perticas, pęna, & banno ſold. centum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De pœna ponentis linum, vel caneuam in foueis ciuitatis.

NEmo debeat ponere ad macerandũ linum, vel caneuam in aliqua fouea ciuitatis, nec in aliquibus canalibus ad ciuitatẽ veniẽtibus, nec in aliquibus canalibus, vel fontibus, quorum aqua homines vtuntur ad bibendum, vel comedendum, nec aliquod turpe in eis facere, pœna, & banno ſold. xx. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice.

De guarangnis non tenendis intus murum ciuitatis.

CVm turpe, & inhoneſtum ſit, & videatur, guarangnos eſſe, & ſtare in ciuitate pro equabus coperiẽdis, nulli liceat tenere, vel teneri facere aliquem guarangnum ad coperiendum equas intus a muris ciuitatis, pęna, & banno ſold. xxxx. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Quòd quicunq; poſuerit lætamen in vijs, & ſtratis publicis, illud faciat exportari.

QValiter qui poſuerit, vel poni fecerit lætamen, ruſchum, vel calcinacium, vel aliquod vituperium, vel fanghum colligi fecerit in aliqua ſtrata, vel via publica ciuitatis, vel burgorum, vel in glarea communis, vel propè burgos ciuitatis, teneatur illud facere exportari, vel purgari ad terminum ſibi ſtatuendum per D. poteſtatem, ſeu eius officiales, ſub pœna ſold. x. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice. Et nemo audeat, vel præſumat proijcere aliquod ruſchum, vel ceneracium, vel lætamen, vel calcinacium, vel terraciũ, vel aliquod brutũ, vel ſpazaturã de domibus, vel aliquod impedimẽtum in cimiterijs, vel propè cimiteria eccleſiarum per tres perticas, vel in canalibus cõis, ſub pœna prædicta ſold. x. Parmeñ.

Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni; & nihilominus facientes talia turpia, exportare cogantur de locis prohibitis.

Quòd publicæ meretrices non præſumant ire per ciuitatem extra confines plateæ.

NVlla publica meretrix cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat ſtare, vel ire per ciuitatem Parmæ vltra confines plateę; niſi quando recedet de ciuitate prædicta, vel intraret dictam ciuitatem, quo tempore teneatur habere bulletã officialis, qui deputatus fuerit ſuper bulletis; & quælibet meretrix, quæ publicè inuenta fuerit contra facere prædictis, poſſit impunè derobari de omnibus drappis ſuis, quæ habuerit in dorſo per quamcunq; perſonam; & drappi efficiantur cuiuſlibet eas deprædantis, & poſſint offendi, & percuti ſine ſanguine. Et poteſtas teneatur mittere vnum ex militibus ſuis per ciuitatem, ſaltim bis in hebdomada, ad inquirendum, expellendum, & robari faciendum meretrices prędictas, & ſi domino poteſtati videbitur, eas poſſit facere verberari; & ꝙ D. poteſtas, vel eius iudex maleficiorum ad requiſitionem duorũ, vel plurium vicinorum viciniæ cuiuſlibet, & quorumlibet aliorum bonorum ciuium, teneatur quaſlibet meretrices publicè ſtantes in aliquibus vicinijs ſuis, infamatas quòd ſint meretrices publicè, & caxalenghæ, & malæ famæ, & opinionis, expellere de ipſis vicinijs, ſub pœna librarum centum de ſuo ſalario; & quòd dictæ meretrices non poſſint ire per ciuitatem extra muros plateæ, niſi cum vno mantello pignolati albi in dorſo, longo vſq; ad corrigiam, & non vltra, pœna, & banno librarum decem Parmen. pro qualibet, & qualibet vice, qua reperta fuerit, & denunciata fuiſſet per vnum bonum virum, cuius ſacramento ſtetur; & ſi reperta fuerit aliqua meretrix extra confines plateæ in aliqua eccleſia, vbi ſint aliæ dominę, cõdemnetur in libris decem Parmeñ. & prædicta teneatur facere dominus poteſtas, vel eius iudex maleficiorum ad requiſitionem cuiuſlibet denunciantis, pœna, & banno librarum quinquaginta Parmeñ. de quibus poſſit ſyndicari.

Quò Poteſtas teneatur ſacramento præciſo facere remondari canalia currentia per ciuitatem.

POteſtas teneatur ſacramento præciſo facere remondari canalia currentia per ciuitatem, & burgos, ſaltim ſemel in anno de menſe Aprilis, ſeu Auguſti, & non de alijs menſibus, & remondaturam facere exportari extra ciuitatem, omnibus perſonis debentibus remondare; incipiendo facere remondari dicta canalia a partibus inferioribus verſus ſuperiores, vſq; ad foueas communis.

Quòd

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

Quòd nullus teneat aliquod ædificium ſuper aliquo canali in ciuitate.

POteſtas teneatur compellere quamlibet perſonam de ciuitate, quæ habet aliquod ędificium ſuper aliquo canali ciuitatis, & burgorum, diſgomberare ædificium, quod fuerit ſuper canalibus, ita quod canalia poſſint diſgomberari, quotiens fuerit opus.

De vijs, & ſtratis circandis per officialem D. Poteſtatis.

POteſtas teneatur præcisè ſingulis menſibus mittere vnum ex militibus ſuis per ciuitatem, & burgos, ſemel ad minus per quamlibet portã ciuitatis, & facere auferri, & exportari omnia fangha, lætamina, & impedimenta quælibet, & alias turpitudines, illis perſõnis quæ habuerint, vel poſuerint prædicta. Quæ autem dicta ſunt de fanghis, habeant locum tempore æſtiuo ſemel in anno.

De drapperijs, & ſartoribus, & qualiter non debent inter ſe ipſos ſocietatem habere.

NVllus drapperius ciuitatis Parmæ debeat dare, nec permittere aliquod ſeruicium alicui ſartori, pro faciendo ſibi vendere drappos ſuos; & quilibet Sartor, & Cimator ſimiliter teneantur non petere, nec accipere aliquod ſeruicium, vel precium ab alio drapperio, per ſe, vel alium, vt faciant, q̃ ipſe drapperius vendat drappum ſuum; & teneantur drapperij, & ſartores non habere ſocietatem in ſimul aliquo modo, pęna, & banno libr. decem Parmen. in ſingulis caſibus prędictis; & dominus poteſtas teneatur in primo menſe ſui regiminis facere comparere coram ſe, vel eius vicario omnes drapperios, & ſartores, & iurare hoc capitulum obſeruare.

Qualiter panni cuiuſcunq; conditionis ſint, & pignolati debeant menſurari.

PAnni cuiuſcunq; conditionis ſint, & pignolati, & omnia alia, quæ ad paſſum menſurantur, decætero deſtendantur ſuper aſſide, ſeu ſuper diſcho, ſeu ſuper terra, quando menſurari debent per medium; & nullo modo menſurentur, vendantur, & emantur, nec teneantur, in pęna ſold. xx. Parmen. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice; & q̃libet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni; & omnes menſũræ cuiuſcunque conditionis ſint, cum quibus menſuratur aliquod genus rerum, & bonorum in Parmeſana, ſint, & eſſe debeant ad menſuram Parmeñ. ſub pęna ſold. xx. Parmen. & hoc capitulum debeat facere obſeruari D. poteſtas, ſub pœna libr. xxv. Parmeñ.

Quòd

Quòd drapperij non poſſint vendere vnum pannum pro alio, nec etiam pignolatos.

NVllus drapperius vendens drappos, vel pignolatos, debeat vẽdere pannũ vnius maneriei, pro panno alterius maneriei, ſeu pãnum, vel pignolatos factos in vna ciuitate, tanq̃ factos in alia ciuitate, vel loco, pœna, & banno ſold. v. Parmen. pro quolibet brachio.

Quòd grondæ domorum drapperiorum debeant ceſſare ad inuicem per vnum brachium, & dimidium, & quòd eis non liceat habere ſtoria lumen impedientia.

GRondæ oĩum domoꝝ in quibus ſunt, ſeu erunt ſtationes drapperioꝝ, debeãt ceſſare ad inuicẽ per vnũ brachium, & dimidium ad minus; & nulli drapperio liceat habere, vel tenere pannos, nec aſſides, nec tabulas, nec ſtoria, appenſos, vel appenſã ad ipſãs grondas, nec ſubtus ipſas grondas, nec aliud aliquod impedimentum prohibens deſtẽdere hoſtia ſtationis, pœna, & banno libr. trium Parmen. pro qualibet vice; & D. poteſtas teneatur hoc capitulum facere obſeruari.

Quantum grondæ domorum ceſſare debent ad inuicem.

OMnes grondæ domoꝝ, quæ ſunt, & decætero erunt ſuper ſtratis, & vijs publicis, vel vicinalibus, ceſſent ad inuicem per vnum brachium, & dimidiũ; & nemo poſſit habere ſupra ſtratas, & vias publicas, vel ẽt vicinales ſuam grondam tam longam, q̃ non diſtet a medietate ipſius ſtratæ, vel viæ, per ſpacium vnius brachij, & dimidij; & quicquid vltra extenditur ammouere, & tollere compellatur, ad petitionem cuiuſlibet tàm vicini, quàm extranei, etiam ſine libello, vel ſcriptura; non obſtante aliquo temporis tranſcurſu, infra quindecim dies, ex quo ſibi fuerit denunciatum, q̃ ſi non fecerint, condemnentur in lib. x. Parmen. & nihilominus mouere, & tollere compellatur.

Quòd nemo poſſit habere, tenere, nec emere pannos in ſublis, nec in rotellis.

NVlla perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat; vndecũq; ſit, audeat, vel præſumat decætero habere, vel tenere in domibus, vel ſtationibus ſuis, vbi vendunt pannos ad retaleum, nec in mercatis ciuitatis, vel epiſcopatus Parmæ, nec alibi in aliqua parte ciuitatis, vel burgorũ, nec in glarea cõis, vel alibi in ciuitate, vel epatu Parmæ, aliquẽ pannum bixetũ, vel agnellinũ, nec aliquẽ aliũ pannũ de lana alicuius maneriei, poſt quã fuerit expletũ, pligatũ in rotello, nec in ſublo ita q̃ quilibet volẽs emere de ipſis, poſſit ipſos pannos videre in oĩbus partibus; & hoc quia illi panni ita tirant ad ſublũ, qñ pligantur in rotellis, q̃ ipſis diſpigatis petiæ remanent

nent breuiores, q̃ esse debeant per plura brachia; & si quis contrafecerit, soluat pro banno soldos centum Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

De modo passi, cum quo debet emi, vel vendi in iurisdictione cõis Parmæ.

POtestas teneatur sacramento præciso conseruare magnitudinẽ passi, cum quo mensurantur drappi, panni, & aliæ res, quod passum est de ferro, bullatũ in capite cuiuscunq; partis, cui tamen dari debeat fides super legalitate passoꝝ, & nõ alijs passis; & quicunq; vendiderit cum passo breuiori, vel emerit cum passo longiori, condemnet̃ pro qualibet vice in sold. centũ Parmen. si passus fuerit ipsius ementis, vel vendentis; si verò passus fuerit alterius, seu ipsi ementi, vel vendenti accomodatus; tunc ille solus teneatur ad dictã pẽnã, cuius fuerit passus suprascriptus, vel q̃ eum accomodauerit; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni. Prædictus verò passus factus ad modum passi noui, semper debeat stare ferratus, & bullatus, & teneri vbi, & sicut videbitur potestati; & ponatur in tali loco, q̃ possit inde haberi copia, & esse testimoniũ, quotiens, & quando fuerit aliqua quæstio, vel dubietas orietur, & ad ipsum passum funes, & alię res, quæ mensurant̃ ad brachiũ, mensurent̃; & quicunq; deputabit̃ ad bullandũ passus, non possit accipere pro bollatura alicuius passi vltra vnum imperiale; & quicunq; mensurabit aliquid emendo, vel vendendo in aliqua parte ciuitatis, vel burgorum; vel in glarea cõis, vel alibi in episcoparu Parmæ ad aliquem passum non bullatum; etiam si fuerit iustum, soluat pro banno pro qualibet vice sold. x. Parmeñ.

Quantum liceat mercatoribus, & alijs tenere dischos, & banchas extra domos, & stationes eorum.

AD tollendum omnem contentionem, & materiam, per quãtum homines, & mercatores possint banchas, & dischos ante domos, & stationes eorum tenere per ciuitatem, & burgos; statutum est, q̃ mercatores, & alij exercentes artes suas, liceat, & sine pœna possint habere, & tenere banchas apodiatas muris veteribus domorum suarum, seu stationum, latas per vnum brachium, & dimidium; nec vlterius grauẽtur, nec grauari possint per potestates, vel aliquos alios officiales communis, & populi Parmæ, præsentes, & futuros; dummodò non excedant latitudinem prædictam. Saluis semper, & in sua firmitate manentibus alijs modis statutis, & reformationibus factis contra singulos habẽtes, & tenentes aliqua impedimenta, seu aliqua impedientia in vijs, & stratis, & etiam in suis, compræhensis in vijs, & stratis factis vltra, vel aliter quam statuta cõmunis, & populi Parmę contineant; ita etiam q̃ per hoc non intelligatur, q̃ licitũ sit aliquibus aliquos dischos tenere, seu apodientia aliqua habere in

in vijs, & stratis, seu aliquod imbrigamentum; nisi bãcas muris apodiatas, vt dictum est, vel dischum super muris, vel ante hostium apodiatum tenẽdum; ita q̃ non extendatur extra murum, nisi apodiatum vt supra; & qui contrafecerit soluat pro banno sold. xx. Parmeñ.

Qualiter liceat lanarolis habere claudendas super terraleis, & in glarea sechare lanam sine aliquo datio.

LIcitum sit omnibus lanarolis, & quibuslibet exercentibus artem lanæ, vti terraleis communis Parmæ, & glarea dictæ ciuitatis pro tenẽdo ibi lanam ad secandum ad eorum liberam voluntatem; & etiam possit habere, & tenere claudendas in glarea communis, absq; eo quòd in aliquo dictorum casuum soluant aliquid communi Parmæ, seu causam ab eo habenti, occasione solis dictorum terralei, & glareæ.

De pœna tollentium aliquid de ædificijs communis, & sedibus communis.

POtestas teneatur facere cridari omni mense, q̃ nemo debeat tollere aliquid de ædificijs portarum ciuitatis, vel betreschis, vel corretorijs ciuitatis, vel burgorum, vel assides, nec tassellos de parietibus, nec de muris ciuitatis, nec assidibus communis; & potestas teneatur inquirere, & procedere contra damnificatores, & eos punire modo infrascripto, credẽdo sacramento cuiuslibet boni viri, contra quemlibet qui damnũ dederit in prędictis; primo pro quolibet tassello, asside, vel planella, quem, vel quã abstulerit, & pro quolibet quadrello, sold. xx. Parmeñ. & pro qualibet vice, & ad emendationem cuiuslibet rei ammissæ, seu ablatæ, vel destructæ; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni; & quilibet qui non poterit soluere bannum, & emendationem prædictorum, verberetur per ciuitatem.

De pœna accipientis de terra terraliorum ciuitatis.

NEmo audeat, vel p̃sumat accipere de terra terraliorꝫ ciuitatis, in pęna, & banno sold. xx. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet possit accusare, & habeat medietatẽ bãni. Et nemo cuiuscunq; cõditionis, & gradus existat, nõ audeat, nec p̃sumat laborare, nec laborari facere terralios cõis Parmę, nec in eis facere, vel fieri facere aliquos hortos, nec aliqua alia laboreria, intra, nec extra muros ciuitatis Parmæ, in pœna, & sub pęna sold. xx. imper. pro singula pertica applicanda cõi Parmę.

Qualiter, & quomodo prohibitum est currere equos per ciuitatem.

AD vtilitatem hominum ciuitatis, tam puerorum paruorꝫ, quàm aliorum, nullus scutifer, vel ragacius alicuius ciuis, vel forensis, audeat, vel præsumat currere aliquem equum per ciuitatẽ, vel burgos,

HAYKOBA РЕПОЗИТОРИЙ
Документ ИМЕЕТ ЭЛЕКТРОННУЮ КОПИЮ

gos, ſub pœna, & banno ſold. centum Parmen. quam pœnam ſi ſoluere nõ poterit, ponatur ad cathenam communis in platea, & per ciuitatem debeat verberari.

De pœna ſedentis ſuper plauſtro eundo per ciuitatem.

QVilibet qui ducet boues per ciuitatem, nõ aſcendat in plauſtrum, nec ſedeat ſuper eo, in pœna ſold. xx. Parmeñ. pro quolibet contra faciente, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De longitudine lignorum.

LIgna fogharum debeant eſſe brachia v. & ſogha compræhendens dicta ligna decem brachia cum dimidia. Ligna paſſorum debent eſſe brachiorum duorum, cum dimidio, & ipſi paſſi lignorum debent eſſe alti brachia quattuor, & latitudinis brachiorum trium.

De pœna ducentis plauſtrum in die ſabbati, & in aliquibus alijs diebus ſuper pontem lapidum.

NEmo in die ſabbati, nec aliqua alia die, audeat, vel præſumat ducere plauſtrum aliquod ſuper ponte lapidum, in pœna ſold. x. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

De pœna ſtellantium ligna ſuper ponte lapidum.

SVper ponte lapidum non ſtellentur ligna, & non ponantur, nec ſtét banchæ extra muros domorum, nec aliquid quod impediat iter cunctis euntibus, & tranſeuntibus inde; & aſſides tàm de banchis, quàm de hoſtijs extra muros prædictos exiſtentes, reſighentur, & nullo modo teneantur; & aqua, nec aliqua turpia nullatenus proijciantur in ipſo ponte; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno xx. ſold. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & poteſtas teneatur inquirere de prædictis, & faciat obſeruari dictum capitulum præcisè; & de prædictis impedimentis tollendis teneatur infra xv. dies, poſtquam ſibi fuerit denunciatum; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De pœna impoſita tenentibus ſarmentas ſuper porticubus ſuis.

POteſtas teneatur non permittere aliquem tenere in porticubꝰ ſuis, qui ſint ſuper ſtratis ciuitatis, & burgorum, ſeu ſuper remis ipſorum porticuum, vnde homines vadunt cum faſellis, & igne, nec palleã, nec fęnum, nec ſarmentas, nec ſcorcias, nec pallos, nec perticas; & qui contrafecerit, ſoluat ſold. xx. Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare; & idé obſeruetur in impedientibus vias publicas, ſiue fuerint fornarij, ſiue non.

De

De pœna ferrariorum facientium ſignum alterius ſuper cultellis.

NVllus qui ſit in arte ferrariorũ, qui faciat cultellos, nec aliquis alius homo, præſumat, nec debeat facere ſuper cultellis ſignũ aliquod alicuius ferrarij ciuitatis Parmæ, niſi ſuum; & ſi quis cõtrafecerit, ſoluat pro banno ſold. centum Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & teneat ſecretus.

De pœna portantis, ſeu portari facientis in ciuitate, vel epiſcopatu Parmæ aliquos cultellos a pane, ſignatos ſigno alicuius magiſtri ciuitatis Parmæ, & factos extra ciuitatem Parmæ.

ALiquis cuiuſcunq; conditionis ſit, & vndecunq; ſit, non audeat, nec præſumat portare, nec portari facere, nec vendere, nec vendi facere in ciuitate, vel epiſcopatu Parmæ, publicè, vel priuatè, per ſe, vel alium, aliquos cultellos a pane, factos extra ciuitatem, vel diſtrictũ Parmæ, ſignatos ſigno alicuius magiſtri, ſeu ferrarij ciuitatis Parmæ; & ſi quis contrafecerit, puniatur quilibet pro qualibet vice libr. x. Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & teneat ſecretus.

De ſecuritatibus præſtandis per Tuſcanos mutuatores ad pignus, hosbergarios, ſpadarios, reuenditores, & alios forenſes, exercentes artes in ciuitate Parmæ, antequam ipſas exerceant; & de rebus ſuper quibus Tuſcani mutuare non poſſint, & de licentia vendendi pignora.

QVilibet Tuſcanus, vel alius mutuator ad pignus, hosbergarius, ſartor, reuenditor, & quilibet alius, tàm ciuis, quàm forenſis, ſiue maſculus, ſiue fœmina fuerit, ſtantes, & habitantes in ciuitate Parmæ, vel epiſcopatu cauſa faciendi, vel exercendi per ſe miſterium, ſiue artem, non ſinantur, nec permittantur, nec poſſint dictum miſteriũ exercere, ſiue artem; niſi prius bonos, & idoneos fideiuſſores præſtiterit, de non moleſtando, nec damnificando aliquem ciuem, nec diſtrictuale Parmæ, & de reſtituẽdo omne id, & totum, quod reperiatur ab aliquo habuiſſe, & q̃ de iure reſtituere teneretur, coram vicario D. poteſtatis; & poteſtas teneatur hoc facere fieri ad requiſitionem cuiuſlibet poſtulantis; & teneatur quilibet Tuſcanus, & alius mutuator ad pignus, tàm ciuis, quàm forenſis, non mutuare ſuper bombice in caneleto, vel filato, vel lana filata, labo rata, vel non laborata; aut ſuper aliqua petia, vel cauecio panni de lana nõ dum completa, vel completo; aut ſuper aliqua roba, ſeu veſte non complet a, in pœna, & bãno libr. trium Parmen. & vlterius reſtituendi oĩa pignora prædi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

prædictarum conditionum, ſuper quibus mutuaſſent, liberè, & abſq; ſolutione alicuius pecuniæ; & de hoc D. poteſtas teneatur facere fieri proclamationem, ſub pœna poteſtati libr. x. Parmen.

Item quòd nullus Tuſcanus, ſeu mutuator, tam ciuis, quàm forenſis, ad pignus, poſſit, vel ſibi liceat, cum licentia, vel ſine licentia alicuius officialis, vendere, vel alienare aliquod pignus ante tranſcurſum vnius anni; nec poſſit obtinere talem licentiam vendendi pignora, niſi prius principaliter citatis, & perſonaliter, vel ad domum, illis quorum pignora vẽdere voluerint, ſi reperiri poterunt, & fuerit dimiſſa eis ad domos eorum cædula inſcriptis, continente formam præcepti, & ammonitionis, dum domum habuerint propriam, vel conductam in ciuitate Parmæ, vel ad ſcalas vtriuſq; palatij, & ſub palatio publicè, palam, & alta voce tribus vicibus; & ſi quis contrafecerit, teneatur reſtituere pignus, vel eius æſtimationem, abſq; ſolutione ſortis, vel vſurarum, vel aliqua earum, ei qui ſibi dederit pignus; & credatur ſacramento eius qui dederit pignus, de æſtimatione pignorum prius venditorum, vel alienatorum; & poteſtas primo méſe ſui regiminis, hoc faciat publicè cridari per ciuitatem; & hoc ad euitandum multa furta, quæ fiunt; & ſi aliqui mutuauerint, illud reſtituere teneantur cuilibet, qui dicere voluerit eſſe ſuum dictum bombicem, lanam, vel veſtem eſſe ſuam, ſine aliqua reſtitutione precij.

Quòd Poteſtas omni hebdomada mittat collaterales ſuos ad ſtationes campſorum, & mutuatorum ad pignus, ad auferendum eis denarios tonſos, vel falſos.

VT diſpendijs, & damnis, quæ generaliter omnibus hominibus, & ſpecialiter mercatoribus, & popularibus accidunt in ciuitate, & epiſcopatu Parmæ ex tonſura monetæ, & denariorum falſorum currentium, & qui expendi conſueuerunt in ipſa ciuitate, de opportunis remedijs occurrat. Statutum, & ordinatum eſt, q; poteſtas ciuitatis Parmę teneatur ſaltim ſemel in qualibet hebdomada cuiuſlibet menſis, mittere officiales, ſeu collaterales ſuos ſingulariter ad ſtationes cãpſorum, ſeu mutuantium ſuper pignus ciuitatis Parmæ; & in ipſis ſtationibus, & tabulis, in capſis, ſachis, ſcrineis exiſtentibus in dictis ſtationibus, tentẽt, & videãt, ſi in eis, & in aliquo eorum ſunt aliqui denarij tonſi, vel falſi; & ipſos denarios quos ſic tonſos, aut falſos inuenerint, accipiant dicti officiales, ſeu collaterales incontinenti, & præſentent dicto D. poteſtati, quos denarios ipſe D. poteſtas teneatur, & debeat incontinenti, mota omni exceptione, & defenſione cuiuſcunq; comburi facere in platea dictæ ciuitatis publicè, quatæcunq; fuerint, & ſint quantitates; & ipſos campſores, ſeu mutuatores punire, & condemnare in tanta quantitate, quanta fuerit quantitas denariorum inuentorum tonſorum, vel falſorum in dictis ſtationibus, capſis, ſcrineis,

neis, vel ſachis incontinenti, repertis ipſis denarijs ſic tõſis, vel falſis; & hoc teneatur ſeruare præcisè dictus poteſtas, in pœna, & ſub pęna lib. quinquaginta Parmen. de ſuo ſalario, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, reformationibus, ſeu prouiſionibus dictæ ciuitatis, factis, & fiendis in contrariũ, facientibus ad prædicta, vel aliquod prædictorum.

De inquirendis fraudibus ſpeciariorum, ſeu apothecariorum.

AD obuiandum fraudibus, & doloſis machinationibus ſpeciarior̃, & apothecarior̃, ſeu lardarolor̃ ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ. Statutum, & ordinatum eſt, q; ſingulis annis in feſto S. Hilarij, ſeu infra eius octauã, D. poteſtas Parmæ, vel eius vicarius teneatur, & debeat compellere vniuerſitatem artis apothecariorum, ad eligendum in eorum conſilio duos bonos viros bonæ conditionis, & famæ de dicta vniuerſitate, in Antianis dictæ artis; & poſtea ipſis ſic electis deferre ſacramẽtum, & facere p̃ceptũ pęnale ad arbitriũ ſuũ, q; ſingulis menſibus vadant ad inquirendum ad ſtationes ipſor̃ apothecarior̃ defraudantium ipſam artem, & tenentium in eorum apothecis res non bonas, & tenentium ſtaderias, & penſas non iuſtas, & committentiũ quo quomodo fraudem in dicta arte; & poſſint ipſi Antiani ſemel, & plures ire ad inquirendum per ſtationes vt ſupra dictum eſt; & teneãtur omnes apothecarij aperire eorum ſtationes, capſas, ſcrineos, fondegos, & loca ad oẽm voluntatem dictor̃ Antianor̃, & ipſis facere liberam inquirendi facultatem, & circandi de prædictis, ſub pœna libr. x. Parmen. applicañ. communi Parmę cuilibet apothecario, qui non permiſerint ſe circari; & teneat̃ quilibet apothecarius ſic inſtruere eiꝰ factores, familiares, & filios traffigantes in ſui ſtatione, q; permittant ipſos Antianos inquirere, videre, & circare vt prædictum eſt; & quilibet apothecarius teneatur pro prohibitione factoris, familiaris, vel filij ad pęnam prę dictam, & credatur per curiam dicti D. poteſtatis ſacramento dictor̃ Antianor̃ pro plena probatione, & ad puniendum, & cõdemnandum reperitos indebitè facientes, & prohibẽtes circari eorum ſtationes, & plus, inſpecta qualitate, & circonſtantijs delicti ſm̃ declarationem, & taxationẽ ipſorum Antianor̃; & q; pœnæ, & condẽnationes infringendæ alicui apothecario ex inuentionibus dictor̃ Antianor̃, debeant applicari dicto cõi Parmæ pro medietate, & pro alia medietate collegio dictę vniuerſitatis. Et vt p̃dicta ad effectũ melius perducãtur, quia optat præmia quiſq; labor, q; D. poteſtas Parmæ teneat̃ cõpellere ipſam vniuerſitatẽ ad taxandũ ſalarium dictis Antianis dictæ artis, tpe dictæ electionis pro toto anno, & cõſequenter ſolui facere dictũ ſalariũ, q; non excedat vltra florenos duos ꝓ quolibet Antiano in anno; & q; ipſi Antiani habeant poteſtatẽ condemnãdi, ac cõdẽnare teneant̃, & debeant ipſos apothecarios delinquentes, ſeu in quor̃ ſtationib⁹ fuerit cõmiſſum, vel repertũ aliq̃d delictũ i amiſſione rei falſifi-

catæ, vel non bonæ, & vlterius in medietate p̃cij, ſeu valoris eius, q̃ valeret ipſa res, ſi bona foret, & nó falſificata; & q̃ pęnę infringendæ alicui apothecario ex inuentionibus ipſor̃ Antianor̃, p̃ medietate debeãt applicari vt ſupra, & p̃ alia medietate dictæ vniuerſitati, & in totũ exigi p̃ D. poteſtatẽ Parmæ, eiuſq; officiales, & q̃ ſufficiat ſine condẽnatione fiẽda p̃ ipſos Antianos, q̃ dicãt ipſi Antiani Cõdẽnam talẽ, qa malè verſatus eſt in arte ſua p̃dicta, adiecta cauſa criminis, quã exprimere totaliter teneant; & teneant Antiani p̃dicti in fine ſui officij p̃ tres dies ante, notificare D. poteſtati, vel eius vicario de electione Antianor̃ dictæ artis fiẽda p̃ anno ſecuturo, ſub pœna libr. x. Parmen. pro quolibet applicanda cõi Parmæ; & facta ipſa denunciatione D. poteſtati, vel eius vicario, ille cui facta fuerit, cadat in pœna libr. quinquaginta Parmeñ. ſi prædicta non fecerit obſeruari.

Quòd aliquis merzadrus, burgatus, vel pegolotus, qui non ſit incola, & habitator ciuitatis, vel diſtrictus Parmæ, non poſſit vendere in ciuitate Parmæ, nec eius epiſcopatu, ſeu diſtrictu aliquas merces, vel mercimonia.

PRo bono, vel euidenti vtilitate ciuitatis, epiſcopatus, & diſtrict⁹ Parmæ; & ad obuiãdum fraudibus, quæ committuntur per pegolotos, & burlatos, & alios forenſes, portantes, & vendentes per ep̃atum, & territorium Parmæ, & ét in ipſa ciuitate Parmæ, merces, mercimonia, ſpeciarias, drapos, & res falſificatas, & falſificatos, & non idoneas, nec bonas, nec idonea, nec bona. Statutum, & ordinatum eſt, q̃ aliquis pegolotus, ſeu merzadrus, vel burlatus, forenſis, qui non ſit incola, & habitator ciuitatis Parmæ, ſeu eius diſtrictus, & qui continuam reſidentiã non faciat in ipſa ciuitate, vel diſtrictu Parmæ, & approbatus per vniuerſitatem artis merzadriæ, vel ſpeciariæ ciuitatis Parmæ, & non ſuppoſitus iuriſdictioni D. poteſtatis Parmæ, & communis, audeat, nec præſumat conducere, vehere, vel portare, ſeu conduci, vehi, vel portari facere in ciuitate Parmæ, ſeu eius diſtrictu, territorio, vel epiſcopatu, nec per ipſum territorum, ep̃atum, ſeu diſtrictum Parmæ, aliquas merces, mercimonia, ſeu merzadriam, nec ſpeciariam, nec aliquas res ſpectantes ad artem merzadriæ, & ſpeciariæ, cauſa ipſas merces, mercimonia, merzadriam, & res vẽdere ad minutum in ipſa ciuitate, epiſcopatu, territorio, vel diſtrictu Parmę, nec ipſas merces, mercimonia, merzadriam, ſpeciariam, & res vendere, nec vẽdi facere per ipſam ciuitatem, nec per eius epiſcopatum, territorium, vel diſtrictum, ſub pęna ammiſſionis ipſarum mercium, mercimoniorum, ſpeciarię, & rerum; & vlterius de libr. xxv. Parmeñ. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, applicandis pro parte dimidia communi Parmę, & pro alia dimidia accuſatori; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & condemnationis.

De

De conuiuijs.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ cũ in conuiuijs quæ haberi occurrunt in ciuitate Parmæ, ſumptuoſæ expenſæ multifariè fiant; nulla perſona cuiuſcunq; conditionis habitans in ciuitate Parmæ, burgis, & ſub burgis eiuſdem, exceptis nobilibus militia decoratis, exercitio armorum tantum, vel habentibus caſtra, qui omnes in libero arbitrio conſiſtãt, audeat, vel præſumat aliquo modo, cauſa, vel ingenio, directè, vel indirectè in aliquibus conuiuijs nuptiarum, quæ faciat in dicta ciuitate Parmæ, burgis, & ſub burgis eiuſdem, in eorum domibus proprijs, vel cõductis, nec alibi, habere, tenere, vel recipere in ipſis conuiuijs cauſa prandendi, vel cænãdi perſonas aliquas diſcumbentes, quæ non ſint de eorum comitiua, quæ excedant numerum perſonarum viginti, in quo quidem numero non cõprehendantur ſeruitores, & domicelli ipſorum conuiuiarum, & nuptiarum; qui ſint, & eſſe poſſint ad numerum octo tantum, & non vltra; & qui ad ipſa conuiuia nuptiarum haberi, teneri, & receptari liberè vſq; ad dictum numerum tantum poſſint, & valeãt, ſub pœna florenorum v. auri cuilibet contrafacienti, pro quolibet diſcumbente, & quolibet ſeruitore, vel domicello, qui ſic aderit vltra, quàm ſuperius declaratum eſt.

Item q̃ non poſſit in ipſis nuptiarum conuiuijs dari, vel dari facere aliquibus perſonis epulas, vltra trifarias; videlicet, carnes qualeſcunq;, & quocunq; modo cunq; placuerit in leſſo, ſuper vno inciſorio pro vno epulo; ſimiliter carnes quotcunq;, & qualeſcunq; placuerit in roſtis, ſuper vno inciſorio, pro alio epulo; & ferculum vnum in paraſide, ſeu ſcutella, aut talierio, pro tertio epulo; & qui contrafecerit, puniatur in florenis xx. auri applicandis communi pro quolibet epulo, quod dabit, vel dari fecerit vltra tertiũ epulum; & hoc non computatis frugibus, nec confecto; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Item q̃ in alijs conuiuijs præterquàm ad nuptias, nullus audeat, vel præſumat dare, vel dari facere vt ſupra epulas vltra biffarias; videlicet, carnes qualeſcunq;, & quotcunq; fuerint in leſſo, aut in roſto pro vno epulo, ſic autem, q̃ intercedente leſſo, roſtum ceſſet, & ferculum vnum in talierio, vel paraſide pro ſecundo epulo, & non vltra; & hoc in pœna, & ſub pœna floren. x. auri pro quolibet, & qualibet vice, cuius pœnæ medietas pueniat in commune Parmæ, & alia medietas in accuſatorem, in quantum accuſator interueniat, & quilibet poſſit accuſare; & in quantum accuſator non interueniat, tota dicta pœna applicetur communi; & præſens ſtatutum ſit præciſum, & debeat obſeruari, non obſtante aliqua conſuetudine, vel indeſuetudine; & poteſtas teneatur prouidere, q̃ obſeruetur, vel obſeruari faciat, ſub pœna ducatorum xxv. auri applicandorum communi Parmę.

De exequijs.

ITem cũ ciues Parmæ expẽſa vna graui,& illicita, & immenſa grauent, aliqui debito,aliqui voluntariè,aliqui pudore, & metu,ne infamiã aut ritiæ incurrãt circa exequias defunctorũ,vt plurimũ accidit. Statutum, & ordinatũ eſt,q; nulla pſona cuiuſcunq; cõditionis exiſtat, amodo in antea audeat,vel pſumat in ipſa ciuitate Parmæ,directè,vel indirectè, aliquo modo,via,vel ingenio,ꝓ exequijs funerũ taliũ defunctorũ habere,tenere, operari,dari,vel portari facere per vias,nec ad eccleſias aliquas vltra doperios,ſiue torcios quattuor ceræ,qui non ſint,nec eſſe poſſint maiores ponderis,q̃ lib.iij.onciarũ xij.ꝓ qualibet libra,ꝓ quolibet doperio, ſeu torcio. Et q; dictis exequijs funerũ dictorũ defunctorũ intereſſe facere,vel patientiã ĩtereſſendi pſtare,pſbyteros,& clericos,niſi pſbyteris, & clericis quattuor eccleſiarũ tm; videlicet,illis qui ad p̃dicta inuitabunt cũ cruce cuiuſlibet ipſarũ eccleſiarũ,& nõ vltra;intelligẽdo,q; fratres, & religioſi,ſiue cuiuſuis alterius regulę pauptatis ciuitatis Parmæ,noĩe,& vice vnius eccleſię obtineãtur;& q; pſbyteris,& clericis qui interfuerint exequijs funerũ p̃dictorũ, dari,vel pſtari nõ debeãt,aut poſſint,niſi candelæ duæ ceræ ad plus,quæ ſint valoris imperial.duorũ ꝓ qualibet candela,& ꝓ quolibet pſbytero, & quolibet exequio,in & ſub pœna floren.x.auri contrafacientibus,pro quolibet doperio,& qualibet cruce,qui ad prædicta dari,teneri,haberi, vel portari, aut operari repertus fuerit vt ſupra,& floreni vnius auri pro qualibet cãdela ceræ data,vel conceſſa vt ſupra,applicanda cõi Parmæ pro medietate, & pro alia medietate accuſatori;& quilibet poſſit accuſare,& habere debeat medietatem banni dictæ condẽnationis, ad cuius pœnę ſolutionem teneant̃ hęredes,& bona taliũ defunctorũ; & teneat̃ dictus accuſator ſecretus,exceptis nobilibus militię decoratis vt ſupra,vel habentibus caſtra.

Et pro ſigno cuiuſlibet defuncti habendo,& pulſando cãpanã,non poſſit alia cãpana pulſari,q̃ cãpana vicinię,in qua talis eſt defunctus,& cãpana loci,in quo talis defunctus ſepeliri cõtingerit,ſub pęna floren.x.auri ꝓ qualibet vice,qua alia cãpana pulſari cõtingerit dicta occaſione,p̃nominatis vt ſupra ſemp exceptis;& q; non poſſint veſtiri de pãno, ſeu drappo bruneę,nec alio panno,ſiue drappo occaſione meſtitię dictorũ defunctorum, præterq̃ vxores taliũ defunctorũ,ſub pęna p̃dicta, applicanda vt ſupra pro qualibet perſona,exceptis ſupraſcriptis vt ſupra prænominatis, ſuperĩ in alijs capitulis ſemp exceptis; & ẽt ſaluis alijs ordinibus compręhenſis in ſtatutis communis Parmę.Poſſint etiam inueſtiri, & incapari veſtibus lugubribus ad funera,liberi,fratres, & nepotes ex fratribus defuncti.

Itẽ quia inoleuit certa cõſuetudo,q; hęredes defuncti ſolẽt mittere certã quantitatẽ panis ad domos affiniũ, & amicorũ ante ſeptimũ fiendum ꝓ defuncto.Statutũ,& ordinatũ eſt,q; illa conſuetudo aboleatur, & penitus deleatur,

deleatur,ſtatuentes,q; hæredes defuncti teneãtur, & debeant illã quantitatẽ panis,quæ vulgo appellatur la caritã, quam conſtituerint diſpẽſare pro anima defuncti in remiſſione peccatorũ ſuorũ, diſtribuere ad hoſtium defuncti inter pauperes Chriſti; & ẽt mittere ad monaſteria mendicantium in ciuitate Parmæ. Poſſint ẽt hæredes doctoris,& aliarum perſonarũ priuilegiatarũ,pro ipſis doctoribus,& alijs perſonis priuilegiatis defunctis pulſari facere quaſlibet campanas,& non alij,ſub pœna de qua in ſtatuto. Et teneatur poteſtas prouidere vt ſupra, & publicari facere ipſa ſtatuta ſingulis annis in principio cuiuſlibet anni;& poſſit contra inobedientes,& inobſeruantes ſupraſcripta ſtatuta procedere ex officio vt ſupra. Item ſtatutum, & ordinatum eſt, q; dicti hæredes defuncti non poſſint retinere in die ſeptimi vltra duodecim viros,& duodecim mulieres in prandio,ſub pœna florenorum decem pro quolibet,& qualibet vice vt ſupra.

De oblatione Miſſarum nouarum.

ITem quia in celebratione miſſarum nouarum,quæ deinceps celebrari occurrent per aliquos nouos ſacerdotes in ciuitate Parmæ, & creatione,& conſtitutione aliarũ monialium, vel ſororũ, aut Abbatiſſæ fiunt maiores expenſæ,inutiles multæ,& magnæ,adeò q; ſæpè,aut ſępius,aliqui aut affinitate,aut amicitia,aut vicinantia requiſiti intereſſe debere, illis celebrationibus intercedunt,quæ quidem expenſæ ad exceſſiuã ſummã aſcẽdũt,in damnũ ciuiũ p̃dictorũ.Statutũ,& ordinatũ eſt, q; amodo in antea, nulla perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat;audeat,vel præſumat aliquibus oblationibus,quæ fieri occurrent in celebrationibus aliquarũ miſſarũ, vel ſororũ,vel Abbatiſſæ,dare,vel offerre cerã laboratã,vel non laboratam in maiori quantitate,q̃ vnciarũ ſex pro quolibet,& qualibet perſona; nec in ipſa cera laborata,vel non laborata,ponere pro oblatione ipſa,denarios alicuius maneriei,ſeu in aliqua quantitate,in pœna, & ſub pęna florenorũ quinq; auri pro quolibet,& qualibet vice, forma præſentis capituli non ſeruata,cuius pœnæ medietas perueniat in cõe Parmæ, & alia medietas in accuſatorem, & quilibet poſſit accuſare. Saluo q; hoc locum non habeat in patribus,matribus,fratribus, ſororibus talium ſacerdotum, vel monialium,aut Abbatiſſæ,nouarũ,cui patres,matres,fratres,vel ſorores poſſint portare,& offerre vſq; ad quantitatem libr.trium ceræ pro quolibet,& nõ vltra,ſub pœna prædicta. Et vlterius,q; nullus poſſit in ipſis oblationibus miſſarum nouarum,& conſtitutionibus velatinarum,& creationibus monialium,offerre ſuper altare tantum in pecunia, vel aliter rem quæ ſit maioris valoris ſold.duorum imperialium,ſub pœna prædicta.

Item ſtatutum,& ordinatum eſt,quod nõ poſſit,nec debeat dictus poteſtas,nec aliquis alius eius officialis dare,nec concedere licentiam aliquibus perſonis exercendi ea,quæ ſuperius in præcedentibus capitulis ſunt

ordinata, ſuper conuiuijs, exequijs, & oblationibus, ſub pœna libr. trecentum Parmen. applicanda communi Parmæ, pro qualibet vice cuiuſlibet contrafacientis, & de quibus poſſit, & debeat ſyndicari; & quòd prędictus D. poteſtas ſub pœna prædicta teneatur, & debeat mittere ad quodlibet cõuiuium nuptiarũ, & ad quaſlibet exequias, & ad quaſlibet oblationes col. lateralem ſuum, ad videndum ſi fiet contra ſtatuta prædicta, & per quos. Qui collateralis teneatur, & debeat omnes quos reperierit committere prædicta, in ſcriptis reducere, & portare ipſi D. poteſtati, ſub pęna lib. quinquaginta Parmeñ. pro qualibet vice; & D. poteſtas teneatur, & debeat quoſcunq; repertos committere contra formam ſtatutorum prædictorũ, & ordinamentorum, ſecundum formam ipſorum ſtatutorum cõdemnare; & poteſtas ciuitatis Parmæ teneatur, & debeat in principio ſui regiminis facere publicari ſtatuta de conuiuijs, & exequijs, nuptijs, & oblationibus miſſarum, & monialium per ciuitatem Parmæ minutim, ſub pœna libr. centum Parmeñ. de quibus poſſit ſyndicari.

De correrijs.

ITem cum in ciuitate Parmæ ſit certus correriorum numerus deputatus ad ſeruitia dicti communis, & in ipſo numero aliqui ſint forenſes nihil poſſidentes, aliqui etiam terrigenæ nihil poſſidentes, aliqui etiam infamati, & perſonæ non bonæ vitæ, aliqui etiam perſonæ vagabundæ, ex quorum officio, & ſeruitio perſonæ multæ, & multæ, ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ maximam læſionem, & damnum patiuntur, & paſſi ſunt, maximè vt accidit, quòd pignora quæ ad eorum manus perueniunt, dilapidentur, & conſumentur, per modum, q̃ ab eorum manibus euelli non poſſunt; & etiam quia extorſiones maximas faciunt, in eorum ſolutione ſolutiones indebitas requirendo. Statutum eſt, q̃ præſidentes negocijs communis poſſint, & valeant caſſare, & reuocare a dicto correriæ officio illos, qui ſibi videbuntur contemnere, & q̃ de ipſor̃ caſſatione, & reuocatione fiat publica proclamatio, vt omnibus patefiat; & vlterius q̃ amodo inantea ad officium correriæ nullus admittatur, nec recipiatur, niſi fuerit, & ſit approbatus, & laudatus per ſupraſcriptos prędidentes negocijs communis Parmæ; & ſi aliter electi fuerint, aut dictum officium correriæ exercerent, non ſeruata dicta ſolemnitate, incidant ipſi tales correrij in pœna libr. x. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, applicanda communi Parmæ; & nihilominus a dicto correriæ officio caſſentur.

Ordo ſuper retaleatoribus, & reuendentibus pannos forenſis lanæ.

ITem vt ciuitas Parmæ bonificetur, & vt damna, & intratę ciuitatis eiuſdẽ incrementum ſuſcipiant, ex affluentia mercantiarũ in ipſa ciuitate, maxime circa artem lanę. Statutum eſt, q̃ nullus cuiuſcunq; cõditionis exiſtat,

exiſtat, audeat, vel p̃ſumat in ciuitate, vel eꝑatu Parmæ, retaliare, ſeu ad retaliũ vendere, donare, cõcedere, mutare, baratare, vel cãbiare, aut quouis modo, cauſa, caſu, vel ingenio alienare pãnos aliquos forenſes, laboratos, vel nõ laboratos, de lana alterius maneriei, qui ſit maioris valoris ſold. xx. imper. pro quolibet brachio, in pœna, & ſub pęna perdendi dictos pãnos, & vltra ſold. v. imperial. pro quolibet brachio, applicanda pro duabus partibus communi Parmæ, & pro alia tertia parte inuentori, ſeu accuſatori; & quilibet poſſit accuſare, & habere debeat partem pœnæ ſuperius limitatæ, & pro ſingulo menſe debeant fieri publicè proclamationes de prædictis, ad hoc vt ad notitiam quorumcunq; forenſium valeant peruenire.

Qualiter vendentes ad minutum debeant habere omnes penſas bullatas.

OMnes vendẽtes ad penſam ad minutũ, debeant bullari facere per officialem ad hoc deputatum pro cõi, infra menſem Ianuarij quãlibet penſam, qua vti debebũt in vendendo, & ponderando, ita q̃ habeat libr. xij. vncias, & mediã libram, vncias, & mediam vnciam, quartos, tramas, & alias penſas, & ab inde infra, de broncio, vel lapide, dummodò bullatæ ſint bullo communis; & ſi quis alterius maneriei penſas habuerit, vel tenuerit, præſumat̃ per fraudem tenere eas; & ſoluat quilibet contrafaciens, pro banno pro qualibet vice ſold x. Parmen. etiam ſi penſæ fuerint iuſtæ; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & poteſtas teneatur facere circari per vnum ex militib⁹, vel collateralibus ſuis bis omni anno, omnes marchos, libras, onzias, ſtaderias, penſas, & balantias, & ſciatur ſi iuſtæ ſint; & ſi aliquis reperietur non habere iuſtas penſas, cõdemnetur in ſold. x. Parmen. pro qualibet penſa, & plus, & minus. Et quia per vſum, & tactum dicta pondera ſæpè diminuuntur, q̃ dicti vendentes teneantur facere reduci ipſa pondera ad iuſtitiam; & poſſint cum additione ferri, auricalchi, ſtagni, plumbi, vel rami ipſa põdera facere adæquari, per modum, q̃ non poſſint remoueri ipſæ additiones per ipſos ſpeciarios, vel alios. Et ſi reperiantur eſſe iuſta, ſeu aliter iuſtificata, nõ poſſint puniri, nec condemnari, dum tamen ſint bullatæ bullo communis. Et ſi quis fraudauerit aliquem in ponderando, vel in dando minorem penſam, quàm debuerit, condemnetur pro quolibet, & qualibet vice in ſold. xx. Parmeñ. ſaluis alijs pœnis per præſentia ſtatuta limitatis.

Quòd quilibet poſſit vendere cum ſtaderia, vel balantia; dum tamen ſint bullata ſtaderia, balantia, & pondera bullo communis.

QVilibet poſſit vendere ad pondus ſtaderiæ paruæ, etiam ſine cazia, & ad cazias, vel ad balantias, in ciuitate, vel burgis; dum tamẽ ſint iuſtæ; & ſi aliquis vendiderit cum ſtaderia, vel balantia iniuſta,

iniuſta, ammittat ſtaderiã, & balantiam, & rem ſuam, quam ponderabit ad eam; & nullus non poſſit, nec debeat penſare ad aliquam ſtaderiam, niſi ad ſtaderiam bullatam bullo communis, & ſi quis contrafecerit, perdat id totum quod penſatur, & menſuratur, & ſoluat ſoldos decem Parmen. pro qualibet vice. Et quòd becharij eligant, & apponant vnum bonum, & fidelem virum, qui ſtet continuè de menſibus Decembris, & Ianuarij, ad ponderandum mezenas porcorum, qui venduntur in becharijs ciuitatis Parmæ in groſſum; & emptores talium mezenarum, poſſint eas facere ponderari vbicunq; , & a quocunq; voluerint; & ſi inuenerint dictas mezenas malè fuiſſe ponderatas, tunc ponderator dictarum mezenarum debeat, & teneatur reddere, & reſtituere emptori, ſeu emptoribus dictarum mezenarum, totum illud in quo repertus fuerit minus legitimè ponderatum, in duplum; & vltra hoc condemnetur ipſe ponderans per dictum poteſtatem Parmæ, pro qualibet mezena minus legitimè ponderata, in ſoldis centum Parmenſium quorum medietas ſit emptoris, & alia medietas ſit communis Parmæ; & teneantur ipſi becharij facere coæquari, & bullari ipſas ſingulis annis de menſe Nouembris, in principio dicti menſis; & quicunq; ponderabit rem aliquam ad penſam non bullatam vendendo, ſoluat pro banno pro quolibet, & qualibet vice ſold. xx. Parmeñ.

Quòd liceat cuilibet habere ſtarium proprium, cum quo poſsit emere, vel vendere.

LIcitum ſit cuilibet perſonæ ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ, habere ſtarium proprium legitimum, & bullatum, & cum ipſo emere, & vendere poſſint; & ſingulis licitum ſit hoc facere, nihil ſoluendo pro datio, non obſtante aliquo cridamento, q̃ volentes vendere cũ ſtario proprio, faciant illud ſcribi; ita q̃ quilibet poſſit quolibet tempore, non faciendo ſe ſcribi, ad ſtarium ſuum legitimum, & bullatum vendere, & emere; & licitum ſit cuilibet, ſine datio ſoluendo, rem ſuam vendere; & idem locum habeat de mina, quartario, & quartarola.

De menſura, & ordine menſurandi blada omnia in quibuſcunq; menſuris ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ.

STatutum, & ordinatum eſt, quòd fiant, & fieri debeant ſtariæ, & aliæ menſuræ, quibus menſurantur blada cuiuſcunq; generis ſint, tantæ amplitudinis, & capacitatis, quòd in eis cadat omnis quantitas bladi menſurati, quæ cadebat in ſtario, & alia menſura bladi, ſquaſſando ipſam menſuram bladi prout in ſtatuto antiquo continebatur; & impleta illa menſura bladi vt ſupra, poſtmodum radatur cum canella, ſine aliqua

aliqua ſquaſſatione illius menſuræ; & hoc ſeruetur in omnibus bladis cuiuſcunq; conditionis exiſtant, & in quibuſlibet menſuris bladorum.

Qualiter nullus exeat de mercatis ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ, pro eundo obuiam perſonis ducentibus mercimonia ad vendendum pro ipſis emendis.

NEmo audeat exire de mercatis ciuitatis, & epiſcopatus Parmę, pro eundo obuiam perſonis ducentibus mercimonia, & victualia ad vendendum, pro eis emendis, vt mercimonia, & victualia vberiꝰ, & melius veniant ad mercata; & hoc locum non habeat in frugibus, nec in herbis, & qui contrafecerit, ſoluat pro banno ſold. centum Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & amittat rem emptam.

De reuendentibus blauam.

NEmo conſuetus eſſe reuenditor, vel reuenditrix blauæ, præſumat emere blauam in platea communis, pœna, & banno libr. viginti quinq, Parmen. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice. Item nemo reuenditor blauæ, nec alia quæuis perſona audeat, vel præſumat emere blauam exiſtentem ſuper plauſtris oneratis blado, venientibus ad ciuitatem Parmæ, donec exonerata fuerint in platea, ſub pœna prædicta libr. xxv. Parmeñ. hoc intellecto, q̃ reuenditores emere nõ poſſint blauam in platea communis, ſub pœna prædicta; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De blado non extrahendo extra epiſcopatum Parmæ ſine licentia.

STatutum, & ordinatum eſt, quòd nemo ciuis, aut contadinus ciuitatis Parmæ, aut forenſis, ſeu alterius cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat extrahere extra epiſcopatum Parmæ aliquam quãtitatem alicuius bladi, cuiuſuis generis ſit, ſine licentia preſidentium negocijs communis Parmæ, ſub pœna perdendi tale bladum; & vlterius ſub pęna libr. duarum Parmeñ. pro quolibet ſtario bladi, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & credatur accuſatori cum eius ſacramento; vſq; ad quantitatem ſtariorum quattuor, & ab inde infra; & credatur accuſatori cum vno teſte fidedigno, & de ſtarijs decem bladi, & ab inde infra; ſed ab inde ſupra credatur accuſatori cum duobus teſtibus fidedignis.

De

De pœna reuendentis fruges, euntis ad emendum fruges ad aliquod hoſpitium, & de pœna hoſpitis permittentis dictas fruges in domo ſua emere.

NVllus trecolus, vel trecola, ſeu reuenditor, vel reuenditrix frugũ, audeat, nec præſumat ire ad emendum fruges ad hoſpitium alicuius in ciuitate, vel burgis; & nullus albergator patiatur, q̃ aliquis prædictę conditionis fruges in hoſpitio vendat, vel emãt, in pœna ſold. xx. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; tam contra emptorem, quàm venditorem; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. Et quòd nullus emens, vel vendens fruges, caſtaneas, ſeu nuces, aut glandes, teneatur, & debeat menſurare ipſas fruges, caſtaneas, nuces, & glandes ad ſtarium culmum, & cum ſtario ita alto, & iuſto, ſicut eſt illud, cum quo venditur bladum in plateis, & non cum ſtario baſſo, & largo, ſub pœna ſold. triginta Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Qualiter reuenditores, & reuenditrices frugum, non poſſint emere caſtaneas, vuas, & ficus recentes, & de pœna contrafacientium.

REuenditores, & reuenditrices frugum, ſeu trecoli, vel trecolæ non poſſint, ſeu debeant per ſe, vel per aliam perſonam in platea communis, vel alibi in ciuitate Parmę emere, vel emi facere caſtaneas, vuas, vel ficus, vel aliquod genus frugum, & hoc ante nonas, & qui contra fecerit, ſoluat pro banno pro quolibet, & qualibet vice libr. tres Parmeñ. & & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & credatur ſacramento ipſius, & ſacramentum ſit plena probatio; & inſuper qui contrafecerit, amittat caſtaneas, vuas, & ficus; & licitum ſit cuilibet impunè eis auferre prædicta, & poteſtas teneatur hoc capitulum obſeruare, & obſeruari facere.

Contra pullarolos, & de pœna impoſita euntibus obuiam ducentibus res venales ad ciuitatem Parmæ.

NVllus pullarolus maſculus, vel fœmina, nec reuenditor, ſeu reuenditrix, in pœna libr. trium Parmen. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vicæ, præſumat ire, vel mittere aliqua die ſabbati, vſq; ad veſperas, & alijs diebus vſq; ad nonas, obuiam venientibus ad ciuitatẽ cum pullis venalibus, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatẽ banni; & ſimiliter nemo prædictæ conditionis, cuiuſcunq; conditionis fuerit, præſumat ire obuiam venientibus ad ciuitatem cum pullis, ouis, ficub⁹, & alia re venali, aliquo tempore, per ſe, vel alium; nec aliquis prædictæ conditionis aliquid emat, vel acquirat modo aliquo dicta die ſabbati ante veſperas, & alijs diebus ante nonas, in pœna, & banno ſoldorum viginti Parmeñ. & perdendi res emptas, & quilibet poſſit auferre impunè, & habeat medietatem banni; & credatur ſacramento accuſatoris ſi fuerit bona perſona. Et nemo reuenditor maſculus, vel fœmina, præſumat emere in aliqua die veneris, nec in aliqua die ſabbati vſq; ad veſperas, & in alijs diebus vſq; ad nonas, cæpes, porros, fruges, nec herbas, nec piſces in ciuitate, in pœna libr. trium Parmeñ. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, & perdendi res quas ement. Et inſuper nullus reuenditor maſculus, vel fœmina præſumat dictis diebus niſi vſq; ad veſperas, & vſq; ad nonas vt ſupra dictum eſt, in ciuitate Parmæ ſub pœna prædicta emere ſaluaticinas alicuius conditionis; & quilibet poſſit accuſare, & credatur ſacramento eius ſi fuerit bona perſona. Et quòd nullus reuenditor, fructarolus, pularolus, vel aliquis famulus eorum maſculus, vel fœmina, audeat, vel præſumat vendere, vel alienare etiam de conſenſu ementis, aliquod par pernicorum nouellorum vltra ſoldos tres imperialium, pro pari, par perdicum aliarum vltra ſoldos quattuor imperialium, pro pari, par faſanorũ vltra ſoldos ſeptem imperialium, pro pari, par turdorum vltra quinq; imperiales, par ſtradelarum a zeneure vltra denarios nouem; & libram capriolorum, vel aprorum in groſſo, vel minutim, vltra denarios quattuor imperialiũ; & lepores vltra ſoldos tres imperialium, ſub pœna ſoldorum decem Parmen. pro quolibet, & qualibet vice, & vlterius amiſſionis rei, vel eius æſtimationis.

Ordo contra capientes columbos, & pipionos.

STatutum, & ordinatum eſt, quòd in ciuitate Parmæ non ſit aliqua perſona ciuſuis ſtatus, gradus, præeminentiæ, vel conditionis exiſtat, quæ audeat, vel præſumat capere columbos, & pipionos domeſticos ad retia duarum alarum, ſiue ad aliqua retia, laqueos, vel ingenia aliqua fraudulenta, baliſtros, arcus, vel toretulas quouis modo, ſub pœna librarũ decem Parmenſium pro quolibet columbo, aut pipione, & qualibet vice ſoluendarum, infra decem dies a die condemnationis fiendę proximè ſub ſequentes; & quilibet poſſit accuſare contrafacientem, & credatur ſacramento ſuo ſi habuerit columbariam, & ſi non habuerit columbariam, credatur eius ſacramento cum vno teſte fidedigno, vel cum ſacramento teſtium ſi fuerit publica vox, & fama contra accuſatorem, q̃ ſolitus ſit capere columbos, aut pipionos; & habeat accuſator tertiam partem pecunię prædictæ, alia tertia pars perueniat in commune Parmæ; & alia tertia pars perueniat in illum, cui damnum fuerit illatum.

Item quòd reus teneatur reſtituere damnum dictorum columborum paſſo

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

passo damnum iuxta eius sacramentum, & per hoc possit realiter, & personaliter conueniri; dum tamen damnum non excedat sold. xx. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice.

De capris non tenendis in plano Parmesanæ, nisi foret in casu necessitatis.

NVllus debeat tenere capram, seu capras in plano Parmesanæ; nisi foret in casu necessitatis pro aliquo puero nutriendo, pro quo possit vna capra teneri; & qui contrafecerit, soluat pro banno sold. x. Parmen. pro qualibet vice, & qualibet capra, & quilibet possit accusare; & non possit procedi vigore præsentis statuti, nisi per accusam, vel inuentionem occultam officialis.

Liber quartus Statutorum Magnificæ Communitatis Parmæ explicit.

LIBER QVINTVS STATVTORVM MAGNIFICAE COMMVNITATIS PARMAE INCIPIT.

De officio Superstantis, seu Massaroli laboreriorum communis Parmæ.

SVperstans, seu Massarolus communis Parmæ non possit aliquid expendere, nec aliquod laborerium facere fieri expensis communis, nec vasa, nec vtēsilia in hospitio D. potestatis emere; & generaliter non possit aliquid expendere in aliquo laborerio communis, nisi prius prouisum, & ordinatum fuerit per Antianos communis.

Item teneatur dictus Superstans, seu Massarolus reddere rationem de hauere communis, quod ad ipsum perueniat, quotienscunq; requisit⁹ fuerit per dictos Antianos dicti communis.

De pontibus fiendis expensis communis, qui sunt super quattuor stratis magistris, & de glarea communis non deturpanda.

POntes qui sunt, & esse debent in quattuor stratis magistris super canalibus decurrētibus per ipsas stratas, a capite plateæ vsq; ad portas ciuitatis, & burgorum, fieri, reaptari, & manuteneri debeant expēsis communis Parmæ, quæ quattuor stratæ magistræ sunt hæc, videlicet, Strata a platea communis vsq; ad portam S. Michaelis de archu. Item strata a dicta platea vsq; ad portam S. Crucis. Item strata recta a dicta platea vsq; ad castrum Portæ nouæ. Item strata a dicta platea vsq; ad portam Bononiæ, eundo per stratam de becharijs, & de S. Paulo, ac per burgum assidū; & ab inde infra vsq; ad dictam portam. Item pons existens super canali vocato, fouea, iuxta, & propè ecclesiam S. Barnabæ in strata publica. Item pons existens extra, & propè portam nouam, iuxta domum datiariorum super canali communis, similiter fiant, & reaptentur, & manuteneantur expensis dicti communis. Insuper nullus audeat aliquid ruschi, fœni, vel alterius turpitudinis deferre, per sē, vel alium in glarea magna cōmunis Parmæ, pœna, & banno sold. x. imperialium pro quolibet, & qualibet vice, & retroportationis portatorum.

Qua-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

Qualiter Superſtans, ſeu Maſſarolus communis, non poſsit emere de rebus communis, per ſe, nec per intrinſecam perſonam.

SVperſtans, ſeu dictus Maſſarolus, & alij omnes officiales cõis Parmæ, non poſſint emere de rebus cõis, per ſe, nec per aliã interpoſitã ꝑſonã aliqua occaſione, vel iure; & quicunq; talia fecerit, intelligatur facere fraudulenter, & puniatur quilibet cõtrafaciens pro qualibet vice in cẽtum ſold. Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Qualiter ſubhaſtatio domorum, & tabularum, & aliarum rerum communis, debet fieri in conſilio.

QVotiens, & quando fiet conceſſio per D. poteſtatem, vel ſuum vicarium, vel per aliquem habentem auctoritatẽ ſuper hoc, ad pẽſionẽ alicui, vel aliquibus, de domib⁹, ſtationib⁹, vel tabulis cõis; Superſtans prædictus debeat ire vna cum notario reformationum, & ſcribi facere per ipſum notarium omnia ædificia ipſarum domorũ, ſtationũ, & tabularum, interiora, & exteriora, quæ de ipſis poſſint tolli ſine ruina ipſar⁹; & ſimiliter facere ſcribi claues, & bancha, & oĩa, quæ in eis ſunt, vel erunt; & ſi completo tempore locationis inuenietur aliquid ablatum, vel exportatũ, compellatur conductor reſtituere in priſtinum ſtatum, infra tertiam diem poſt complementũ locationis; & quãdo conductor aſſignabit ipſi officiali ſtationem, domum, vel aliam rẽ ſibi locatã, teneatur habere librũ notarij prædicti, in quo fuerint regiſtrata ędificia modo prędicto, & inquirere diligenter ſi aliquid defecerit; & ſi aliquid inuenerit ablatum, vel deſtructum eſſe eor⁹, quæ regiſtrata fuerint, denunciare teneatur D. poteſtati, & Antianis cõis Parmæ; & D. poteſtas teneatur auferre tali conductori decem libr. Parmeñ. pro banno, & reſtitui facere in priſtinum ſtatũ; ita tamen, ꝙ poſt locationem factam alicui, vel aliquibus, de aliquibus domibus, ſtationibus, vel tabulis communis, durante tempore ipſius locationis, nullæ expenſæ poſſint fieri in aliquo ædificio pro communi, niſi in coperiendo de tegulis, vel niſi ruina ædificij interueniret, vel niſi eſſet conductori hoc promiſſum, & debeat hoc præciſè obſeruari.

De gabionibus faciendis per loca epiſcopatus Parmæ.

PRæſidentes, ideſt Antiani, negocijs communis Parmæ, teneãtur ſingulo anno, quando eis videbitur, per omnes villas, & loca totius epiſcopatus Parmæ, facere fieri gabionos bonos, & idoneos pro defenſione ciuitatis, & murorum, vſq; ea quantitate, & ſecundum illam diuiſionem, quæ ipſis præſidentibus, ideſt, Antianis communis Parmę placuerit; & debeant dicti gabiones ad domum monetæ portari, & conſignari Maſſarolo communis, vel alibi, vbi ordinatum fuerit per ipſos.

Quòd

Quod Maſſarius laboreriorum teneatur facere vnum regiſtrũ de domibus, tabulis, & alijs rebus communis.

MAſſarius laborerior⁹ cõis infra duos mẽſes a die publicãtionis cõis huius ſtatuti, teneat, & debeat facere vnũ regiſtrũ de oĩbus domibus cõis, vbicunq; ſint, & de portis ciuitatis, ponẽdo in dicto regiſtro oĩa, & ſingula vaſa, & vtenſilia, q̃ inuenerit in domib⁹ poteſtatis, & cõditionẽ domor⁹; & ẽt oẽs alias domos cõis, ſicut ĩuenerit, & portas oẽs; ita qđ ſcribant domus, & portæ ꝑdictæ, & in eo ſtatu in quo ſunt; & ſingulis ſex menſib⁹ aſſignare D. poteſtati, & ſuæ familiæ, q in receſſu quẽ faciet, dicto Maſſarolo aſſignare teneat, & debeat, in illo ſtatu in quo dict⁹ Maſſarol⁹ eidẽ aſſignabit; & idẽ obſeruet, & locũ habeat in ſingulis annis in domib⁹ cõis, q̃ ad penſionẽ locabunt, & in fine anni q̃ relocabunt; & ẽt in ꝑdictis ſingulis ſex menſibus aſſignẽt, & aſſignationẽ recipiãt, & q̨libet ꝑdictæ conditionis teneat ꝑdictas domos, portas, & vaſa, & vtenſilia reſtituere in eo ſtatu, ſm̃ q̨ eis fuerint aſſignata; & prędicta oĩa, & ſingula debeat obſeruare Maſſarolus laboreriorum cõis Parmæ electus, & eligendus.

Quòd expenſis cõis reficiantur palatia, & domus cõis, & qualiter manuteneri, & aſsignari debeant; & de regiſtro faciendo ſuper hoc, & in futurum aſsignando, & conſeruando.

PRæſidentes cõis, ideſt, Antiani cõis Parmæ teneantur, expenſis cõis Parmæ facere aptari oẽs portas, butifredos, turriſinos cõis, & oĩa palatia, & domos cõis, tàm illas in quibus ſtat dictus poteſtas, q̃ alias oẽs vbicunq; ſint in ciuitate Parmæ, benè, & diligẽter; ita q̨ nulla refectione indigeant; ſiue de taxellandis, & planellandis, coperiendis ſcalis, feneſtris, colonellis reficiendis, & reponẽdis, & veruleis, & hoſtijs, ac ſerraleis, & alijs q̨buſcunq; ędificijs, & claudendis neceſſarijs, & vtilibus ad dictam refectionẽ; & Maſſarius cõis de oĩbus denarijs cõis poſſit, teneat, & debeat licitè, & impunè oẽs expẽſas ꝑdictas ſibi ordinatas fieri p dictos ꝓſidentes facere, & ſoluere abſq; alia reformatione. Et q̨ decẽtero in exitu cuiuſlibet rectoris, ſeu officialis, Maſſarolus cõis, vna cũ iudice poteſtatis deputato ad reformationes poteſtatis intrantis in regimine, teneatur, & debeat facere fieri ſibi aſſignationẽ a poteſtate, ſeu officiale, regimen, ſeu officiũ finiẽte, de domibus, & palatijs, cameris, caminatis, feneſtris, & hoſtijs, & alijs ſupradictis rebus cõis, & vtenſilibus; & quicquid inuentum fuerit acceptũ, vel remotũ, ſubtractum, vel defraudatũ, ſeu deſtructũ; poteſtas, & officiales finientes eor⁹ regimina, & officia, teneant, & debeant de ſuo ꝑdicta reſtituere cõi, & in cõi, & Maſſarius cõis Parmę teneatur non dare ipſi poteſtati,, & officiali cõplementum ſalarij eorum, quod retineat ſm̃ formã ſtatut⁹, donec dicta aſſignatio, & reſtitutio facta fuerit in ĩtegrũ; & ſic, & eodẽ

modo

modo fiat, & obſeruet decætero de poteſtate in poteſtatẽ; & ſimiliter ſingulis menſibus qñ cuſtodes portarũ, butifredorũ, turriſinorũ ponunt, & remouent ipſi cuſtodes veteres, nouis, in ꝑſonam Maſſaroli cõis conſignare teneãtur; & ſi qd fuerit derelictũ, deſtructũ, vel acceptũ, ſeu ſubtractũ, vel dãnificatũ, cuſtodes quorũ tpe ꝑdicta fuerunt, & eorũ fideiuſſores, de ſuo, & eorũ expenſis, illud reſtituere teneant, & nullã ſolutionẽ habeãt a cõi, niſi prius dictã aſſignationẽ, & reſtitutionẽ fecerint, & de ipſorũ ſalario ipſa reſtitutio fiat, ſi ꝑ eos aliter nõ fieret; & Maſſarolus bis ſingulis menſibus, & ante finẽ cuiuſlibet menſis ꝑ octo dies, teneatur, & debeat circare ꝑſonaliter ꝑdicta palatia, domos ꝑdictas, portas, & butifredos, & turriſinos prędictos, vt videat, & ſciat ſi quid in ꝑdictis locis, & rebus fuerit factũ, q̃ indigeat refectione; & ſi quid inuenerit, denunciare teneatur ea die, vel ſequẽti D. poteſtati, vel eius vicario, ſeu præſidentibus dicti cõis, ideſt Antianis, q̃ incontinenti habeant cuſtodes, ſeu penſionarios, ſeu ſtantes in ipſis, & omni modo de iure, & de facto, compellere ipſos reſtituere ſupraſcripta damna, niſi iuſta cauſa accidentis alicuius de nouo prædicta euenerint, & tunc per cõe fieri debeat dicta aptatio opportuna, & expenſis cõis incontinẽti, & ſine mora; & Maſſarolus teneatur, & debeat dictum librum, ſeu regiſtrũ ſcribere ſine aliquo premio habendo a communi; & hoc capitulũ ſit præciſum; & dictus liber fiat in cartis de papiro, & de cætero perpetuò de Maſſarolo in Maſſarolum conſeruetur, & aſſignetur. Et ſimiliter vnus liber per Maſſarolum fiat, qui conſignetur ad officium eccleſiolæ cõmunis Parmæ, in quo prædicta ſint.

De platea communis planellanda.

POteſtas teneatur facere aptari expenſis communis per ſuperſtãtem laboreriorum communis, plateam communis, & planellamentum ipſius, leuando boras, ita q̃ planellamentum vbilibet ſit ęquale, ponendo ſecundum rationem liuelli, ad illas partes ad quas melius pẽderet, vt platea melius purgetur, & purgata manuteneatur.

De vijs planellandis in ciuitate Parmæ. & in Capite pontis.

POteſtas teneat facere planellari oẽs ſtratas, & vias, quæ ſunt intus a foueis ciuitatis; tàm in ciuitate, q̃ in Capite pontis, quæ non ſint planellatæ; & cõpellere oẽs, & ſingulos habentes domos, & caſamenta, vel terrã ad planellandũ, ſicut domus ſua extenditur, caſamentũ, vel terra vſq; ad dimidiam ſtratæ, vel viæ. Saluo q̃ ſi quis habet aliquam poſſeſſionem ab vtraq; parte, planellare teneatur ab vtraq; parte; & planellamenta fiant in ciuitate, & burgis, in prædictis vijs, & ſtratis, & in æquali altitudine, & ſine concauitatibus; & q̃ dictum eſt de ſtratis, & vijs planellandis, habeat locum in curijs publicis, per quas publicè itur.

De

De vijs aperiendis, & expediendis. quæ ſunt circa foueas ciuitatis.

POteſtas teneat vias quæ vadunt circa foueas ciuitatis, intꝰ, & extra, facere aperiri, & apertas teneri, & amplas intus a terraleis per decẽ pedes perticæ, & extra, ſm̃ q̃ fuit declaratum tpe D. Henrici de Tinetis olim Parmæ poteſtatis vſq; ad octauam Paſchæ. & hoc obſeruetur in illis de Capite pontis. Et ſi quis occupauerit de foueis, vel earũ vijs vltra prędictam deſignationem, poteſtas teneatur in cõi reduci, & tenere, inquirendo per ſe, & alios, contra omnes, & ſingulos qui contrafecerint.

De Strata de Cremona aſſecuranda.

QVicunq; voluerit ire ad habitandum iuxta ſtratam, quæ vadit inter põtem lapidum de Quarta, & pontẽ lapidum de Arcenoldo; vt ipſa ſtrata ſit ſecurior, abſoluatur ab oĩbus, & ſingulis oneribus, & grauaminibus cõis Parmæ, realibus, & perſonalibus vſq; ad decem annos; & illi qui ibunt ad habitandũ iuxta pontem de Quarta, ſit villa per ſe, & dicat ipſi villæ burgus nouus. Et quicunq; iuerit ad habitandũ iuxta pontẽ de Arcenoldo, ſit villa p ſe, & dicat ipſi villæ nomẽ ad voluntatẽ habitantiũ; & vna iſtarũ villarũ non habeat ad faciendũ cũ alia, & quilibet ſoluat, & faciat factiones per ſe; & quicunque habitauerit in territorio ipſarũ villarũ, vel in dictis villis, poſſit ire ad boſchandum in boſchis cõis de Pizo impunè; & ſi aliquis voluerit prohibere, poteſtas teneatur auferre ꝑ bãno libr. quinquaginta Parmeñ. ꝑ qualibet vice, & in dicta ſtrata fiat vnus põs in villa Pizi noui ſuper Suſtirone; & factus manuteneatur ad expenſas illorũ de Pizo nouo, & aliarũ terrarũ quæ ſunt verſus Padum, vltra Taronẽ in epiſcopatu Parmæ, ſaluo priuilegio foraſteriorum; & in dicta ſtrata ſint pontes neceſſarij, zapelli aptentur, & omnia neceſſaria fiant expenſis illorum, qui ad hoc tenentur, vigore præſentium ſtatutorum; & vbi non ſit pñtia ſtatuta ſpecificatum, expenſis illorum, qui conſueuerunt facere, vt per ipſam ſtratam poſſit ire quilibet cum beſtijs, & perſonis tempore hiemali, & eſtiuo; & prædicta omnia locum habeant circa pontem prædictũ Arzenoldi apud ſtratam prædictam, ſicut ſtrata extenditur.

De ſtratis manutenendis.

POteſtas, & eius officialis ad hoc deputatus, teneatur manutenere vias, & ſtratas factas, & fiendas cum foſſatis, quæ ſunt apud eas; & compellere oẽs perſonas, quę habent foſſata apud eas ſtratas, cauari ipſa foſſata, & etiam auferre oẽs plantas, que ſunt a latere viæ, vel auferri facere, quæ modo ſunt, vel in futurum eſſent; & ſi aliquis aliquam ſtratam, vel viam deſtruet, vel deteriorabit, compellatur ſoluere pro banno ſoldos cẽtum Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni;

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА

Et insuper si aliquis occasione ducendi aquã ruperit, seu rumpet aliquam stratã in ciuitate, vel epatu, faciat ponte de lapidibus, quadrellis, & calcina amplũ sicuti strata; & ipsum super ipsa strata manuteneat. Et quod quæli-
bet vniuersitas quæ rũperet aliquã stratã, vel viã, occasione ducendi aquã,
cõpellatur ad ponte faciendũ, & manutenendũ modo prædicto; & q; quæ
libet vniuersitas, vel speciales personæ quæ rũperint stratã, vel viã vt supra,
condemnent in sold. centum Parmeñ. pro qualibet vice, & soluere cõpel-
lantur, nisi ponte fecerint infra octo dies proximè secuturos; & quæ dicta
sunt supra de fossatis cauandis, & plantis auferendis, habeãt locum in stra-
tis, seu vijs infrascriptis tm̃; videlicet, in strata per quam itur a Parma Re-
gium. In strata per quam itur a Parma Brixillum. In strata per quam
itur a ciuitate Parmę Colurnium. In strata per quam itur à Parma Cre-
monam. In strata per quam itur a Parma Burgum Sancti Donini. Item
strata per quã itur a Parma Fornouũ. Itẽ strata per quã itur a Parma Lãghi
ranũ. Itẽ strata per quã itur a Parma Guardasonum. Et ẽt in strata prędicta
incipiendo ad coltam de Marano, & eundo vsq; ad mõtem Clericulum;
& non in aliquibus alijs stratis, vel vijs, nisi hoc potestas, vel eius officialis
faceret ad instantiam alicuius personæ, cuius verisimiliter inter esset, quo
casu teneatur manuteneri facere ipsas alias stratas, & vias, & fossata apud
eas facere cauari; non tamen plantas ipse potestas, vel eius officialis in alijs
stratis, vel vijs auferri facere debeat.

De vijs, stratis, & pontibus reaptandis, & fiendis in episcopatu Parmæ, & per quos.

AD hoc vt D. potestas Parmæ, & eius officialis ad officium stratarum deputatus, sciat quæ personæ tenentur ad manutenendum, & reaptandum stratas, & vias in episcopatu Parmæ; & pontes su per ipsis stratis, seu vijs existentes, & ad hoc vt compellere possit ipsas personas iuris remedijs ad illos, & illas manutenendũ, & reaptandũ, & faciendũ; & ad hoc vt quotiensc unq; fuerit expediens, prædicta fieri possint. Statutũ, & ordinatũ est, q; ad manutenẽdũ, & reaptandũ infrascriptas stratas, seu vias epatus Parmæ, tã in illis partibus in quibus sunt zapelli, aut malè stãt, quàm alibi in quacũnq; ipsar̃ parte, de oĩbus opportùnis, infrascripta cõia, & hoĩes habitãtes in villis ipsorum cõium, teneantur, & astricti sint; ac astringi debeant per D. potestatem, & eius officialem iuris remedijs; videlicet, quodlibet commune, seu villa secundum quantitatem taxationis salis, quod habet ipsum commune, vel villa, vel habebit in posterum tempore dicti operis fiendi; & ita, & taliter, q; dicta communia, & hoĩes eorũdẽ, quæ vigore præsentis statuti teneantur ad reaptationem, & manutentionem alicuius stratæ, seu viæ, cõiter teneant ad expensam fiendam pro reaptãd o, & manutenendo ipsam stratã, & viam in quacunq; parte ipsius stratæ,

stratæ, seu viæ, contingat, seu debeat fieri aliquod opus; & ita teneatur ad opus fiendũ super ipsa strata ab vno capite ipsius stratæ, sicut & ab alio capite, & sic in qualibet parte ipsius stratæ, cõia, quantumcunq; ipsum cõe sit longè ab ipsa parte dictæ stratæ, vbi ipsum opus, seu reaptatio fieri continget, quæ stratæ, seu viæ cum cõibus quæ debent ipsas reaptare, & manutenere, post quamlibet ipsar̃ viar̃, seu stratar̃ descriptarum, sunt hæc.

Strata Regij.

STrata per quam itur a ciuitate Parmæ Regium; scilicet, tm̃, quantum durat territorium Parmeñ. debeat reaptari, & manuteneri per infrascripta cõia, & hoĩes eorundẽ habitantes in villis ipsorum; videlicet. Commune de Curuiacho. Commune de Cella de Schironibus. Cõe de Barchis. Commune de Monticulo. Commune de Casadei. Commune de la Gaida. Commune de Calerno. Commune de S. Eulalia. Commune de Cãpigine. Commune de Nucetulo. Commune de Pratoselis. Cõe de Gadaticho. Commune de Taneto. Commune de Ponte Hentiæ. Cõe de Gazano. Cõe de Tanzolino. Cõe de Casalibarunculo. Cõe de Benecepto. Commune de S. Martino de Benecepto. Commune de Crustulo. Cõe de Caselis D. Abbatis. Commune de Moille. Cõe de S. Donato. Cõe de S. Stefano in Turano. Commune de Paule propè ciuitatem. Commune de Coloreto. Commune de Quingente. Commune de Martorano.

Strata Bersillij.

STatutũ, & ordinatũ est, ꝙ prædictum canale maius singulo anno de mensibus Aprilis, vel Maij, remondet, & ad ipsius remondationem teneant infrascripti; videlicet, ꝙ ipse canalis per locũ magistrum ipsi debeat remõdari a molẽdino monasterij religionis existentis ꝓpè ipsum monasteriũ, ꝓpè, & extra portã nouã inferius, tã extra ciuitatem, q̃ sub teraleũ, q̃ intus ciuitatẽ, vsq; ad molendinũ monasterij S. Oldorici, per dñm dicti molendini monasterij religionis veteris, aut eius molendini possessorem, & mulinarium expensis dicti molendini; & a dicto molendino S. Oldorici vsq; ad molendinum monasterij S. Quintini, remondari debeat per dñm dicti molendini monasterij S. Oldorici, & seu per possessores, & mulinariũ ipsius molendini, expensis dicti molendini; & a dicto molendino monasterij S. Quintini inferius, vsq; ad cotesserum olim molendinorum de la Fontana, positum in vicinia S. Christinæ, seu S. Quintini, debeat remondari per dñm ipsius molendini S. Quintini, ac per possessore, & molinarium ipsius, expensis dicti molendini; & a dicto cotessero dicti olim molendini de la Fõtana inferius, vsq; ad molendinũ D. Epi desuper remõdari debeat cõiter p dños olim molendinorũ existẽtium in ipso canali intus ciuitatẽ, ac p possessores, & mulinarios ipsorũ molendinorũ, expẽsis ipsorũ molendinorũ; & in casu quo molendinum fiat super ipso cotessero de la Fontana, dominis ipsius molendini fiendi super ipso cotessero, ab ipso molendino sic fiendo infra, vsq; ad bucam dicti canalis exeũtem in burgo Riolo; & ab inde infra cõiter per omnia molendina vt supra, vsq; ad dictum molendinum desuper D. Episcopi; & a dicto molendino desuper D. Episcopi prædicti, vsq; ad molendinum monasterij S. Ioan, vocatũ molẽdinum infirmarię, dictus D. Eꝑus, ac molinarij stantes in molẽdino ipsius D. Epi-

D. Episcopi, existentes in dicto canali, expensis ipsorũ molendinorũ, ipsum canale remõdare teneatur; & a dicto molendino infirmariæ inferius, vsq; ad molẽdinum magnum, sororum de religione veteri, positum in vicinia S. Francisci de prato, dñs ipsius molendini infirmariæ, & possessor, & mulinarius ipsius molendini, ipsius molendini expensis, remondare teneatur; & a dicto molendino magno dictarum sororum de religione inferi, vsq; ad lectum Nauilij, dñs ipsius molẽdini monasterij religionis, ac possessor, & mulinarius ipsius molendini, expensis dicti molendini, remondare teneatur; & similiter illi qui tenentur remondare in locis prædictis dictum canale, teneantur ad exportandum, seu exportari faciendum remondaturam ipsius, infra quindecim dies post remondationem.

Item a dicto molendino monasterij religionis veteris existente iuxta ipsum molendinum superius, vsq; ad bucam dicti canalis, remondetur, & remondari debet expensis illorum, qui soliti sunt remondare ipsum; videlicet, per quemlibet per directum sui, & per quantum durat suum; & similiter buca ipsius canalis, quotiescunq; fuerit destructa, aut inglareata, aut expediens fuerit, debeat refici, & reaptari, & aqua in ipso canali, & ad eius bucam poni, quotiescunq; fuerit necesse, expẽsis illorum, qui ad prædicta soliti sunt contribuere; & prædicta facere, videlicet per dominos molendinorum existentium in ipso canali, tàm in ciuitate, quàm episcopatu, & molinarios ipsorum molendinorum.

Qualiter illi qui habent fullum, vel molendinum in canali maiori, sint sub potestate dicti canalis.

QVilibet habens fullũ, vel molendinũ, vel aliud ædificium, vel in futurum habiturus est in canali maiori, a molendino sororũ religionis veteris in sursum, vocatũ molendinum maius, positum in vicinia S. Francisci de prato, vsq; ad bucã ipsius canalis, sit, & esse debeat de cætero sub dicto potestate, qui eligitur annuatim per dños, quorum sunt molendina in ipso canali, a dicto molendino superius, & sub eius potestaria, & ad eius voluntatẽ conferre proportionaliter ad expensas quas faciet ipse potestas, vel alius pro eo, pro bono, & vtilitate, & aqua manutenẽda in dicto canali, sicut, & quando alij dñi, qui subditi sunt dicto potestati, & per quos eligitur annuatim, vt possit interesse electioni dictæ potestariæ, & eũ cũ alijs eligere, qui habent ius eligendi; & teneatur D. potestas, & eius iudices eũ compellere ad oĩa prædicta, & singula. Et potestas dicti canalis possit, & debeat annuatim a festo Paschæ Resurrectionis, vsq; ad S. Michaelem, diuidere aquã dicti canalis inter communalia, & hoies habẽtes terras, & possessiones penès dictũ canale, quas adaquant de aqua dicti canalis, in illis diebus in quibus non est prohibitũ per statutũ auferri aquã de canalibus venientibus ad ciuitatẽ; & quicunq; dictorum cõmunaliũ,

& hoium abſtulerint aquã de dicto canali contra diuiſionẽ factã de dicto canali, niſi in p̃dictis diebus ſabbati, & dñicæ, ſoluat pro bãno quadraginta ſold. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice, nõ obſtante aliquo ſtatuto aliud contradicente, cuius medietas ſit cõis, & alia medietas accuſatoris, & credatur ſacramento cuiuſlibet accuſatoris, & poteſtas teneatur condemnare, & condemnationem recuperare, & ſuam partem accuſatori dare.

Qualiter canalis qui extrahitur de canali maiori, & labitur per burgum Filinum debeat remondari, & adamplari.

CVm canale ꝙ extrahitur de canali maiori, & labitur per Burgum Filinum vſq; ad ſtratam de S. Chriſtina, exeat lectum ſuum, & labitur per viam dicti burgi, ita ꝙ vix iri poteſt per dictam viam. Statutum, & ordinatum eſt, ꝙ prædictum canale debeat remondari, & planellari ad liuellum per ſolitos remondare ipſum; videlicet, per quemlibet, tantum, quantum durat ſuum, & ibi faciat riuales de muro, tantum, quantum tenet dictũ canale, & extenditur; videlicet hinc ad ſtratam; ita ꝙ aqua nõ exeat lectũ ſuũ, in quo nunc eſt, & fiat dictũ canale amplum ad vnum modum, & poteſtas, & ſui iudices infra tres mẽſes introitus ſui regiminis, hoc teneantur facere fieri ad requiſitionem cuiuſlibet.

Quòd nullus extrahat aquam de canale, quod extrahitur de canali maiori.

NVllus poſſit, nec debeat extrahere aquã de canali, quod extrahitur de canali maiori, & labit̃ per Boſſetum aliquo tpe, contra volũtatẽ hoium hñtium ius in dicto canali; & ſi quis cõtrafecerit, ſoluat pro banno ſold. xx. Parmeñ. pro qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare contrafacientes, & credat̃ accuſatori, & accuſator habeat medietatẽ bãni, & cõe aliam medietatem; ita tñ ꝙ de dicta aqua poſſit auferri a Marorio inferius, & duci per campagnam, ſiue per lectum, qui dicitur Balzanum a manè, aut quę vadit Coloretum, & ad S. Stefanum in Torano, vſq; ad ſtratam Claudiam; & quilibet teneatur aquam recipere, & cauari facere per medium ſuum, ita ꝙ liberè poſſit decurrere.

Quòd Poteſtas teneatur facere, quòd canale communis, quod Nauilium appellatur, integre veniat ad ciuitatem.

CVm canale Taronis, quod Nauilium appellatur, & labitur, & labi conſueuit iuxta ſtratam de Fragnano, ſit, & eſſe debeat cõmunis Parmæ, & magna vtilitas ſit cõi, & ſingularibus perſonis, ꝙ dictũ canalè integrè veniat ad ciuitatem. Statutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſacramento præciſo poteſtas teneatur facere, & curare modis omnibus quibus melius poterit, ꝙ aqua de flumine Taronis quàm plus poterit poni, ponatur in dicto canali, & ſine diminutione, vel impedimento ad ciuitatẽ Parmæ

mæ integraliter, & liberè conducat̃ ad pontẽ dñæ Ziliæ; & nullus decætero maſculus, vel fęmina cuiuſcunq; conditionis ſit, audeat, vel præſumat aliquo modo, vel ingenio, ꝙ dici, vel excogitari poſſit, vel humano intellectu concipi, modo, vel in futur̃ extrahere, vel extrahi facere aquã de dicto canali, vel impedire quominus dicta aqua integraliter, & liberè veniat ad ciuitatẽ vt ſupra dictũ eſt; ita ꝙ maleficiũ intelligatur, ſi contrafactum fuerit, pro pęna, & banno libr. x. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, ſeu condemnationis factæ. Et vltra hoc eligatur ad breuia in conſilio generali vnus poteſtas, & duo cuſtodes, qui ſint ciues ciuitatis Parmæ maiores xxv. annis, & qui faciant familiã per ſe, & qui non habeant facere in territorio alicuius villę de illis, per quar̃ territorium labitur dictum canale, qui cuſtodiant aquã dicti canalis ad ſacramentum cuiuſlibet ipſorum, & ſine aliquo onere probationis, credatur contra oẽs, & ſingulos qui extraherent aquam de dicto canali, vel in aliquo impedirent, quominus aqua dicti canalis liberaliter ad ciuitatem veniret, & habeat medietatem banni, ſeu condemnationis. Qui poteſtas, & cuſtodes teneantur infra duos dies denunciare oẽs, & ſingulos contrafacientes, in pœna, & ſub pœna libr. x. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice, qua non obſeruauerint dictum capitulũ; & ſalarium dictor̃ poteſtatis, & cuſtodum, ſit, & eis ſoluatur ſm̃ ꝙ ſoluitur poteſtati, & cuſtodibus maioris canalis per molendina, quæ macinant de aqua dicti canalis Taronis, & quæ extrahitur ad bucam ipſius canalis; & ſi aqua dicti canalis fuerit inuenta in terra alicuius, credatur ipſum fraudulenter extraxiſſe, & in bannum incidiſſe; & ſimili modo cõdemnetur; & in oĩbus prædictis caſib⁹ poteſtas, & cuſtos habeant auctoritatem accuſandi, & eis credatur vt ſuperius continetur, & habeat medietatẽ condemnationis; & poteſtas pſonaliter per ſe infra duos menſes ſui regiminis, & ſingulis duobus menſibus, vel aliquis ex iudicibus, vel militibus ſuis ire teneatur, & videre dictũ canale, & ipſum diſgomberari facere de oĩbus nociuis ad decurſum aquæ, a ponte dñæ Ziliæ, vſq; ad bucã dicti canalis, & fieri, & manutenere facere, & cum poteſtate vadant illi ſapientes, quos ſecum habere voluerit, inter quos ſapientes non ſit aliquis, qui habeat facere in dictis contratis; & hoc capitulum in totum, & in qualibet parte ſui ſit præciſum, & præcisè debeat obſeruari per poteſtatem, & eius familiam Antianos, & alios, ꝙ ſi poteſtas non obſeruauerit omnia, & ſingula ſupraſcripta, ſyndicetur in cẽtum libr. Parmen. per ſyndicum communis.

Qualiter Poteſtas teneatur diſgomberari facere lectum Nauiliæ.

POteſtas teneatur ſacramento preciſo ad requiſitionem hoium habẽtiũ facere in terris de Ramoſelis & Fraſſenaria epiſcopatus Parmæ, facere arzenare, diſgomberare, & diſgomberari facere lectũ Nauilię

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУЧИНОЙ МЕДНИКОВА

ab vtraq; parte, quod discurrit per dicta territoria, taliter, & sic, ꝙ dictum flumen non exeat lectū suū, nec faciat dānum hominibus habentibus facere in dictis territorijs; & hoc ad expensas hoīum habitantiū in dictis villis pro quarta parte expensæ, & pro alijs tribus ad expensas illoꝝ, qui habent eoꝝ terras, aut prata, seu saldas, aut boschos in dictis villis, soluendo qlibet pro rata territorij, quod habet in ipsis villis. Hoc intellecto, ꝙ per terrā laboratiuā debeat solui ad computū denarioꝝ triū pro bobulca, ꝓ prato qd segat, debeant solui denarij duo pro bobulca; pro salda, aut boscho solui debeat denarius vnus pro bobulca, & sic ascendendo, & descendendo pro vt expensa fuerit necessaria; & si dictus D. potestas non obseruauerit prædicta, postquàm sibi fuerit denunciatum per homines habentes facere in dictis contratis, perdat de suo salario libr. xxv. Parmeñ. in quibus debeat syndicari per syndicos communis, & sit præcisum.

De aggeribus Nauiliæ fiendis, & obseruandis, & de arboribus ibi existentibus incidendis.

AGgeres de Nauilia fiant, & fieri debeant, & facti defendātur, conseruentur, & manuteneantur expensis eorum de quibus supra fit mentio; ita ꝙ aqua ex lecto ipsius Nauilię exire non possit; & hoc ad euitandum damnum, quod ex dicto defectu sæpè occurrit; & arbores quæ sunt intus fundum Nauilij incidantur, & incidi debeāt ab vtraq; parte Nauiliæ per illos de quibus supra fit mentio.

Per quas terras canalis Taronis qui venit per Medesanum debeat remondari.

CAnalis Taronis qui vadit per Medesanū, & Fognanū, & per Felegariā, & qui consueuit venire per Nucetum, & consueuit remondari ꝑ suprascriptas terras, debeat remondari, & remondatus teneri per vniuersitatē hoīum de Felegaria, Fognano, & Medesano; videlicet ꝑ quamlibet vniuersitatē in suo territorio, vt dictū canale possit decurrere, vt consuetū est, cū sit vtilitas prædictoꝝ; & ꝙ dictum canale solūmodo debeat remōdari, purgari, & expeditū teneri per illos quoꝝ dictū canale, & ꝑ alios, ad quos spectat vtilitas aquæ dicti canalis, statuto aliquo non obstante.

Quòd nullus audeat, vel præsumat extrahere aquā de canali qui extrahitur de flumine Taronis, & labitur per Medesanum.

NVllus audeat, vel præsumat extrahere, vel extrahi facere, deriuare, vel deriuari facere aquam de canali qui extrahitur de flumine Taronis, & labitur per terram de Medesano, & eius territoriū ad riuū Sanguinarium, pœna, & banno libr. v. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & eligatur ad voluntatem illius, vel illorum quorum est dictum canale,

nale, vnus qui aquam custodiat, & accusēt contrafaciētes, & sibi credatur, & habeat medietatem banni.

De vno superstante eligendo qui faciat venire vnum canale de Capite pontis.

VNus superstans debeat eligi in porta de Parma, qui faciat venire continuè canale, ꝙ consueuerat venire in Capite pontis; & qui extrahatur de Nauilio communis de Bagancia, qui habeat bayliam faciendi poni aquam in dicto canali, quæ antiquitus ponebatur; & vtrum q; poterit poni, dummodo non præiudicent alicui; & prædictus superstās debeat eligi in consilio generali, quando alij officiales eligūtur; & habeat vnum imperialem pro qualibet domo, ad quam spectat vtilitas aquæ dicti canalis pro suo salario; & qui superstans faciat refici nauem super fouea communis penes portam Sancti Francisci, quæ destructa est; & in omnibus habeat bayliam, sicut habent, & habebant superstantes, qui eliguntur per capitulum, quod incipit vltimum, & generale; & superstans sit, & esse debeat de illis ad quos spectat vtilitas dicti canalis; & qui habeat domum in ripa dicti canalis, & ipsius superstantis officium durare debeat per vnū annum; & dictus superstans qui vt dicitur eligetur ad officium, siue laborerium exercendum, teneatur, & debeat prædictum laborerium facere, pęna, & banno x. libr. Parmeñ. Et D. potestas super hoc habeat arbitrium contra talem officialem, si negligens fuerit.

Qualiter canalis qui vadit per Matriculum debeat remondari.

POtestas teneatur facere remondari, & cauari lectum canalis, & bucam ipsius canalis, qui vadit per Matriculum, Fabrorium, Ellium, & Ronchulum; & ab inde infra illis personis, per quarum terras dictus canalis labitur; videlicet, quòd quilibet per medium suum, ita tamen quòd per hoc statutum veniente dicto canali, non diminuatur, nec acquiratur ius alicui terræ, vel personæ, nisi secundum quòd ante hoc statutum habebat; & potestas teneatur ad requisitionem maioris partis hominum dictarum villarum, seu alicuius earum eligere vnum superstantem ad prædicta omnia fieri facienda; & hoc expensis illorum, ad quos spectat vtilitas, & amittat potestas de suo salario si prædicta non fecerit, vigintiquinque libras Parmeñ. ita quòd quilibet de Matriculo, vsq; ad Fabrorium compellatur facere fossatos, opportunos, vbi non sint, causa scolandi aquā submergentem terras confinantes dicto canali; & superstans eligendus debeat cogere singulos ad prædicta facienda, & hoc capitulum sit præcisum.

Quòd

Quòd nullus præsumat extrahere aquam de canalibus, qui ponunt caput ad Nauilium communis.

NVlla persona cuiuscunq; cõditionis sit, audeat, vel p̃sumat aliquo die, vel tpe, aquã extrahere, deriuare, vel deriuari facere aliquo modo, qualitercunq; de canalibus, & aquis quæ caput ponũt ad Nauiliũ cõis, q̃ vadit sub portã Bononiæ ciuitatis Parmæ, nisi diebus per alia statuta ordinatis; & q̃ oẽs, & singulæ vniuersitates, & cõia terraꝝ, p̃ quaꝝ territoria vadunt ipsa canalia, teneantur, & debeant custodire, & custodiri facere, vt aqua integraliter stet, & intret in ipsis canalibus, & vt dictum Nauilium deueniat, & decurrat, & de p̃dictis dare bonos fideiussores tẽpore cuiuslibet potestatis; & accusare oẽs accipientes, seu accipi facientes aquam de canalibus supradictis; ita q̃ semper, & quolibet tempore ipsa canalia habeant aquã sufficientem, non obstãtibus aliquibus exceptionib⁹, seu cauillationibus, quæ in contrarium facient, diebus quibus per statuta concessum est, dũtaxat, exceptis, quibus possit aqua impunè extrahi. Quæ oĩa, & singula suprascripta fieri, & obseruari debeant in pena lib. x. Parmẽ. vbi aliter non sit per dicta statuta pœna limitata; & quilibet possit accusare contrafacientes, & habeat medietatem condemnationis vt p̃dicta oĩa, & singula melius obseruentur, & hoc capitulum præcisè obseruetur.

Qualiter aqua non possit extrahi de canali D. Abbatis.

NEmini liceat extrahere aquã de canali D. Abbatis S. Ioannis extra ciuitatẽ Parmæ; & si quis contrafecerit, soluat pro banno, & qualibet vice. xx. soldos Parmeñ. & quilibet possit accusare, & habeat tertiã partẽ banni; & potestas teneat ei auferre dictũ bannũ sine remissione, & nemo possit retornare remondaturã de canali D. Abbatis in ipso canali, qui canalis vadit per Renã; & sic teneatur quilibet habens ad faciendũ, eã portare, quilibet per medium suum, extra dictũ canale vbi voluerit, in pœna sold. x. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Qualiter aqua canalium ciuitatis Parmæ possit mitti ad andronas, & vias abluendas.

CAnalia decurrentia per ciuitatem possint auferri de vijs, & mitti p andronas per quã cumq; personã, non p̃iudicando alicui personæ; & coperiant dicta canalia relictis foraminibus necessarijs, p̃ aqua accipienda, & extrahenda, reuertendo ipsam aquã ad molendina desuper a macinatorijs; & q̃libet p̃ mediũ suũ teneat facere planellari canalia cõis.

Item quælibet persona ciuitatis possit extrahere aquã de canalibus ciuitatis, pro andronis abluendis; & quilibet teneatur aquã illam recipere per suum casamentũ, restituendo ei damnum, compensata tã commoditate, quàm

quàm vtilitate rei in eodem damno; & quilibet qui habuerit clausam, vel impeditam andronam, debeat expedire, & bucam aperire, vt obstaculum non sit in ea, vt liberè possit purgari; & si aliqua androna fuerit, ad quam non possit duci aqua pro ipsa purganda, oẽs ad quos spectat vtilitas, compellantur eam facere purgari, faciendo expensam sĩm q̃ quis habuerit ibi caput; & q̃ dictum est de aqua, quæ non possit extrahi de canalibus, intelligatur semper, q̃ qui extraxerit, debeat eam reducere desuper a macinatoria ipsius molendini, ad quod canale decurrit, vel pars ipsius canalis.

Item q̃ nemo debeat ædificare in ripis canalium ciuitatis, vel sub burgorum, quominus ipsa canalia possint remondari, & remondatura ex ipsis canalibus commodè proijci; videlicet, quilibet ipsam remondaturam recipiat per medium suum.

Qualiter aqua sit concedenda vicinis, vt extrahere possint ipsam de canalibus.

POtestas ciuitatis Parmæ teneatur cõcedere vicinis dictæ ciuitatis pertentibus, vt possint aquã extrahere de canalibus venientibus ad ciuitatem Parmæ, & burgos, reducendo ipsã aquã vnde volent extrahere desuper a macinatoria ipsius canalis, remanendo in dicto canali de ipsa aqua per lectum suum, vltra illam quã accipient; & si aliquis qui recepit aquã in seruicium alicuius vicini, dãnum aliquod indè habuerit de muro, vel ædificio, vel aliter, quod destruetur propter aquã vicini, qui de dicta aqua habuerit, vel ad quorum opus duceretur, teneatur restituere æqualiter dãnum, sĩm q̃ fuerit; & hoc obseruetur, non obstante capitulo, de canali cõis qui labitur ad palatium remondando, relinquendo aquam in canale palatij decenter, secundum qualitatem illius aquæ, dando inzignerium petentibus, q̃ debeat diuidere aquam per contratas, & per homines facendo cauari, & aptari riuas quilibet per medium suum.

Item teneatur potestas dare inzignerium si ab eo petitum fuerit, de illis qui habent cognitionem super diuisione aquarum, quas habent, & soliti sunt diuidere per episcopatum, ad eam aquam diuidendam; & ea diuisa faciat ipsam diuisionẽ firmã teneri; & & hoc ad expensas vtriusq; partis.

Qualiter Potestas teneatur disgomberari facere canalia communis.

POtestas teneatur compellere quamlibet personam de ciuitate Parmæ, quæ habet aliquod ædificium super aliquo canali ciuitatis, & burgorum, disgomberare ædificium quod fuerit super canali, seu canalibus; ita q̃ canalia possint commodè remondari, quotiens op⁹ fuerit; nisi ille qui ædificium habuerit super canali, ita remondatum tenuerit, q̃ aqua dicti canalis possit discurrere sine lęsione dicti canalis. Saluo q̃ liceat hominibus stantibus, habitantibus, & domos habentibus in burgo S. Ioã-

nis

nis a ſerò dicti burgi, extrahere paucum aquæ de canali, quod labitur per burgum S. Chriſtinæ inter domum, quæ quondam fuit Albertocij de Antignola, pro andronis domorum ſuarum purgandis, & abluendis, condũcendo aquam prædictam in canale quod labitur per burgum S. Ioānis retrò domos, quæ quõdam fuerunt magiſtri Ioannis de Caſſa; & hoc fiat expenſis ipſorum hominum, ad quos dictæ aquæ ſpectat vtilitas.

Qualiter nemini liceat auferre aquam de canalibus, qui veniunt ad ciuitatem, & burgos.

POteſtas teneat̃ ſacramẽto ꝑciſo non permittere auferre aquã alicui de canalibus, qui veniũt ad ciuitatẽ Parmæ, vel ad ſuburbia, interq̃ ſit, & eſſe intelligat̃ canale de Cládina de Maládriano; & hoc niſi in horis, & modis p ſtatuta limitatis; & ſi aliquis contra hoc capitulũ abſtulerit, poteſtas teneat̃ ei auferre p bannũ libr. tres Parmeñ. ſi ſcire potuerit, qui eã abſtulerit; & idẽ obſeruet̃ in illis canalibus, caſtrorũ, villarũ, & burgorũ de eꝑatu Parmæ, ſub pœna libr. trium Parmeñ. Saluo q̃ homes de Maládriano poſſint aquã de Cládina ſuis expẽſis ducere p villam de Maládriano, & de ſubtus a villa, teneant̃ ſuis expenſis reducere eã ad lectũ ſtradellæ; ita quod de ea nõ dbeãt terras ſuas adaquare, vel prata, ſeu hortũ, vel linarios aliquo modo; nec ẽt deriuare, vel incluſare in aliquo loco; ſed eã ducere per lectũ ſuũ, vſq; ad lectũ ſtradellæ; & aliter eã aquã mouere non poſſint, ſed ea permittãt ad ciuitatẽ liberè venire. Et poteſtas teneat̃ facere iurare oĩbus perſonis de Maládriano, a quindecim annis ſupra, ita attendere, & obſeruare vt ſupra dictũ eſt; & ſi inuenerit aliquẽ cõtra hoc feciſſe, teneat̃ ei auferre p bannũ ꝑ qualibet vice libr. tres Parmeñ. ſine remiſſione. Saluo q̃ ciues Parmę, & eorũ laboratores oĩ die poſſint, & eis liceat adaquare terras ſuas de canalibus conceſſis cuilibet villarũ, ſiue ſingularibus ꝑſonis, quas habent in ipſis terris, & villis, habẽdo aquã p eos qui ordinati ſunt ad dandũ aquã, qui conſtringant̃, & iurent cõiter ea dare, ſecundum q̃ viderint expedire.

Itẽ poteſtas teneat̃ facere poni in canale Taronis tot aquam, quod ſatis ſit, & q̃ veniat plenum ſine fraude, & aquam poſitam manutenere.

Item q̃ villæ ſuperiores dimittant aquas canalium, & fluminum terris inferioribus; ita q̃ ſuperiores, & inferiores ſecundum paruitatem, & magnitudinem ipſarum, poſſint habere de aqua; ſalua ratione, & conceſſione facta aliter ſpeciali homini, ſeu terræ.

Quod eedem pœnæ quæ ſunt ſuper canali Taronis, ſint ſuper alijs canalibus venientibus ad ciuitatem.

OMnia, & ſingula ordinamenta, & banna, & pœnæ factæ, & ordinatæ circa aquam Nauilij Taronis ducendi ad ciuitatem Parmæ, & non extrahendi de lecto, locum habeant totaliter in omnibus canalibus

nalibus infraſcriptis venientibus ad ciuitatem Parmæ; videlicet de canali Cingli, & de canali, & de aqua ipſius canalis, quod extrahit̃ de flumine Parmæ, & de Parma, labentis, & decurrentis per Panochiã verſus Vlmazolũ in canali Cingli; & poſtmodũ ad ciuitatẽ ad hoſpitale Rodulfi, noĩe, & vice pauperũ, & infirmorũ dicti hoſpitalis, & hoĩum ciuitatis, & noĩe, & vice dñarũ monaſterij de S. Dominico, & pro ipſo monaſterio; & vt vtilitatem aquæ habeant hoĩes ciuitatis, & pauperes, & infirmi dicti hoſpitalis, & de canali Claudinæ de Maládriano, & de canali D. Abbatis, & de canali cõis, quod Nauiliũ Taronis appellatur, q̃ decætero vnus ex militibus, ſeu ex ſocijs D. poteſtatis, teneatur habere cuſtodiã, & curam oĩum canaliũ decurrentium, & venientiũ in ipſos canales venientes ad ciuitatẽ; videlicet, prędictorũ oĩum de quibus ſupra fit mentio. Saluo, q̃ liceat, & licitũ ſit Gerardo de Blãchis ciui Parmæ, & ſuis hæredibus, extrahere de canale Cingli in terra de Gayono, vnum canaletum pro conducendo continuè ad domos ſuas, quas habet in terra de Antognano verſus Baganciam, pro abbeuerando beſtias ſuas, & irrigando, & adaquando prata ſua; dũmodo poſtea ipſã reducat in ipſum canale Cingli, ẽt de ſubtus a coteſſero olim molẽdini monaſterij S. Oldorici, dato q̃ ipſum accipiat deſuper a dicto coteſſero, poſito in dicta terra de Antognano, ſiue Gaiono; & hoc quouſq; ſuper ipſo coteſſero fiat, & conſtruatur molendinum aptum ad macinandum, quo caſu; videlicet, q̃ conſtruatur ipſum molendinum, ipſe Gerardus, & eius hæredes durante ipſo molendino, non debeat ipſum canaletum ducere, ſiue accipere deſuper a dicto coteſſero; niſi eidem Gerardo hoc permiſſum foret per alia iura, quæ iura penitus ſint ſalua, & illeſa dicto Gerardo, & eius hæredibus, tam in conducendo ipſum canaletum, q̃ aliàs in adaquando. Et qui ſocius D. poteſtatis teneatur a Kalendis menſis Maij in antea, vſq; ad Kalendas menſis Octobris ſequentis, ſingulis ſeptimanis ire ſuper ipſos canales, a ciuitate vſq; ad bucas vnde exeunt de fluminibus, ſemel ad minus; & procurare, q̃ aquæ veniant ad ciuitatem, & teneãtur facere deſtrui, & amoueri, ita q̃ non reficiantur, oẽs clauicas, ſeu cluxas quaſcunq; inuenerit, quomodocunq;, & cuiuſcunq; fuerint, & in quocunq; loco in dictis canalibus, vel aliquo eorum, per quos poſſit aqua deriuari ab ipſis, & omnes arbores, & oĩa alia, & ſingula nociua ad curſum dictæ aquæ dictorum canalium facere incidi, & amoueri per mediam perticam a qualibet parte riparum dictorum canalium; & ꝑdicta locum non habeant in cluſa, & buca, quam habet, & ſolitus habere eſt D. Petrus Ricius in dicto Nauilio, & ripa ipſius, in terra de Vigofertilis, per quam conducit, & conducere conſueuit aquam Nauilij ad ſuum molendinum, cum propterea non minuat̃ aqua dicti Nauilij, quominus integrè, & ſine aliqua diminutione veniat̃ ad ciuitatem Parmæ, immo abundantius, & magis continuè veniat ꝑpter operam, curam, & ſolicitudinem quam habet dictus D. Petrus circa aquã

dicti

dicti Nauili j occasione prædicta;nec etiam habeãt locum in canaleto du cendo per dictum Gerardum de Blanchis vt supra. Et prædictus socius,& notarius D.potestatis habeant iurisdictionem compellendi omnia,& singula communalia,ciues, & terrerios habitantes in contratis,per quas territoria dicti canales decurrunt,satisdare sub pœna,& banno eorũ arbitrio imponendis,q̃ non permittent extrahi,seu deriuari aquam de dictis canalibus per eorum territoria;& si aliqua villa,seu terra esset, per cuius territorium decurrent dicti canales,inhabitata,proximior villa,& hoĩes ipsius vt supra,teneantur satisdare de supra contentis pro dicta villa sic inhabitata;& etiam habeant iurisdictionem puniendi,& condemnãdi omnes, & singulos qui aquam deriuarent,vel extraherent de dictis canalibus;vel extrahi,vel deriuari facient in omnibus supradictis canalibus, secundum q̃ loquitur de canale Taronis,q̃ Nauilium appellatur,& nihil accipiant de scriptura dictę securitatis,nec de aliqua scriptura quam faciet in prędictis. Saluis semper quæ dicta sunt de clusa dicti D.Petri,& canaleto Gerardi de Blanchis;ita q̃ dictus D.Petrus teneatur,& debeat dictam aquam reducere in dicto canali.Et saluo,q̃ in diebus sabbati,& dominicæ, & alijs dieb' ordinatis in statutis,horis,& modis deputatis de alijs canalibus, possit adaquari,prout in suprascriptis,& infrascriptis alijs statutis cõtinetur,& hoc capitulũ sit præcisum;& prædicta omnia,& singula teneatur D. potestas, & debeat facere obseruari,in pœna,& banno libr. centum Parmẽ. de suo salario,in quibus per syndicos possit,& debeat syndicari.

Qualiter puniãtur tam ciues,quàm rustici qui extraxerint aquam de canalibus.

SI quis fuerit accusatus,q̃ extraxerit,vel extrahi fecerit aquam de canalibus,credatur sacramento eius qui accusatus fuerit,q̃ non extraxerit, nec extrahi fecerit,per se,nec per alium,nec de sua familia se sciente, vel qui extraxerit;& si hoc inuenerit,bannum ei non auferatur; & illi de familia iurent,si accusati fuerint ab eo,cuius est canale sine sacramento;& vbi probatum fuerit eam extraxisse,pars soluat bannum duplum,& quilibet teneatur manifestare;& prędicta locum habeant in ciuibus,& rusticis. Sed si custodes noluerint dicere per sacramentum,q̃ inuenerint rusticum in propria persona aquam extrahere,ei,vẽl eis credatur, nisi rusticus contrarium probauerit. Item q̃ quilibet custos canalis teneatur sacramento petere pignus ab eo,qui de ipso canali squarzasset,siue aquam de canali extrahi fecisset,vel extraxisset; & si non dederit pignus, faciat eum venire coram Domino Potestate,siue eius iudicibus,aut eum coram ipsis accusare;& hoc infra octo dies quos dixerit eum fecisse prædicta, alioquin non recipiatur eius accusatio.

Qua-

Qualiter quis possit facere camparios in canali, in quo ius habet, & de aqua diuidenda.

STatutum,& ordinatum est,q̃ si commune,collegium, vel vniuersitas,vel aliqua persona,quæ habet,vel in futurũ habebit aliquod canale in epatu Parmæ,q̃ D.potestas,& quilibet alius eius officialis,teneatur,& astrictus sit ad requisitionem cuiuslibet,& quorumlibet habentis, vel habentium ius in dictis canalibus,compellere, & constringere quemlibet,& quoslibet,habentem,seu habentes ius in dictis canalibus absq; lite,& petitione,summariè,sine strepitu,& figura iudicij, absq; datione alicuius cõsilij generalis, ad reparationem,& remondationem dictorũ canalium,& ad faciendum pontes,& naues opportunos,& opportunas pro ductu dictæ aquæ,& ad metituram dictæ aquæ; & ad faciendum quaslibet expensas necessarias pro ductu dictæ aquæ,soluendo quilibet pro rata iuris,q̃ habuerit in dictis canalibus ; & q̃ habentes prata magis propinqua fluminibus,de quibus hauritur,seu extrahitur aqua dictorum canalium, teneantur,& astricti sint ad faciendum omnes expẽsas necessarias pro ductu dictæ aquæ,sicut habentes prata magna longinqua a dictis fluminib';& q̃ quilibet qui habuerit ius in dictis canalibus,possit,& ei licitum sit facere vnum camparium specialem, seu plures pro custodiendo dictã aquã dictorum canalium,qui camparius,& camparij possint, & possit accusare,& denunciare omnes homines deriuantes aquam de dictis canalibus, eo die quo aqua erit ipsius,qui fecerit dictum cãparium,etiam si deriuans ipsam aquam fuerit de habentibus ius in ipso canali.Et quia sæpè,& sępius quæstiones ortę sunt inter homines habentes agere,& habitantes in terris superius,& magis proximis bucis canalium,& homines habitantes,& agere habentes in terris inferioribus,& longioribus a bucis canalium,occasione diuidendi aquas. Statutum, & ordinatum est,q̃ aquæ canalium diuidantur singulo anno de mense Martij per dies,causa adaquandi inter villas prædictas secundum numerum terrarum cuiuslibet villæ;& q̃ D. potestas teneatur hoc facere obseruari,& dictam diuisionem facere fieri ad instantiam cuiuslibet petentis,sub pœna libr.xxv.Parmẽ.de suo salario, in quibus syndicetur per syndicatores;& prædicti camparius,seu cãparij eligi debeant,per habentem,vel habentes ius in dictis canalibus de mense Februarij quolibet anno,& qui camparius, seu camparij teneantur coram D.Vicario D.potestatis Parmæ ad bancum reformationum de mense Februarij prædicto,iurare facere,benè,& diligenter, & sine fraude omnia quæ spectant ad eius,seu eorum officium;& si prædicti camparius,seu cãparij reperti fuerint fraudem committere in prædictis,puniantur, & condemnentur in soldis centum Parmen.pro quolibet, & qualibet vice; & credatur,& credi debeat dictis campario,seu camparijs,pro vt creditur,& credi

HAYKOBA BIBLIOTEKA

credi debet alijs camparijs villarum episcopatus Parmæ, secundum formã præsentium statutorum communis Parmæ.

Quòd aquæ possint extrahi de fluminibus, & canalibus nõ faciendo damnũ, nec imbrigamentum alijs.

QVælibet persona secularis, locus, seu villa ciuitatis, seu episcopatus Parmæ possit extrahere, & plenam licentiam habeat extrahendi aquam de fluminibus, & canalibus, non faciendo detrimentum, nec imbrigamentum alijs canalibus, nec molendinis in alijs canalibꝰ factis, & specialiter in molendinis factis in canali de Blanconesio, quod extrahitur de flumine Taronis, neq; ipsi canali Taronis; & salua ratione D. Episcopi, omnium personarum, & locorum habentium ius in dictis canalibus, & fluminibus; & saluo statuto communis, & molendinorum, quę sunt in canalibus communis; & habentes arbores, seu plantas in ripis canalium ciuitatis, seu episcopatus, vel aliud imbrigamentum occasione ligni, vel clusarum factarum in ipsis canalibus, vel alia occasione, per quod imbrigamentum impediatur aqua decurrere ad molendinum, vel molendina in ipsis canalibus existentia, teneantur infra mensem ex quo fuerint requisiti auferre; & qui contrafecerit, vel imbrigauerit, & imbrigamẽtum non abstulerit, soluat pro banno x. sold. Parmen. & damnum emendet; & hoc etiam locum habeat in lacubus, & in fontanis; ita tamen, quòd non debeat fieri hoc, sine voluntate illius cuius fuerint lacus, vel fontana; & si aliquis dederit damnum alicui occasione ducendi aquam, debeat incontinenti damnum emendare illi, cui fecerit, nullo libello dato, nec obseruata iuris solemnitate; sed emendare tale damnum cogatur, & sacramento illius tantum, qui dixerit illud damnum sibi factum, credatur, vsq; in quantitate libr. trium Parmen. & potestas puniatur in quinquaginta libr. Parmen. si non obseruauerit omnia, & singula, quæ in suprascriptis capitulis continentur.

De pœna illius qui destruxerit aliquam viam causa ducendi aquam.

NEmo audeat, vel præsumat conducere aquã de aliquo canali, ducendo ipsam aquam per aliquã stratã, seu viã publicã ad aliquem pratum, seu campũ, per quam aquã dicta strata, seu via impediat, seu peioretur, quominꝰ homes cum plaustris, bestijs, & personis commodè possint ire, & redire, ac si aqua non esset ducta, seu non duceretur in ipsam stratam, seu viam; & intelligatur via publica, per quam homines publicè vadunt, & ire consueuerunt; & si quis contrafecerit, condemnetur p quolibet, & qualibet vice, in sold. centum Parmen. & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, & credatur accusatori cum vno teste, & teneatur secretus ad suam voluntatem.

Qua-

Qualiter, & quid obseruare debeat, qui per aliquem locum canalem aliquem duxerit.

SI aliqua vniuersitas, vel singularis persona habuerit, vel ducere cõsueuerit aliquẽ canalẽ de aliquo flumine epatus Parmæ, & aliquis ciuis, seu districtualis fecerit, vel faciet decætero aliquẽ canalẽ, per quem impedit ductus aquæ prioris canalis, potestas teneatur facere expediri, & expeditã teneri omni tpe bucã, ductũ, & lectũ canalis primo facti; & remoueri facere omne opus factũ per aliquẽ dñm, seu per aliquẽ aliũ, vnum, vel plures, secundi talis canalis, nõ obstante pscriptione x. annoꝝ; & nulli personæ liceat decætero aliquẽ canalẽ ducere, vel duci facere per fundũ alterius, seu terrã, nisi primò satisfecerit de suo dãno illi, cuius fuerit terra per quã ire debebit canalis, quod dãnum æstimari debeat per tres bonos viros cõiter eligendos, siue per maiorẽ partẽ ipsoꝝ; & quilibet possit, & ei liceat cõducere per fundum, seu terram alterius canale, si soluere voluerit, vel seꝑatũ soluere obtulerit cũ effectu, damnũ quod æstimatũ fuerit vt supra, sine contradictione, vel impedimento illius, cuius fuerit fundus, vel terra prædicta; & hoc se extendat ad præsentia, & futura, & sit ita præcisum, ꝙ non possit absolui, corrigi, vel aliter mutari, nisi vt littera sonat.

De eodem de pontibus fiendis.

ITem ꝙ quælibet vniuersitas, & singularis persona, ad cuius vtilitatem spectat ductus aquæ canalis, & etiam quæ talem aquam ducit, si cõtingat aliquã stratã, seu viã rũpere, omni exceptione cessante compellatur sm̃ formam statutoꝝ, ad pontẽ faciendũ suis expensis super tali strata, seu via, de lapidibus, & calcina, in qua pons non fuerit in tali strata; non obstãte aliqua exceptione, vel longitudine tpis parua, vel magna, & etiam non obstante consuetudine ducendi aquam per ipsam stratam, seu viam, sine grauitate faciendi pontem in vijs, & in stratis, quæ ruptæ sunt, in canalibꝰ per quos labitur talis aqua, quæ exceptiones, & consuetudines in aliquo non possint obstare, quominus fiant ipsi pontes modo prædicto.

Quòd quilibet habens prata, & terras in episcopatu Parmæ, quas adaquet, vel adaquare intendat, teneatur facere cauare fossata, & facere aggeres suis expensis.

QVilibet homo ciuitatis, vel episcopatus Parmæ, vel aliunde vndecunq; sit, habens terras, & possessiones, vel prata in epatu Parmæ, qui adaquet, vel adaquare intendat, teneatur, & debeat, & etiã compellatur per D. potestatem Parmæ cauare fossatum, siue foueã in terra sua, & de terra sua, & super terra sua aggerem facere suis expensis; & hoc ne aquę damnum faciant terris circunstantibus; & si quis occasione ducendi

aquam, vel adaquandi, damnum dederit alicui persónæ, damnum passo debeat emendare, & de damno credatur cuilibet ciui Parmæ cum sacramento, vsq; in libr. tribus Parmeñ.

Qualiter qui duxerit aliquod canale iuxta domos, vias, vel terras alicuius, teneatur ipsa canalia aptare, ne damnum alicui inferatur.

AD vtilitatem hominum ciuitatis Parmæ, & episcopatus. Statutum est, quòd si aliquod canale, vel aquæ ductus in ciuitate, vel episcopatu Parmæ ducitur iuxta vias publicas, terras, vel domos alicuius, omnes, & singuli cuiuscunq; conditionis existãt, ad quos spectat vtilitas dictæ aquæ ducendæ, teneantur infra tertiam diem postquàm requisiti fuerint ab aliquo, ipsum canale, vel aquæ ductum ita aptare, & labi facere, vt nullum dãnum amplius det in ea strata, terra, vel domo, in qua damnum daret dictum canale, vel aquæ ductus; & facere inglarari stratá, seu viam infra xv. dies postquàm requisiti fuerint; & si quis fuerit negligés, vel remissus in prędictis, condemnetur in x. libr. Parmeñ. & quilibet possit accusare, & habeat medietatem bãni. Et insuper si aliquis duxerit aquam per fossatum alterius, teneatur ipsum fossatum cauare, & cauatum manutenere suis expensis, & ad sic faciendum compelli possit, & debeat per D. potestatem, & quoslibet eius officiales.

Qualiter septa molendinorum canalium ciuitatis Parmæ penes strattas, debeant coperiri, & tasselari expensis illorum, quorum sunt dicta molendina.

AD euitandum periculum infantium, qui perire possent ad cotesse ros molendinorum canalium ciuitatis Parmæ; & ne decætero pereant, statutum est, q̃ omnia, & singula molendina, & septa eorũdem, quorum aquæ ductus labuntur per ciuitatem penès stratas ciuitatis, infra secundum mẽsem potestariæ potestatis, potestas teneatur, & debeat facere coperiri, & tasselari, vel aliter aptari expensis illorum quorum sunt; ita q̃ decętero aliquis infans perire non valeat, sub pœna, & banno cẽtum sold. Parmeñ.

De pontibus fiendis, & reaptandis super canalibus, decurrentibus per ciuitatem Parmæ.

AD tollendum multas cõtentiones, & altercationes ab hinc retrò, pro constructione, & reaptatione pontium existentium in stratis publicis, super canalibus decurrentibus per ciuitatem; & ad hoc, vt quotienscunq; fuerit opportunum D. potestas Parmæ, & eius officialis

dis possit facere fieri, seu reaptari ipsos pontes; statutum, & ordinatum est, quòd possessores cuiuslibet molendini existentis in canali maiori ciuitatis, intus ciuitatem, vel propè ipsam ciuitatem per vnum miliare; & mulinarij habitantes in eo, expensis ipsius molendini, teneantur, & debeant facere fieri, manutenere, & reaptare primum pontem sequentem ipsum molendinum, a parte inferiori existentem, in strata, seu via publica; & q̃ omnes alij pontes existentes super dicto canali, in stratis, seu vijs publicis intus ciuitatem, excepto ponte de strata S. Christinæ fieri, reaptari, & manuteneri debeant expensis ipsorum molendinorum, pro medietate expensæ per vniuersitatem dominorum, & seu possessorum omnium molendinorum existentium in dicto canali, seu macinantium ex dicta aqua dicti canalis intus ciuitatem; & quòd altera medietas expensæ fiat per vicinos viciniæ, seu viciniarum, in qua, seu quibus erit pons, vel pontes sup stratis, aut vijs publicis, necessarijs, aut necessarij fieri, vel reformari; & hoc quoniam ipsi domini, & possessores molendinorum vtilitatem consequuntur ex ipsis molendinis, & ẽt quia vicini viciniæ per quas labitur ipse canalis, ex transitu aquæ habent aliquam vtilitatem, & etiam habebunt diligẽtiorem curam ipsorum pontium. Pons autem super strata magna de S. Christina, fieri debeat expensis communis Parmæ, vt etiam alibi in volumine præsentium statutorum fit mentio. Quæ autem dicta sunt supra de pontibus fiendis, reaptandis, & manutenendis, habeant locum in pontibus existẽtibus in stratis, seu vijs publicis super alueo, seu lecto magistro dicti canalis. Pontes autem alij existentes in vijs, seu stratis publicis canalium aliorum, seu canaletorum, qui deriuantur ex ipso canali maiori, fiant, reaptentur, & manuteneantur expensis vicinorum, & viciniarum in quibus sunt, seu esse debent ipsi pontes; & omnia quæ suprascripta sunt super pontibus fiendis, manutenendis, & reaptandis super alueo, seu lecto magistro dicti canalis maioris, & alijs canalibus quæ deriuantur ex eo, similiter locum habeant, & seruentur in totum in pontibus existentibus super alueo, seu lecto magistro canalis communis intus ciuitatem, & canalibus alijs quæ deriuantur ex eo. Pons autem existens extra, & propè portam nouam super lecto magistro dicti canalis communis, fiat, manutenea tur, & reaptetur expensis communis Parmæ. Pontes autem existentes, seu esse consueti in vijs, aut stratis publicis super canale abbatis, fiant, reaptentur, & manuteneantur expensis vicinorum viciniarum, in quib⁹ sunt, seu esse consueuerunt ipsi pontes. Saluo quàm pontes existentes super dicto canali in strata magistra, per quam itur a plateis ad portã S. Michaelis, qui pontes fieri debeant expensis communis Parmæ, vt etiam alibi in volumine horum statutorum fit mentio. Canalis ipse abbatis remondari debeat, & remondatura exportari expensis confinantium dicto canali, & in vijs, seu stratis publicis remondari debeat, & remõdatura exportari ex-

pensis vicinorum viciniarum, per quas labitur ipse canalis; intelligendo, q̃ ipsi vicini solum modo, & non alij qui confinant dicto canali, seu per quorum domos, curias, aut hortos labitur ipse canalis, teneantur ad dictũ canale, quantum se extendunt viæ, seu stratæ publicæ ad remondandum, & remondaturam exportandum.

Item super canale Taronis, qui labitur per ciuitatem Parmæ in Capite pontis, pontes existentes in vijs, seu stratis publicis super dicto canali, seu soliti esse, fiant, manuteneantur, & reaptentur expensis vicinorum viciniarum, per quas labitur ipse canalis; & idem obseruetur, & fiat de pontibus existentibus, & solitis esse in vijs, seu stratis publicis super canalibus, qui deriuantur ex alueo, seu lecto magistro dicti canalis.

Item super canale Cingli qui labitur per ciuitatem Parmæ in Capite pontis, pontes existentes super dicto canali in vijs publicis; videlicet pons vnus in introitu ciuitatis, & propè portam S. Francisci, pós existens penes casamentum illorum de Vgorubeis, pons propè molendinum Chiozæ, pons super strata S. Basilidis, pons propè ecclesiam fratrum Humiliatorũ fiant, manuteneantur, & reaptentur pro medietate expensæ per vniuersitatem dominorum, & seu possessores molendinorum existentium in dicto canali, seu macinantium ex aqua ipsius intus ciuitatem; & pro altera medietate expensæ per vicinos viciniæ, seu viciniarum, in qua, seu quibus erit pons, aut pontes super stratis, aut vijs publicis, necessarijs, aut necessarij, fieri, vel reaptari; & hoc de pontibus tantum existentibus super alueo, seu lecto magistro dicti canalis. Pons autem existens super dicto canali in strata magistra, per quam itur a plateis ad portam S. Crucis fiat expensis communis Parmæ, vt alibi in volumine horum statutorum fit mentio.

Pontes insuper existentes super canalibus qui extrahuntur de dicto canali, fiant, reaptentur, & manuteneantur expensis vicinorum viciniarum, per quas labuntur ipsi canales.

Item dictus canalis Taronis, & canales qui de eo extrahuntur intus ciuitatem, & dictus canalis Cingli, & canales qui de eo deriuantur intus ciuitatem, remondentur, & remondaturæ exportentur expensis illorum, qui confinant dictis canali, & canalibus, & in omnibus, & per omnia pro vt dictum est de canali abbatis.

De factis suppressis in certis partibus canalium, qui veniunt ad ciuitatem.

CVm suppressæ factæ sint, seu impedimenta, & fiant in certis canalibus, seu partibus canalium, qui per ciuitatem veniunt, propter q̃ aqua canaliũ liberũ decursũ habere non possunt, sed fundũtur per domos ciuitatis, & stratas, & maximè tpe hyemali, & gelantur ipsæ aquæ sic diffusę, ita q̃ nec equi, nec boues cum carris, nec aliæ bestiæ per ciuitatem

tem ire possunt; potestas teneatur tales suppressas, & tales occupationes, seu impedimenta facere extrahi retrò, & impedimenta facere auferri per eos, qui ea in ipsis fecerunt, & super ipsis canalibus habent, infra tertiam diem postquam fuerit denunciatum potestati, vt aquæ canalium liberum suum habere possint decursum.

Itẽ potestas teneat̃ pontes, qui, & quæ impediunt canalia decurrere, facere leuari, & adalzari, ita q̃ aqua per canalia liberũ habeant decursum.

De his qui adalzant molendinum, seu cotesserum.

SI quis leuauerit molendinũ, seu adalzauerit cotesserũ vltra antiquũ statũ, in ciuitate, vel ep̃atu Parmæ puniatur in libr. xxv. Parmeñ. si ex hoc aliquis lædat̃, & conquæratur ille qui asserit pati damnũ, & in scriptis, vel oretenus corã D. potestate; & vlterius teneat̃ prædictũ molendinũ, & cotesserũ reducere ad antiquũ statum infra octo dies, post q̃ sibi fuerit præceptum per D. potestatẽ Parmæ, vel aliquem ex officialibus suis, q̃ si non fecerit infra ipsum terminũ, iterũ puniat̃ in simili pœna; & nihilominus soluta dicta pęna ad dictũ cotesserum sic reducendũ protinus compellat̃, & nihilominus teneat̃ ad p̃dicta, ex quo ei requisitum fuerit infra mẽsem.

Qualiter colligi debeant aquæ, quæ cadunt de canalibus, & aliunde inter stratam de stradella, & religionem.

POtestas teneatur facere colligi aquas, quę vadunt, seu decurrunt per canalia, & ẽt aliunde inter stratã de religione, siue de porta noua, & stradellã; & facere eas duci expensis infrascriptorũ per fossatum adhærentem viæ, seu stratæ confinanti redofossõ, per quam viã, seu stratam itur a porta noua ad portã de stradella; & hoc vsq; quo fuerit propè portã de stradella, & ibi ipsas poni facere in canali abbatis, ad hoc vt integraliter veniat in ciuitate; & hæc omnia expẽsis illorum, per quorum domos, hortos, curias, aut casamenta, vel iuxta quæ labitur ipse canalis abbatis in ciuitate Parmæ; videlicet, per quemlibet, tantum, quantum durat suum in ciuitate, & pro rata; & ad prædicta omnia facienda compellatur quilibet per D. potestatem Parmæ, & prædicta omnia fieri facere teneatur dictus D. potestas infra mẽsem, postquam fuerit requisitus, sub pęna libr. xxv. Parmeñ. de suo salario.

De canale Cingli qui venit per hospitale Rodulfi.

POtestas sacramẽto præciso teneatur facere, q̃ canale de Cinglo qui venit per hospitale Rodulfi habeat illud ius, & auxilium decætero in flumine, & de flumine Parmæ, q̃ solitus est habere ab hinc retrò, ad hoc vt pauperes qui ibi hospitantur, habere possint necessaria cum maiori honestate dicti hospitalis.

Item nemo in ciuitate, vel burgis, per contratas per quas labitur dictus canalis, ponat aliquod imbrigamentum impediens cursum aquę, nec spazaturā, nec lętamen, nec lapides, in pœna xx. sold. Parmeñ. pro quolibet contrafaciente, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, & credatur accusatori.

Quòd licitum sit cuilibet remouere canalem de campo suo, & ducere vbi voluerit.

QVilibet qui habet campum per quem vadat canalis, possit ducere ipsum canalem per quam partem fundi sui voluerit suis expensis, sine præiudicio alicuius, reducendo ipsum ad lectum suum.

Quòd licitum sit cuilibet remouere viam, quæ est apud possessionem suam.

SIt licitū cuilibet remouere viā, quæ est apud cāpum suum, & dare eam super suū; dū modo non sit magis longa, & non deterioretur, nec alicui auferatur; & hoc non habeat locum in stratis publicis.

De aqua canalis qui labitur in vicinia S. Mariæ templi, per medium stratæ, redigenda in lectum dicti canalis.

TOta aqua quę extrahitur de canale de Capite pontis, qui labitur per mediā stratam cōis in vicinia S. Mariæ de templo, debeat redigi in lectum dicti canalis, quando ipsa aqua fuerit extra ipsam ciuitatem, & burgos, expensis illorum ad quos spectat vtilitas.

Qualiter homines de burgo S. Ioannis possint extrahere aquam de canali S. Christinæ.

LIceat hoībus stantibus, habitantibus, & domos habentibus in burgo S. Ioan. à serò dicti burgi, extrahere paucū aquæ de canale, quod labitur per burgū S. Christinę inter domū, quæ tenetur per illos de Schiaparellis pro andronis domorum suarū purgandis, & abluendis, conducenda aquā prædictam in canale, quod labitur per ipsum burgum S. Ioannis retrò domos hæredū quondam Iacobi de Arzentarijs; & hoc fiat expensis ipsorum hominum, ad quos dictæ aquæ spectat vtilitas.

Qualiter illis de contrata S. Pauli, & S. Nicolai, concedi debeat de aqua canalis monasterij S. Pauli.

POtestas teneatur concedere more consueto hominibus de contrata S. Pauli, & S. Nicolai, quando necesse fuerit, tollendo eam per cōsuetum lectum propè domum prioris; & hoc fiat sine damno dicti monasterij, & molendini ipsius quæ modo sunt in ipso canali.

De

De canale quod labitur per burgum Ronziorum.

ALiquādo accipiatur de canale quod labitur per Burgū Ronziorum, vnus canaletus inter domum Carissimorum, & domum Raschacij Albergatoris, qui canaletus decurrat, & lauet dugariam, siue Andronam, quæ decurrit inter burgum de Ranzijs, & burgum Pechafarinæ, & appellatur burgum stratæ, seu illorum de Guarimbertis, reuertendo aquam dicti canaleti in canale Ronziorum; tollendo, & repellendo alium canaletum, qui accipitur ante portam ecclesiæ S. Ciciliæ; & vt per claustrum, & stratam ipsius possint homines melius proficiscī tempore opportuno, leuando planellatum a domibus Carissimorum vsq; ad ecclesiam ad liuellum.

Qualiter riolus qui labitur per viciniam S. Quintini ad S. Christinam, debeat planellari, & liuellari.

RIolus qui venit, & labitur per viciniam S. Quintini ad S. Christinam, debeat planellari, & liuellari ad liuellum ab illo loco vbi extrahitur de canali, vsq; in canale qui vadit per burgum S. Christinæ, per illos quibus dictus riolus vadit ante domum, vel domos; & potestas hoc facere fieri teneatur ad denunciationem cuiuslibet, & si non fecerit, soluat pro banno libr. xxv. Parmeñ. & bannum cuiuslibet qui proiecerit aliquam spazaturam, vel aliquod impedimentum, vel paleam, vel aliquid aliud in ipso canali, sit viginti soldorum Parmeñ. & quilibet possit accusare, & habeat medietatem bāni; & potestas teneatur facere eligi vnum accusatorem, qui habeat auctoritatem accusandi contrafacientes, & habeat medietatem banni; & fieri debeat vnus murus de lapidibus, & calcina, vnde exit dictus riolus a Capite pontis, vsq; ad angulum bucæ, vbi intrant equi, & ibi in dicto muro ponatur vnus lapis, qui habeat vnum foramen vnde exeat, & exire debeat conueniens, & decens, & consueta aqua, quæ venire debeat per riolum prædictū; & hoc propter abundantiā aquę, quæ exit de dicto canali, quæ taliter impedit, & supponit viam prędictam, & vix aliquis ire potest, & prædicta omnia, & singula fieri debeant expensis omnium, & singulorum quibus dictus riolus vadit ante domos, & credatur sacramento accusatoris cum vno teste.

De canaleto ab angulo turris lanæ, vsq; ad Nauilium per plazolam de S. Barnabeo, & burgum Episcopi defendendo; & de pœna deriuantis aquam ab ipso.

POtestas præcisè, & vinculo sacramenti teneatur, & debeat manutenere, & defendere canaletum, qui vadit ab angulo turris artis lanæ per plazolam, & a S. Barnabeo per stratā rectā, & per burgum Epi, &

non pati, q̃ aliquis deriuet ipsum canaletum, seu extrahat de lecto ipsius canaleti tempore aliquo a dicto canaleto vsq; ad ripam Nauilij, pœna, & banno x. sold. Parmen̄ pro quolibet, & qualibet vice. Saluis vicinis de burgo prædicto Episcopi, qui ab antiquo extraxerunt; & q̃ per directum viarū per quas dictus canaletus, seu aqua eius potest deriuari, vicini qui habent domos ad ipsas vias, teneantur sic leuata tenere planellata, q̃ aqua de ipso canaleto exire, vel deriuari non possit; & hoc si non fecerint, seu facere recusauerint vicini habentes facere ad dictum canaletum, & ante quorum domos vadit, & etiam damnum inde recipiētes, possint, & eis liceat, dicta planellata, & ripas in capitibus dictarum viarum, & alibi vbicunq; deriuaretur, taliter leuare, inglarare, & planellare de lapidibus, glarea, & quadrellis, & cuppis, & trabibus, q̃ aqua de ipso lecto extrahi, seu deriuari nō possit; & q̃ nemo possit, seu debeat proijcere, seu proijci facere in ipsum canaletum aliquem ruscum, seu lætamen, vinacium, imbrigamentum, seu terracium, seu paleas, ad pœnam, & banno x. sold. Parmen̄. pro quolibet, & qualibet vice; & si fuerit remondatura dugariæ, vel andronæ centum sold. Parmen. p quolibet, & qualibet vice, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni; & nihilominus consules viciniarum per quas dict⁹ canaletus vadit, sacramento teneantur accusare contrafacientes, & accusatores teneantur secreti; & hæc omnia locum habeant in omnibus canalibus ciuitatis.

De ripalibus canalium ciuitatis manutenendis.

STatutum, & ordinatum est, q̃ quilibet per directū suū, teneatur, & debeat aptare ripalia oīum canaliū ciuitatis Parmæ, & aptata manutenere de quadrellis, & calcina; & officialis D. potestatis quando ibit per ciuitatem causa officij exercendi, videat, & inquirat de dictis ripalib⁹ dictorum canaliū ciuitatis, & vbi necesse fuerit, q̃ aptari debeāt, compellere debeat illos quor̄ sūt ripalia, ipsa aptare, & aptata manutenere. Saluo, q̃ hoc locum non habeat in ripalibus canalis cōis labentis per burgū Assidum, a molendino S. Pauli de subtus infra quantum se prætendit dictus burgus; videlicet, in ripalibus tantum ipsius canalis a latere versus stratam publicā dicti burgi, quæ ripalia a dicto latere stratæ prædictæ fieri debeant expēsis dominorum molendini prædicti S. Pauli.

De expedienda via de burgo D. Episcopi, vsq; in fundo Nauilij.

POtestas teneatur facere, q̃ via cui dicitur Burgus Epi positus in vicinia S. Trinitatis apud ripā Nauilij, debeat esse ampla, & disgóberata, & stare expedita vsq; ad fundum Nauilij; & nemo aliquod imbrigamentum teneat, & si habeat, vel habuerit, auferrat; & qui hoc non fecerit, soluat pro banno pro qualibet vice sold. x. Parmen̄.

De

De canali concedendo fratribus Minoribus.

POtestas teneatur sacramento concedere fratribus Minoribus canale quod vadit per burgum D. Episcopi, vt possint conducere ipsum in hortum D. Episcopi ad domum eorum; & hoc faciant eorum expensis, si placuerit Vicario D. Episcopi.

De superstante eligendo super flumine Parmæ, ne damnum inferat alicui.

AD honorē, & vtilitatem cōis, & hoīum, terras, & possessiones habentiū a ciuitate inferius, vsq; in terrā de Colurnio ab vtraq; parte fluminis; & ne ipsum flumen Parmæ propter arbores, & stirpes in lecto ipsius, & ripa existentes, terras ibi propè inundet; & ad hoc q̃ ex ipsis terris vtilitas haberi possit, D. potestas teneatur vinculo sacramenti, in pœna, & banno centū librar̄ Parmen. omni anno de mense Augusti eligi facere per p̄sidentes cōis Parmæ vnū superstātē bonū, & legalē, qui facere habeat in cōtratis in quibus dictū flumen damnū reddit, qui talis superstans teneatur sacramento præciso, sub pœna libr. quinquaginta Parmen. incidi facere per totū mensem Septēbris proximè sequentis, omnes arbores, & stirpes in ipso lecto fluminis existentes, a fundo fluminis p̄dicti vsq; in ripa a villa S. Donini ripæ Parmæ inferius, vsq; in dicta terra de Colurnio; & ad hoc vt dāna ex impetu, & inundatione dicti fluminis occurrentia euitētur; qui superstans habeat arbitrium, & bayliā compellendi quoslibet ad sic incidendū, & inobedientes mulctandi, & condemnandi vsq; in quantitatē libr. trium Parmen. pro quolibet, applicanda cōi; & nihilominus talē inobedientem compellat ad sic faciendum, quandocunq; infra terminum congruum sibi ad hoc consignandum sub eadem pœna; & sic succes siuè de termino in terminum, quousq; dictus inobediens fecerit, q̃ debuerit. Qui superstans habere debeat libr. v. imperialium pro quolibet mense pro suo salario, expensis illorum qui confinā dicto flumini pro rata terreni, secundum taxationem, & declarationem inferius comprehensam in statutis aggerum; & potestas teneatur p̄stare dicto superstanti auxilium, & fauorem, quod ad hoc duxerit requirendum; & ad soluendū salarium superstantis, & ad perfectionem prædictorum compelli possint, & debeāt mezadri dominorum non subiectorum.

De vna naui manutenenda in flumine Hentiæ.

POtestas teneatur sacramento præciso compellere homines de Casalitono, manutenere suis expensis vnam nauim in dicta villa in flumine Henciæ, sicut hactenus consueuerunt; & q̃ pro dicta naui ibi enenda commune Parmæ nihil petere possit.

De

De aggeribus fiendis, reaptandis, & manutenendis.

AD hoc vt ciues, & diſtrictuales Parmæ poſſint, & valeant percipere, & habere fructus, & redditus ex ipſorum terris; & ne ipſæ terræ ex inundatione aquarum fiant inutiles; & ad hoc vt obuietur, ne ex ipſis inundationibus aquarum fluminum epiſcopatus Parmæ ipſæ terræ deuaſtentur, & pro vtilitate perſonarum habentium terras; quę poſſent damnum veriſimiliter reportare ex aqua dictorũ fluminum; & ad hoc vt ipſa flumina non exeant lectos ſuos, & vt repararetur per modum aggerũ damnis, quæ ciues, & diſtrictuales prædicti inde reportarent; & vt prędicti aggeres fiant, reaptentur, & manuteneantur ad euitandum damna prædicta; & vt habeatur notitia qui teneantur ad faciẽdum, reaptandum, & manutenendum ipſos aggeres, & ſic velociter poſſint compelli ad ipſos aggeres faciendum, reaptandum, & manutenendum. Statutum, & ordinatum eſt, q̃ in partibus infraſcriptis, & ſecũdum modum infraſcriptum, & q̃ infraſcripta fiant, & obſeruentur prout inferius eſt diſpoſitum; videlicet.

Primo, q̃ cum flumen Hencię a parte de vltra Henciam dicti fluminis a villa de S. Eulalia epiſcopatus Parmæ infra, ſolitum ſit exire in multis partibus lectũ ſuum, & immenſa dãna facere; aggeres dicti fluminis Henciæ a parte de manè dicti fluminis, incipiẽdo de ſubtus a villa de S. Eulalia epiſcopatus Parmæ, & paucum deſuper a domibus villæ de Tadabio, ſiue de ponte Henciæ dicti epiſcopatus, vſq; ad ſtratam per quam itur a Parma Regium; & ſubſequenter eundo per ipſam villam de Ponte Henciæ ad villas de Fontanellis, de Gatatico, de Flexio, de Caſalitono, de Sorbulo a parte de vltra Henciam, fiant, reaptentur, & manuteneantur, & fieri, reaptari, & manuteneri debeant cõiter per infraſcriptas villas, & homines habitantes, & habentes terras in ipſis villis, & modo infraſcripto; videlicet, q̃ in quacũq; parte dictarum ſupraſcriptarum villarum, & cuiuſlibet ipſarum continuando, fiat, ſiue reaptetur, & fieri, ſeu reaptari debeat; & factus, ſeu reaptatus manuteneat, & manuteneri debeat, q̃ longius ipſi flumini Henciæ commodè fieri poterit, agger bonus, & ſufficiens pro obſtando, retinẽdo, & reparando, ne aqua dicti fluminis Henciæ exeat in aliqua parte dictæ villæ lectum ipſius fluminis: & hoc expẽſis, & ad expenſas infraſcriptæ villæ, & hoĩum habitantium, & habentium eorũ terras in eis, & per modũ inferius deſcriptũ; & q̃ in quacunq; parte, ſeu partibus ſupraſcriptarum villarũ, ſeu alicuius ipſarũ, opportunũ fuerit, vt ipſe agger fiat, ſeu reaptetur, & manuteneatur, prædictæ infraſcriptæ villæ, & homines in eis habitantes, & in eis terris habentes, & per modũ infraſcriptum; ſiue ſuperiores, ſiue inferiores, ſiue tranſuerſales ſint ipſæ villæ, cõiter teneantur ad ipſum aggerem in ipſa parte, ſeu partibus faciendum, reaptandum, & manutenendũ; intelligendo ſemper, q̃ de aggeribus hinc retrò factis nõ debeat aliquid aliquid alicui compenſari; vt quæſtiones tollantur, & vt expeditio detur ipſis aggeribus velocius modo infraſcripto; videlicet, q̃ homines omnes habitantes in ipſis villis infraſcriptis, pro perſonis ipſorum tantum, intelligendo tantum de perſonis maſculis, & ætatis annorum quattuordecim, & ab inde ſupra vſq; ad ſeptuaginta annos, teneantur ad expenſam dicti aggeris fiendi, & reaptandi, & manutenendi in villis ſupraſcriptis, & qualibet ipſarum, & in quacunq; parte ipſarũ, & cuiuſlibet ipſarum cõiter pro quinta parte dictæ expenſæ, faciendo compartitionem de prædictis inter eos per capita, & ſecundum capita ipſorum hoĩum dictæ ætatis; & homines tã dictarum villarum, & locorum, q̃ etiam ciues, & diſtrictuales Parmæ, & tam clerici, quàm laici habẽtes terras in ipſis infraſcriptis villis, ſeu aliqua ipſarum. Saluo eo quod infra continetur, & tam pro ſe, quàm q̃ beneficijs ſuis, quàm ẽt aliter teneant ad ipſam expenſam dicti aggeris fiẽdi, & reaptandi, & manutenendi vt ſupra, pro quattuor partibus dictæ expẽſæ; videlicet, quilibet pro rata terrarũ, quas in ipſis infraſcriptis villis, ſeu aliqua ipſarum habet, tam pro ſe, quàm & vt ſupra; hoc modo ſcilicet, q̃ qualibet bobulca terræ laboratæ, tàm ſeminatæ, quàm in culturis, ſiue in ſtopia denarios tres; & pro qualibet bobulca prati, quod ſegatur, ſeu veriſimiliter aptum ſit ad ſegandum denarios duos; & pro qualibet bobulca terræ ſaldiæ, boſchiæ, aut paſculatiue intus tantum ab ipſo aggere denariũ vnũ; & ſic aſcenſiuè, & deſcenſiuè, pro vt aſcendet expenſa inde fieri neceſſaria; & hoc in quacunq; parte dictarũ ſupraſcriptarũ villarum, ſeu alicui⁹ ipſarum, fieri, & reaptari, aut manuteneri debeat, ſeu neceſſe ſit ipſe agger. Quæ quidem villæ, & habitantes in eis, & qualibet ipſarum teneantur q̃ quinta parte expenſæ prædictæ; & habentes terras in eis, & qualibet ipſarũ pro quattuor partibus dictæ expenſæ; ſcilicet, quilibet pro rata teneatur ad faciendum, reaptandum, & manutenendum ipſum aggerem in villis prædictis, & qualibet ipſarum; & ad expenſam ipſius aggeris ſunt hæc; videlicet, villa de Tadabio, ſiue de Ponte Henciæ. villa de Fontanelis. villa de Gatatico. villa de Flexio. villa de Caſalitono a parte de vltra Henciam. villa de Sorbulo a parte prædicta. villa de Henzola, & S. Remedio. villa de S. Siſtro cum contrata de S. Syro de S. Siſtro. villa de Pratoſelis. villa de Vlmo. villa de Berſillo. villa de Berupto. villa de Caſtro Gualterio. villa de Pupilio. villa de Meletulo vltra Henciam. Hoc intellecto, & declarato, q̃ ſi aliqua dictarũ villarũ non poſſet aſtringi, eo quia non ſubeſſet iuriſdictioni cõis Parmæ, non ſtetur propterea, quin aggeres prædicti fiant, reaptentur, & manuteneantur per alias villas obedientes, ne damnũ patiantur per impetum ipſius fluminis. Sed illæ villæ, ſeu illa villa quæ non contribuerint ad expenſam aggerum prædictorum, ſemper ſint obligatæ dictæ expenſæ, tam factæ, quàm fiendæ, & ſemper poſſint conueniri tàm pro factis aggeribus, quàm fiendis. A ſtrata vero Claudia ſupra, per quam itur a Parma Regium,

Regiũ, fiant ẽt aggeres vſq; ad terrã Monticuli, in ea parte vbi flumen prædictũ exit lectum ſuum de ſubtus caſtrum Monticuli, per infraſcriptos homines habitantes in villis infraſcriptis, & habentes eor̃ terras, & poſſeſſiones in ipſis villis, videlicet, habitantes homines ætatis ſupraſcriptæ ꝑ quinta parte, & habentes eor̃ poſſeſſiones in ipſis terris, & villis, pro quattuor partibus, compartiendo expenſam ſuper terris ipſarum villarum modo ſupra declarato. Quæ villæ, ſiue terræ quæ teneri debent ad dictum aggerem fiendum, manutenendum, & reaptandum ſunt hæc, videlicet. villa de Monticulo a parte caſtri infra. villa de Duchexia. villa de Calerno. villa de Lagaida. villa de Caſadei. villa de Campigine cum membris ſuis. villa de S. Eulalia. a Sorbulo verò infra vſq; ad Cohencium incluſiuè, quęlibet villar̃ infraſcriptar̃ debeat facere aggeres tantum, quantum durat territorium ipſius villæ, & expenſa dictorum aggerum debeat diuidi per bobulcas terræ territorij ipſius villę, ad computũ denarior̃ trium pro qualibet bobulca terræ laboratæ, & denarior̃ duor̃ ꝑ qualibet bobulca terræ pratiuæ, & denarij vnius pro bobulca boſchiæ, vel paſculatiua, aſcenſiuè, & deſcenſiuè pro rata expenſę fiendæ in aggeribus ipſis fiendis; videlicet, pro quattuor partibus, & ꝑ hoĩes habitantes in ipſis villis a quattuordecim annis ſupra, & a ſeptuaginta annis infra pro quinta parte, quæ villæ ſunt hęc; videlicet, de Lenteſono. de Henzano à mane. de Berſanelis à manè. & de Cohęncio a manè. Et D. Poteſtas Parmæ, & eius vicarius quolibet anno de menſe Martij, Aprilis, ſeu Auguſti, ad inſtantiam cuiuſlibet habẽtis terras in villis ſupraſcriptis, ſeu aliqua ipſarum, infra xv. dies poſtquam requiſitus fuerit, ſub pœna libr. centũ Parmeñ. ipſi poteſtati, ſeu vicario; & vtriq; ipſorum, a quo fuerit requiſitum, teneatur, & debeat arctare, & compellere præſidentes negocijs dicti communis, ad eligendum, & ꝙ eligant vnũ ſuperſtantem de perſonis habentibus terras in ipſis ſupraſcriptis villis, ad faciendum fieri, & reaptari ipſum aggerem in quacunq; parte vt ſupra.

Qui ſuperſtans electus per ipſos præſidentes, ſeu maiorem partem ipſor̃, ea die, vel ſequenti qua ſibi hoc fuerit notificatum, debeat iurare in manibus prędicti D. poteſtatis, ſeu dicti eius vicarij, benè, fideliter, diligenter, ac bona fide, ſine fraude, remotis odio, timore, prece, precibus, & alia qualibet humana gratia, facere, & exercere dictum eius officium; & facere fieri ipſum opus, in quàm breuiori termino potuerit, & qui ſuperſtans poſſit, teneatur, & debeat infra duos mẽſes continuos poſt ipſius iuramentum per eum prędictum vt ſupra, facere fieri, & reaptari aggerem prędictum in quacunq; parte, ſeu partibus neceſſarijs ipſarum ſupraſcriptarum villarũ primo deſcriptarum, & cuiuſlibet ipſarum, ſub pœna libr. xxv. Parmeñ. ipſi ſuperſtanti, niſi propter guerram, aut infirmitatem perſonę hoc facere omiſſerit; & qui ſuperſtans poſſit, & debeat compellere, & arctare, ac compelli, & arctari facere realiter, & perſonaliter, ac ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & quibuſcunq; exceptionibus poſtpoſitis, & quibuſcunq; diebus etiam feriatis, homines habitantes, & habentes terras in villis ſupraſcriptis, & modo, & ordine ſupraſcripto, ad ſoluendum, & exburſandum ipſi ſuperſtanti, vel alij quem ipſe ſuperſtans deputauerit ad recipiendum denarios expenſarum dicti aggeris, in quacunq; parte, ſeu partibus ipſarum villarum hoc fieri expediat, & contingat; videlicet, quælibet pro rata vt ſupra; & qui ſuperſtans ꝑ eius mercede, & ſalario habeat, & habere debeat expenſis illorum qui tenentur ad ipſum aggerem faciendum, & reaptandum, & modo antedicto libr. quattuor imperialiũ ꝑ quolibet menſe ipſorum duorum menſium. Et ꝙ prædictus D. poteſtas, & eius vicarius, & vterq; ipſorum etiam de per ſe, teneatur, & debeat ſub pœna libr. centum Parmeñ. dare, & præſtare ipſi ſuperſtanti auxilium, conſilium, & fauorem, ac brachium ſuum ad compellendum realiter, & perſonaliter quemlibet ſoluere id, quod eum contingit de expenſa prędicta, & ſoluere recuſantibus; & etiam prędictus D. poteſtas, & eius vicarius, & quilibet ipſorum in arctando, & compellendo prædictos prędictos prędictos ad eligendũ dictum ſuperſtantem poſſit, & valeat prędictos eis prędictos, & cuilibet ipſorum, ꝙ ipſum ſuperſtantem eligant ſub pœna libr. centum Parmẽ. pro quolibet eorum, & ipſam pœnam exigere ab ipſis, & quolibet ipſor̃, qui negligentes fuerint ipſum ſuperſtantem eligere infra xij dies proximè ſequentes, poſtquàm ipſe D. poteſtas, aut dictus eius vicarius ab eis, ſeu maiori parti ipſorum requiſiuerit, vt ipſum ſuperſtantem eligant; & ꝙ D. poteſtas, & dictus eius vicarius, & vterq; ipſorum ſub pœna prędicta libr. centum Parmeñ. infra tres dies proximè ſequentes poſt requiſitionem ipſi D. poteſtati, aut vicario factam, de prędicto ſuperſtante eligendo per aliquẽ habentem terras vt ſupra, teneatur, & debeat ipſam requiſitionem notificare prędictis prędictis prędictis negocijs communis Parmę, ſeu maiori parti ipſorum; & ab ipſis, ſeu maiori parti ipſorum requirere, vt prædictum ſuperſtantem eligant, & ipſos effectualiter compellere, & arctare ad ipſum ſuperſtantem eligendum vt ſupra.

Item cum flumen Hencię a parte citra Henciam, ſiue a parte de ſerò dicti fluminis in villa de Caſalitono eꝑatus Parmæ, & ab inde infra ſolitum ſit lectum ſuum exire in multis partibus, & magna damna facere, aggeres dicti fluminis Hencię a parte de ſero dicti fluminis, incipiendo in villa de Caſalitono, & ſubſequenter eundo per ipſam villam, & per villam de Sorbulo, ac per villas de Henzano, de Berſanelis a ſerò, & de Cohęncio a ſero, fiant, reaptentur, & manuteneantur, & fieri, reaptari, & manuteneri debeant per homines, & perſonas habentes eorum terras, & poſſeſſiones in ipſis villis; videlicet, per confinantes ipſi flumini, ſicuti hactenus cõſueuit fieri, & factus, & reaptatus manuteneatur, & manuteneri debeat iuxta ipſum flumen Hencię, pro vt commodius fieri poterit agger bonus, & ſufficiens,

ciens, pro obstando, retinendo, & reaptando, ne aqua dicti fluminis Henciæ exeat in aliqua parte dictarum villarum lectum ipsius fluminis; & hoc expensis, & ad expensas suprascriptorum hominum habentium earũ terras in eis villis, & per modum descriptum superius, quo ad expensam dicti aggeris fiendi, & reaptandi. Et q̃ D. potestas Parmæ, & eius vicarius ad instantiam cuiuslibet habentis terras in dictis villis de Sorbulo, Henzano, Bersanelis, & Cohæncio a sero teneatur, & debeat eligi facere vnum superstantem ad faciendum fieri, & reaptari ipsum aggerem per illos præsidentes, & infra tempora, & sub pœna, per quos, infra quæ, & sub qua tenetur facere eligi superstantem ad faciendum fieri, & reaptari ipsum aggerem in villis prædictis de vltra Henciam; & qui superstans debeat iurare, & habeat arbitrium, & teneatur facere fieri, & reaptari ipsum aggerem infra tẽpus, & sub pœna, & in omnibus, & per omnia pro vt supra fit mentio de superstante eligendo, aggeres fiendi, & reaptandi in villis, & vltra Henciã; & ad eius superstantis officiũ, & bayliã, & ad pœnas tam dictorum D. potestatis, vicarij, q̃ prẽsidentiũ, sint, & intelligantur hic omnia repetita, & hic ẽt locum habeant. Saluo, q̃ ipse superstans habere debeat solum pro eius salario, & mercede libr. octo imperialium in ipsis ambobus mensibus.

A villa verò de Casalictono citra Hẽciã supra, vsq; ad Beringuũ, quod est in terra de Martorano, vbi extrahitur canale de Martorano de flumine Henciæ, & etiam desuper dictum Beringuum, si & quando deficeret ager, siue terralius, fieri debeant aggeres boni, & laudabiles, & lõgè a dicto flumine q̃ cõmodius fieri poterit, & manuteneri per omnes infrascriptas villas, & personas, singula singulis congruè referendo; videlicet, q̃ personę habitantes in ipsis infrascriptis villis, masculi tantum annorum quattuordecim, & ab inde supra vsq; in septuaginta annos, teneãtur, & astringi debeant ad expensam dictorum aggerum pro quinta parte tantum; & homines, & personę habẽtes eorum terras, & possessiones in dictis villis, & tam laici, q̃ clerici, teneantur ad faciendum, & fieri faciendum de nouo, & factos manutenere aggeres ad prædictum flumen pro rata terreni, quod habent in ipsis villis pro quattuor partibus; intelligendo, q̃ ipsa expensa contingens hominibus habentibus eorum terras, & possessiones in dictis villis, diuidatur super bobulcis terrarum existentium in ipsis villis, faciendo compartitionem de denarijs tribus pro qualibet bobulca terræ laboratæ, siue seminatæ, siue aratæ, siue stipulatę, & de denarijs duobus super qualibet bobulca terræ pratiuę, siue quæ verisimiliter segari possit, & debeat, & de denario vno pro qualibet bobulca terræ boschiuæ, aut pasculatiuæ intus ab ipsis aggeribus fiendis ascensiuè, & descensiuè pro rata expẽsę, quæ villę sunt hęc; videlicet, villa de Tanzolino. villa de Casalibarunculo. villa de Gazano. villa de Martorano, a dicto Beringuo infra. villa de Casalictono. villa de Sorbulo citra. villa de Hézano a sero. villa de Bersanelis a sero. villa

villa de Cohęncio, & villa de Ponte Henciæ, siue de Tadabio citra Hẽciũ.

Quòd omnes, & singulæ villæ, quæ cohærent, & confinãt flumini Parmæ a sero a foueis ciuitatis Parmæ, vsq; in flumen Padi teneantur facere aggeres de nouo, eosq; manutenere; videlicet, quælibet villa, tantum, quãtum territorium suum confinat super dicto flumine Parmæ, ad quos agge res fiendos de nouo, & manutenendos, teneantur, & obnoxiæ sint omnes terræ cuiuslibet villę infrascriptarũ villarũ confinantium vt supra, solitæ teneri, & quæ hactenus astrictæ sunt ad solutionem, & contributionem cũ vna quaq; villa ipsarum villarum confinantium dicto flumini, vt infra; videlicet, compartitio expensæ fiendæ pro dictis aggeribus fiat ad tres denarios pro qualibet bobulca terræ terrarum suprascriptarum, laboratæ, siue aratæ, siue seminatæ, & ad duos denarios pro qualibet bobulca terræ pratiuæ, siue quæ verisimiliter dicantur pro prato segari; & ad denariũ vnum pro qualibet bobulca terræ saldiæ, boschiuæ, vel pasculatiuæ, ascensiuè, & descensiuè pro rata secundum expensam necessariam fiendã pro aggeribꝰ prædictis fiendis, & manutenendis, tangentem vnam quamq; villarum prędictarum, si & quotienscunq; necesse fuerit; videlicet, pro quattuor partibus expensæ prædictæ; & homines habitantes in quacunq; villarum ętatis annorum quattuordecim, & ab inde supra, vsq; in septuaginta, tenentur ad ipsos aggeres fiendos, & manutenendos; videlicet, homines masculi duntaxat habitantes in vna quaq; villa, teneantur in ipsa villa ad expensam ipsorum aggerum pro alia quinta parte tantum, si dicta villa sit habitata hominibus.

Ad aggeres fiendos, & factos manutenendum, & conseruandum flumini Parme a manè a ciuitate Parmæ vsq; ad Colurnium, vbi intrat in flumine Parmæ, teneantur, & obnoxiæ sint omnes, & singulæ villæ, quæ cohærent, & confinant ipsi flumini Parmæ a manè vt supra; videlicet, quælibet villa, tantum, quantum territorium suum confinant super dicto flumine Parmæ; & omnes terræ cuiuslibet villæ prædictarum villarum confinantium vt supra, solitæ teneri; & quæ hactenus astrictæ sunt ad solutionem, & contributionem cum vna quaq; villa ipsarum villarum confinantium dicto flumini vt infra; videlicet, compartitio cuiuslibet expẽsæ fiendæ pro dictis aggeribus, fiat ad tres denarios pro qualibet bobulca terræ laboratę, siue aratæ, siue seminatæ, & ad denarios duos pro qualibet bobulca terræ pratiuæ, siue quæ verisimiliter dicatur pro prato segari; & ad denariũ vnũ pro qualibet bobulca terræ saldiuę, boschiuę, vel pasculatiuè ascensiuè, & descensiuè pro rata secundum expensam necessariam fieri, pro aggeribus prædictis fiendis. & manutenendis, tangentem vnam quamq; villarum prędictarum, si & quotienscunq; necesse fuerit; videlicet, pro quattuor partibus expensę prędictæ, & homines habitantes in quacunq; ipsarum villarum ętatis annorum quattuordecim, & ab indè supra vsq; in septuaginta,

teneantur

teneantur ad aggeres fiendos, & manutenendos; videlicet homines ma-
sculi duntaxat, habitantes in vna quaq; villa, teneantur in ipsa villa ad ex-
pensam ipsorum aggerum pro alia quinta parte tantum, si dicta villa sit
habitata hominibus.

Et D. potestas Parmę, & eius vicarius ad instantiam cuiuslibet habẽtis terras in villis suprascriptis, seu aliqua ipsarũ, teneatur, & debeat eligi facere vnum superstantem ad faciendum fieri, & reaptari ipsos aggeres per illos præsidentes, & infra tempora; & sub pœna, per quos, infra, quę, & sub qua tenetur facere eligi superstantem ad faciendum fieri, & reaptari aggerem in villis de vltra Henciam; & qui superstans debeat iurare, & habeat arbitrium, & bayliam, & teneatur facere fieri ipsum aggerem, & etiam ipsum reaptari infra tempus, & sub pœna, & in omnibus, & per omnia pro vt supra fit mentio de superstante aggeris fiendi, & reaptandi in villis de vltra Henciam, quę omnia, & singula superius descripta quo ad electionem dicti superstantis, & aggeris fiendi, & reaptandi in villis de vltra Henciam, & ad eius superstantis officium, & bayliam, & ad pœnas tam dicti D. potestatis, & vicarij, quàm præsidentium, sint, & intelligantur hic omnia repetita, & hic etiam locum habeant. Saluo, q; ipse superstans habere debeat pro eius salario, & mercede libr. sex imperialium quolibet mense ipsorum duorum mensium.

Itẽ cũ prędictũ flumen Parmę in terris de Marano, & Oyano a parte superiori dictę ciuitatis a manè, citra flumen ipsum Parmę, & ab inde infra exeat lectũ suũ, & dãnũ vltra modũ faciat; aggeres dicti fluminis Parmę a parte citrà ipsum flumẽ, veniendo versus ciuitatẽ Parmę; & incipiendo in dicta villa de Marano, & subsequenter eundo per ipsam villã de Marano, ac p villas de Oyano, Porporano, & Marano vsq; ad rocham portę nouę, fiant, reaptentur, & manuteneantur, & fieri, & manuteneri debeant communiter per infrascriptas villas, & hoies habitantes, & habentes terras in ipsis villis, siue ipsæ villę sint superiores, aut inferiores, seu transuersales, & modo infrascripto; videlicet, q; in quacunq; parte dictarum suprascriptarũ villarũ, & cuiuslibet ipsarũ, continuando, fiat, seu reaptetur, & fieri, seu reaptari debeat, & factus, seu reaptatus manuteneatur, & manuteneri debeat iuxta ipsum flumen Parmæ, pro vt melius fieri poterit, agger bonus, & sufficiens pro obstando, retinendo, & reparando, ne aqua dicti fluminis Parmę exeat in aliqua parte suprascriptarum villarum lectum ipsius fluminis Parmę; & hoc expensis, & ad expensas infrascriptarum villarũ, & hominũ habitantiũ, & habentiũ terras in ipsis villis infrascriptis, & per modum descriptum quo ad expensam dicti aggeris fiendi, & reaptandi, supra in aggere fiendo, & reaptando in villis de vltra Henciam; videlicet, q; hoies habitantes in infrascriptis villis pro psonis suis tantũ; videlicet, masculis ętatis de qua ibi mentio habet, teneant ad expensã dicti aggeris fiẽdi, & reaptãdi pro

p quinta parte dictæ expensæ; & habẽtes terras in infrascriptis villis teneãtur ad expensã dicti aggeris p quattuor partibus, ẽt faciendo cõpartitionẽ sup ipsis terris; videlicet, sup laboratiuis p se, super pratiuis per se, ac saldijs, boschijs, & pasculatiuis per se, per modũ ibi supra descriptũ. Quæ quidem villæ, & habitantes in eis teneantur ad expensam pro quinta parte dictę expensæ dicti aggeris pro personis suis tantum, & habentes terras in eis quatuor partibus dictæ expensæ; scilicet, quilibet pro rata teneatur ad faciẽdũ, reaptandũ, & manutenendũ ipsum aggerẽ, sunt heæ; videlicet, villa de Marano. villa de Oyano. villa de Porporano, & villa de Mariano. villa de Marorio. Casteleto de Goghis, Corticellis, & Boseto. villa, seu contrata de la stradella, contrata de S. Bartholomeo de strata rupta, contrata de la Quarta. villa de Malandriano. villa de Coloreto. villa de Quignente. villa de Casellis D. Abbatis. villa de S. Stefano in Torano. villa de Moyule. villa de Crustulo. villa de S. Donato. villa de Benecepto. Et q; D. potestas Parmæ, & eius vicarius ad instantiam cuiuslibet habentis terras in dictis villis, seu aliqua ipsarum, teneatur, & debeat eligi facere vnũ superstantem ad faciendum fieri, & reaptari ipsum aggerẽ, p illos præsidentes, & infra tpa, & sub pœna, per quos, infra quæ, & sub qua, tenetur facere eligi superstantem ad faciendum fieri, & reaptari aggerem in villis de vltra Henciam; & qui superstans debeat iurare, & habeat arbitriũ; & bayliam; & teneat facere fieri ipsum aggerem, & etiam ipsum reaptari infra tempus, & sub pœna, & in oĩbus, & per omnia prout supra fit mentio de superstite aggeris fiendi, & reaptandi in villis de vltra Henciam; & ad eius superstantis officium, & bayliam, & ad pęnas tam dicti D. potestatis, vicarij, quàm præsidentium, sint, & intelligantur hic omnia repetita, & hic etiam locum habeant. Saluo, q; ipse superstans habere debeat pro eius salario, & mercede libr. sex imperialiũ pro quolibet mense ipsorum duorũ mensium expensis vt supra.

Qui ad aggeres Nauilij dilabentes ad Colurnium, & fluminis Parmæ versus manè infra Colurnium faciendos, & reficiendos teneantur.

STatuerunt, & ordinauerunt, q; homines, & personæ masculini sexus, stantes, & habitantes, & quæ pro tempore stabunt, & habitabunt in terra de Raualdesio, solum districtus Parmæ a latere versus manè, ęta tis annorum quattuordecim, & ab inde supra, & annorum septuaginta, & ab inde infra pro personis tantum, earum, ad aggeres Nauilij veteris dilabentis a porta Bononiæ ciuitatis Parmæ per terras de Raualdesio, Pizolesio, & de Gaynaco, ac de Colurnio in flumine Parmæ faciendos, vel reficiendos, aut manutenendos a dicto latere versus manè tm̃, pro quinta parte, faciẽdo diuisionẽ oneris eorũ in quinq; tm̃ partes, teneant, obligatæ, &

obnoxiæ ſint, & eſſe intelligant quandocunq;, & quotienſcunq; contingerit, & continget ipſos aggeres fieri, vel refici, ac manuteneri; & ſimiliter homines, & perſonæ ętatum prædictarum ſtantes, & habitantes in terra de Pizoleſio dicti diſtrictus a dicto latere Nauilij verſus manè teneantur, & obligatę, & obnoxiæ ſint pro perſonis vt ſupra, ad faciendum, vel reficiendum, ac manutenendum aggeres dicti Nauilij quos continget fieri, vel refici a dicto latere pro dicta quinta parte, quantum duntaxat protendant territoria ipſarum villarum, & confinia earum congruè referendo; & terræ cuiuſcunq; qualitatis exiſtentes in dictis villis, & infra a dicto latere tantum verſus manè obligatæ, & obnoxiæ ſint, & eſſe intelligantur; & domini, & poſſeſſores earꝫ, pro eis teneant ad ipſos aggeres faciendos, vel reficiẽdos, ac manutenẽdos vt ſupra a dicto latere ꝑ alijs quattuor partib⁹, ad rõnẽ denariorꝫ triũ ꝑ bobulca terræ laboratiuæ, denariorꝫ duorꝫ ꝑ bobulca terræ pratiuæ, & denarij vnius ꝑ bobulca terræ boſchię, ſaldię, & vallię, vel alteri⁹ cuiuſcunq; terræ, & plures, & pauciores ꝑ rata, ſeu ꝑ modo oneris, & expenſæ, quantũcunq; ſe extẽdat quodcunq; territoriũ ipſarꝫ villarꝫ, ꝑ parte ſua dicti territorij ſui, tm̃ p longitudinẽ dicti Nauilij, & infra cõfines cuiuſcũq; earꝫ, referẽdo vt ſupra. Ad cõpartitionẽ aũt, vel refectionẽ, & manutentionẽ aggerꝫ dicti Nauilij incipiendorꝫ a cõfinio ſeniori Pizoleſij, & ꝓtendentiũ vſq; ad flumen Parmæ ſubtus rochã Colurni, & aggerꝫ, ſiue dicti Nauilij, ſiue fluminis Parmæ quocunq; cognomine nuncupentur, incipiendorũ ab aggerib⁹ ſupra ꝓximè dictis, & ſe ꝓtendentiũ, & extẽdetiũ p villas de Gaynaco, de Colurnio, Rõchis de Copmulis. de Copmulis. de Caſali ripæ Padi. de Cohæncio. & de la Foſſa vſq; ad Nauiliũ nouũ in fine, vbi deſcendit in Nauilia in terra de Cohæncio, hoĩes, & ꝑſonę mares ętatũ ꝓdictarꝫ, ſtãtes, & habitãtes, & ꝑ tpibus habitare in dicta terra de Gaynaco a latere Nauilij verſus manè; & in terra de Colurnio ſtãtes, & habitantes, & habitare vt ſupra a latere fluminis Parmæ verſus Mazaboué; & in tota villa de Caſali ripæ Parmæ; & in contrata de la Foſſa territorij Cohæncij ꝑ quinta parte, ꝑ perſonis earum tm̃, teneant, & obligati ſint, ꝑ alijs quattuor partibus obligatæ, & obnoxiæ ſint, & intelligantur oẽs, & ſingulæ terræ cuiuſcunq; qualitatis exiſtentes in territorio, & intra confines territorij Gaynaci a latere Nauilij verſus manè in terra de Colurnio, & intra cõfines ipſius territorij a latere fluminis Parmæ verſus Mazabouem, & extra aggeres prædictos, & in terra de Copermulis, & Roncho a latere fluminis Parmæ; & extra dictos aggeres verſus Mazabouem, & in territorio de Caſali extra ipſos aggeres verſus prædictum Mazabouem; & in territorio de Cohæncio extra aggerem, qui tranſuerſatur a flumine Parmæ ad aggerem Nauilij noui verſus dictam villam de Caſali, & in contrata, ſeu toto territorio de Mazaboue, & ſimiliter prata de terreno, quæ ſunt a Nauilio nouo, & eius aggere infra; &

& ſimiliter dñi, & poſſeſſores dictarꝫ terrarꝫ teneãt, & obligati, & obnoxij ſint pro eiſdem, ad rationẽ ſupradictã denariorꝫ triũ pro bobulca terræ laboratiuæ, denariorꝫ duorꝫ pro bobulca terræ pratiuæ, & denarij vnius pro bobulca cuiuſcunq; terrę boſchię, ſaldię, & vallię, & vt ſupra; & ad plus, & ad minus pro rata oneris, & expenſarꝫ; & ꝙ mezadri, & laboratores, ſeu fictabiles eccleſiaſticarꝫ ꝑſonarꝫ, & nõ ſubditarꝫ iuriſdictioni cõis Parmę coganẽ, & cogi poſſint ad ꝓdicta ꝑ portionibus eos contingentib⁹, expenſis fructuũ, reddituũ, ac fictuũ ipſarꝫ eccleſiaſticarꝫ perſonarꝫ, & non ſubditarum vt ſupra, tunc præſentium, vel futurorum congruè referendo.

De Gambinis cauandis.

ADomne expediẽs fundamentũ, vel euacuationẽ Gãbinę de Mazaboue ꝓtendẽtis in flumine Parmę, & ad expenſã Claudinę de muro, & hoſtij de aſſidib⁹, & ad manutentionẽ ꝓdictorꝫ, teneatur D. Abbas S. Martini de Bozijs, ẽt quia quẽ ſequit cõmodũ, debet ſequi incõmodũ, & expẽſa; & ꝑ ꝓdictis adimplendis poſſint ẽt cogi mezadri, & laboratores, & fictabiles ipſi⁹ pñtes, & futuri; & ſpectabilis D. Lucia de Verme, & ſucceſſores in bonis Cohæncij, ſimiliter pro Gambina, quæ vadit inter Caſale, & Cohęnciũ, & pro Claudina de muro, & hoſtio de aſſidibus, protinus teneantur, & cogi poſſint mezadri, & laboratores, & fictabiles ſui, vt ſupra dictum eſt de alia Gambina congruè referendo.

Quibus modis fieri, & de nouo reaptari, & manuteneri debeant aggeres fluminis Taronis citra Taronem, incipiendo a villa de Blanconeſio citra Taronem incluſiuè, vſq; ad domum ubi finiuntur ipſi aggeres, & iunguntur cum aggeribus Padi, & per quos, & quorum expenſis.

PRimò videlicet, ꝙ quotienſcunq; erit neceſſe de nouo fieri aggeres dicti fluminis, ſiue reaptari, & manuteneri vt ſupra, quælibet villa infraſcriptarꝫ villarꝫ; videlicet, de Viatolo. de S. Blaſio. de Pizapabio. de Ronchis Campi caneti. de S. Quirico de tribus Caſalibus. de Siſſia. de Palaſono. de Burgonouo. de S. Nazaro. de Flexio. de Turricella ripæ Padi. de Gramignacio, tantum, quantum durat territorium vniuſcuiuſq; villæ de per ſe, teneaꝫ facere, reaptare, & manutenere aggeres in ipſo territorio, & quantũ ſe extẽdit dictũ territoriũ cuiuſlibet villæ de per ſe modis infraſcriptis; videlicet, ꝙ quia flumẽ Taronis exit lectũ ſuum ex aqua ſuperabũdanti, & inũdat, & decurrit ad territoria villarum de Colurnio a ſero vltra Parmam, de Copermulis vltra. de Sanguinea. de Sacha, & Sanguinea. de Cella ripæ Padi, & de Coltario. prouiſum, & ordinatum eſt, ꝙ ad conſtructionem, & refectionem aggerum cuiuſlibet dictarum villarum de Viarolo, & cætera teneantur ſupraſcriptæ villæ de Colurnio, de Copermulis, de

Sãguinea, de Sacha, & Sanguinea, de cella ripę Padi, & de Coltario ꝑ ſexta parte tm̃ oium ipſorꝫ aggerꝫ fiendorꝫ, & reficiendorꝫ, diuidendo expẽſam ipſas villas tangentem hoc modo; videlicet, ꝙ quinta pars illius ſextæ partis fiat per perſonas habitantes in ipſis villis, per capita ipſorum habitãtũ ab annis quattuordecim ſupra, vſq; ad annos lxx. & reliquę quattuor partes fiãt expenſis territorij exiſtentis in ipſis villis, compartiẽdo quamlibet expenſam tangentẽ ipſas terras, ſuper terris, & territorio exiſtentibus in ipſis villis, hoc modo; videlicet, ꝙ dentur cuilibet bobulcę terrę laboratiuæ, vel ſtipulatę, aut ſeminatę in ipſis villis ad rationem denariorꝫ trium pro bobulca, & cuiuſlibet bobulcę terrę pratiuę ad rationẽ denariorꝫ duorum pro bobulca, & cuiuſlibet bobulcę terrę ſaldię, vel boſchiæ ad rationẽ denarij vnius pro qualibet bobulca terræ, & ſic aſcenſiuè, & deſcenſiuè pro rata cuiuſlibet expenſæ tangentis ipſas villas pro refectione, & compoſitione dictorꝫ aggerꝫ. Pro alijs verò quinq; partibus expenſæ dictorum aggerꝫ fiendorum, & manutenendorꝫ vt ſupra, vna quæq; villa ſupraſcriptarum villarum de Viarolo, & cętera, teneatur facere, & fieri facere aggerem, ſiue aggeres, tm̃, quantũ ſe extendit territoriũ cuiuſlibet villæ modo ſuprаſcripto; videlicet, ꝙ ad cõpilationem, & refectionem, & manutẽtionẽ dictorꝫ aggerꝫ teneantur hoĩes habitantes in villa quaq; villarꝫ ſuprаſcriptarũ de Viarolo, & cętera, ꝑ quinta parte dictarꝫ quinq; partium; videlicet, pſonæ tm̃ ętatis annorꝫ. xiiij. vſq; ad annos lxx. incluſiuè vt ſupra; & ꝑ alijs quatuor partibus dictarꝫ quinq; partiũ, teneantur terræ, & territorium cuiuſlibet villę, tm̃, quantũ ſe extendit, cõpartiendo expenſam quamlibet fiendã in ipſis aggeribus modo ſuprаſcripto; videlicet, ꝑ qualibet bobulca terræ laboratiuę ſeminatę, ſiue ſtipulatę ad rationẽ denariorꝫ triũ ꝑ qualibet bobulca, terrę pratiuę ad rõnẽ denariorꝫ duorꝫ pro qualibet bobulca, terrę ſaldię, & boſchię ad rõnem denarij vnius; & ſic aſcenſiuè, & deſcenſiuè pro rata cuiuſlibet expenſę fiendę pro ipſis aggeribus fiendis, & reficiendis.

A Viarolo, & territorio Viaroli ſupra, vſq; ad villã de Bláconeſio citra Taronẽ incluſiuè, & tm̃, quãtũ durat territoriũ dictę villę de Blanconeſio citra; quia qui ſentiunt cõmodũ, ẽt ſentire debent incommodum; & qa cũ flumen Taronis exit lectum ſuum in dicta terra de Blanconeſio, & decurrit ad villas infraſcriptas, & maius damnum infert ipſis infraſcriptis villis, q̃ villę ſuprаſcriptę de Blanconeſio, ſtatutũ, & ordinatũ eſt, ꝙ aggeres fiendi de nouo, & reficiendi, & manutenendi in dicta terra de Blanconeſio, & per totam ipſam villam de Blanconeſio, fiant, & manuteneantur per oẽs infraſcriptas villas; videlicet, de Blanconeſio citra. de Ellio. de Fognano. de Paſculo. de Roncho de Paſculo ſingula ſingulis congruè referendo modis infraſcriptis; videlicet, quòd homines habitantes in ipſis villis vltra Foxulum de Fognano ætatis annorum quattuordecim, & ab inde ſuprа vſq; in ſeptuaginta, teneantur ad refectionem, & de nouo conſtructionem aggerꝫ fiendorum, & reficiendorum in toto territorio villæ de Blãconeſio citra vſq; ad territorium Viaroli pro quinta parte expẽſæ dictorum aggerũ. Pro alijs verò quattuor partibus dictæ expenſæ teneant terræ oẽs, & territoriũ tã laboratiuũ, q̃ pratiuũ, & q̃ ſaldiuũ, & boſchiuũ dictarꝫ quatuor villarꝫ modis ſuprаſcriptis; videlicet, ꝙ dictæ quattuor partes expẽſæ ꝑdictæ diuidantur ad rationẽ denariorꝫ triũ pro qualibet bobulca terræ laboratæ, ſiue ſeminatæ, ſiue ſtipulatæ, & ad rationẽ denariorꝫ duorꝫ ꝑ qualibet bobulca terræ pratiuæ, & ad rationẽ vnius denarij ꝑ qualibet bobulca terræ boſchiuæ, & ſaldiuæ, aſcenſiuè, & deſcenſiuè ꝑ rata cuiuſlibet expenſæ fiẽdę in cõpilatione, ſiue refectione, & manutẽtione dictorꝫ aggerꝫ.

Et ꝙ D. poteſtas Parmæ, & eius vicarius ad inſtantiã cuiuſlibet perſonæ habentis terras in aliqua ex ſuprаſcriptis villis, teneatur, & debeat eligi facere vnũ ſuperſtantẽ ad faciendũ fieri, & reaptari ipſum aggerẽ, p illos præſidentes, & infra tpa, & ſub pœna, per quos, infra quæ, & ſub qua, tenetur facere eligi ſuperſtantem ad faciendum fieri, & reaptari aggerem ꝑdictum in villis prædictis de vltra Henciam; & qui ſuperſtans debeat iurare, & habeat arbitriũ; & teneat facere fieri, & reaptari ſuprаſcriptum aggerẽ infrа tẽpus, & ſub pœna, & in oĩbus, & per omnia prout ſupra fit mentio de ſuperſtante eligendo ad faciendum fieri, & reaptari aggerem in villis prædictis de vltra Henciam. Quæ omnia, & ſingula ibi ſuperius deſcripta, quo ad ſuperſtantem dicti aggeris fiendi, & reaptandi in dictis villis de vltra Henciam; & ad eius ſuperſtantis officium, & bayliam, & ad pęnas tã dicti D. poteſtatis, vicarij, quàm præſidentium, ſint, & intelligantur hic omnia repetita, & hic etiam locum habeant. Saluo, ꝙ ipſe ſuperſtans pro eius ſalario, & mercede in dictis duobus menſibus habere debeat libras quattuordecim imperialium.

De ordine aggerum Cingli.

AD conſtructionem, reparationem, & refectionem aggerꝫ Cingli, ſtatutũ, & ordinatũ eſt, ꝙ a tribus pontibus exiſtentibus in terrа de Antognano epatus Parmæ ſuper flumine Cingli infra, teneantur, & obligati ſint oẽs, & ſinguli, tã clerici, q̃ laici ſubditi, & nõ ſubditi iuriſdictioni cõis Parmę, pro terris quas habent pro rata expenſæ intra dictũ flumẽ Cingli, & canalẽ exeuntẽ de dicto flumine Cingli, & vſq; quo dictũ flumen Cingli deſcendit in flumine Parmæ deſuper a ponte Dataro, & ab indè infra dictum flumen Parmæ, & flumen Bagãciæ verſus ſerò, vſq; quo dictum flumen Baganciæ deſcendit, & intrat in flumine Parmæ pro quatuor partibus, faciendo compartitionem ſuper dictis terris ſm̃ ordines aggerum fiendorꝫ ſuper flumen Parmæ; & pro quinta parte omnes homines a quattuordecim annis ſupra, & a ſeptuaginta annis infra, ſtantes, & habitãtes infra, & intra dictos confines vt ſupra a dictis tribus pontibus ſupra,

ad conſtructionem, & reparationem aggerꝫ neceſſariorum fieri, teneatur quælibet villa, tantum, quantum extendit territorium ſuũ per directum territorij ſui, modo, & forma ſupraſcriptis ab vtraq; parte dicti fluminis.

De pœna extrahentis aquam de canali qui venit de Martorano.

NEmini liceat auferre, extrahere, nec extrahi facere aquam de canali qui venit de Martorano verſus Gazanum, nec de lecto ſuo, per quem labitur extrahere, vel remouere, in totum, vel in partem cõtra voluntatem illorum, quorum eſt dictus canalis; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno centum ſoldos Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet habens ius in dicto canali, vel ipſius camparius, poſſit accuſare, & habeat medietatem bãni. Saluo, q̃ habentes ius in dicto canali poſſint adaquare ſingulis diebus, prout eis licebit ſecundum quod declarabitur per eos, aut maiorem partem ipſorum.

Item q̃ nemo audeat, vel præſumat facere cluſam in dicto canali de lapidibus, terra, aut fraſchis cauſa adaquandi, vel alia occaſione; ſed ipſam facere teneatur de aſſidibus, aut pannis ſub pœna libr. trium Parmeñ. p̃ quolibet, & qualibet vice.

Item q̃ quilibet qui adaquauerit ea die, qua aqua dicti canalis erit eius in toto, vel in parte, cum compleuerit adaquare, vel cum aqua compleuerit eſſe ipſius, etiam ſi adaquare non cõpleuerit, teneatur, & debeat ipſam aquam reponere in ipſo canali, & cluſam quam fecerit deuaſtare, ſub pœna libr. trium Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

Qualiter vnus canalis debeat extrahi de flumine Hẽciæ, & duci per territoria de Bozetis, Botoni, Guardaſoni, & de Baliſgagoiano, Malãdriano, Boſeto, & Marorio vſq; ad portam de ſtradella.

AD hoc vt maior commoditas aquarꝫ, & abundantia habeatur in ciuitate Parmæ. Statutum eſt, q̃ de flumine Hencię extrahatur, & extrahi debeat vnus canalis in territorio Botoni, vel Guardaſoni, ſeu deſuper q̃ altius poterit; vt tpe æſtiuo aqua dicti fluminis potius decurrat per dictum canale Parmã, q̃ labatur in alieno eꝑatu, qui canalis appellatur canalis Henciæ; & qui canalis ducatur, & labi debeat per territoria Botoni, & Guardaſoni, per Bozetas, & per territoria de Baliſgagoiano, de Monticellis, de Malandriano, Boſeti, & Marorij; conducendo ipſum canale a manè ſtratæ de ſtradella; & q̃ poteſtas, & præſidentes negocijs cõmunis qui per tempora fuerint, teneantur, & debeant taliter prouidere, & executioni mandare, q̃ dictus canalis de dicto flumine extrahatur, & ad prædictam ciuitatem ducatur, quàmcitius fieri poterit, expẽſis eorum ad quos ſpectat vtilitas; & etiam ſecundum q̃ D. poteſtati, & præſidentibus videbitur conuenire.

De

De canale quod vadit per S. Eulaliam manutenendo, & de nouo faciendo.

POteſtas ciuitatis Parmæ, & quilibet alius officialis dicti communis teneatur, & debeat etiam vinculo ſacramenti, facere adamplari, cauari, & remondari ſingulo anno canale quod vadit per S. Eulaliam, Tanetũ, Pratoſelis, & Fõtanelis epiſcopatus Parmæ, ita & taliter, q̃ in ipſo canali ſint ad minus duæ macinatoriæ aquæ iuxta molendinum de S. Eulalia, per illas perſonas ad quas ſpectat vtilitas dicti canalis, & ad expenſas perſonarum ipſarum quarum ſunt prata, quę adaquantur de aqua dicti canalis prout infra fit mentio; ita tamen q̃ prouideatur per perſonas prædictas, per modum, q̃ tpe inundationis aquarum prædictarum, per dictam aquam dicti canalis nulli damnum aliquod inferatur; & ad cuſtodiam dicti canalis, & ad alia infraſcripta eligatur vnus ſuperſtans, ſiue camparius quolibet anno per ciues Parmæ, quibus tangit vtilitas dicti canalis, & per ciues quorum ſunt prata prædicta; videlicet, per tertiam partem ciuiũ qui habent prata, quæ adaquantur de aqua dicti canalis. Qui ſuperſtans, ſiue camparius cuſtodiat aquam dicti canalis, & ipſum canale, ne fiat contra illud q̃ inferius diſponitur; & qui ſuperſtans, ſeu camparius teneatur ſemel in anno videlicet de menſe Martij, aut Aprilis facere adamplari, cauari, remondari, & diſgomberari dictum canale, & ponere aquam in dicto canali quotienſcunq; fuerit expediens; hoc eſt, quando dicta aqua nõ curreret per lectum dicti canalis, & ipſam manuteneri facere in ipſo canali continuè expenſis illorum, quibus tangit vtilitas dictæ aquæ, & expenſis illorũ quorum ſunt prata, quæ adaquantur de ipſo canali ſecundum numerum bobulcarum pro rata, & conduci, & manuteneri debeat dictum canale per hunc modum; videlicet, q̃ buca dicti canalis debeat fieri, & manuteneri, in & ſuper territorio Monticuli, aut S. Eulalię, ſcilicet, in illa parte in qua eſt ad præſens, vel ſuperius, aut inferius pro vt continget, ſecundum quod flumen Hencię ſe mouebit, quę buca canalis prẽſentialiter incipit in territorio Monticuli de ſubtus a caſtro dictę terrę Monticuli per vnum milliare vel circa; & ipſum canale poſtea in totum conducatur, & manuteneat vſq; ad partitoria, quę eſt de quadrellis in dicta terra de S. Eulalia deſuper plebem dictę villę; & ab ipſa partitoria infra, ipſum canale debet conduci, & manuteneri per hunc modum; nã duę partes aquę dicti canalis debeat currere per dictam terram de S. Eulalia a partitoria infra; & per villam Taneti, Pratoſelis, & ab inde infra vſq; ad Laguducium per lectum antiquũ; & tertia pars aquę dicti canalis debet currere per dictam terram de S. Eulalia a partitoria prædicta infra, & per villam, ſeu contratam de Glarola, per villam, ſeu contratam de Fontanelis, vſq; in canale fontium de Fontanelis, quod vadit de Gatatico vſq; ad molendinum de Flexio, & in flumine Hẽcię vbi intrat. Hoc addito, declarato, & intellecto, q̃ nõ obſtãtibus aliquibus

bus ſupraſcriptis, & infraſcriptis, ſemper liceat, & licitum ſit, liberè, licitè, & impunè ſine aliquo impedimento dominis præſentibus, & futuris molendini de Flexio quandocunq;, & quotienſcunq; voluerint, & eis placuerit, accipere, deriuare, & conducere medietatem totius aquæ dicti canalis ad terram, & per directum terrę de Taneto de ſubtus a ſtrata Claudia, & a molendino Iacobi de Cantellis in S. Eulalia conſtructo, & ipſam medietatem dictę aquę conducere continuè, & conduci facere ad ipſum molendinum de Flexio per dictam terram de Taneto; & deinde per terras de Bergamia, & Fontanelis vſq; in canale fontium de Fontanelis, quod labitur per territorium de Gatatico ad dictum molendinum de Flexio, & ibi intrat in flumen Hencię. Et quolibet anno de menſe Ianuarij, aut Februarij ad requiſitionem cuiuſlibet ciuis habentis prata, quę adaquantur de aqua dicti canalis, D. poteſtas Parmę, ſeu eius vicarius teneatur, & debeat eligiſa cere vnum ſuperſtantem, ſeu camparium ſuper dicto canali per illos ad quos ſpectat vtilitas dicti canalis; & per tertiam partem ciuium habẽtium prata quę adaquantur de aqua dicti canalis, & per illos ad quos ſpectat vtilitas dicti canalis. Qui ſuperſtans, ſeu camparius teneatur, & debeat ſemel in anno de menſe Martij, aut Aprilis facere adamplari, diſgomberari, cauari, & remondari ipſum canale, etiam ſic diuiſum per loca, ſeu villas prędictas de S. Eulalia, de Taneto, de Pratoſelis, de Glarola, de Bergamia, & de Gatatico, & de Fontanelis, & facere ponere aquam in dicto canali, & in ipſo eam aquam continuè manutenere, & bucam eiuſdem fieri facere, quotienſcunq; fuerit expediens, aut inghiarata fuerit per flumen Henciæ; & hęc omnia expenſis illorum quibus tangit vtilitas dictę aquę, & expenſis omnium illorum pro rata quorum ſunt prata quę adaquantur de aqua dicti canalis; & ſimiliter teneatur fieri facere expenſis quorum ſupra, omnes alias expenſas neceſſarias pro manutenendo ipſum canale, & aquá continuè in ipſo, & pontes ſuper ipſo; & ꝙ habentes prata magis propinqua bucæ dicti canalis teneantur, & aſtricti ſint ad faciendum expenſas ꝑdictas, etiam pro ductu dictæ aquæ pro rata ſecundum numerum bobulcarum pratorum, ſicut habentes prata magis longinqua; & ꝙ eccleſiaſticæ perſonæ habentes prata quæ adaquantur de aqua dicti canalis, teneantur ad ipſam expenſam, ſicut & aliæ perſonæ; videlicet, pro pratis ſuis, aut beneficiorum ſuorum; & ꝙ tenentes, aut ſecantes de pratis eccleſiaſticarum perſonarum, ſeu clericorum, quę adaquantur de aqua dicti canalis, pro ipſis pratis expenſis dictorum clericorum, poſſint compelli ad ſoluendum ipſas expẽſas pro parte contingente ipſa prata. Item ꝙ aqua dicti canalis diuidatur ſingulo anno de menſe Martij per horas, ſeu dies, cauſa adaquandi inter villas, & inter perſonas habentes prata quæ adaquantur de aqua dicti canalis ſecundum numerum bobulcarum pratorum prædictorum; & quod D. poteſtas, ſeu eius vicarius teneatur hoc fieri facere ſingulo anno ad inſtantiam

ſtantiam cuiuſlibet petentis, ſub pœna libr. quinquaginta Parmeñ. in quibus debeat condemnari per ſyndicos, ſi hoc ommiſerit; & ꝙ quilibet qui acceperit, aut deriuauerit aquam de dicto canali eo die, & hora qua non tangit eum cauſa adaquandi, vel alia occaſione, ſoluat communi Parmæ libr. x. Parmeñ. pro qualibet vice; & ꝙ dictus ſuperſtans, ſeu camparius poſſit, & debeat denunciare, & accuſare omnes homines, & perſonas deriuantes aquam de dicto canali, eo die, vel hora, qua non fuerit ipſius eam aquã deriuantis, etiam ſi deriuans ipſam aquam fuerit de habentibus prata quæ adaquantur de aqua ipſius canalis; & etiam quilibet alius poſſit accuſare, & credatur accuſatori cum vno teſte. Item vt ipſum canale ciuium manuteneatur, & non impleatur, ſtatutum eſt, ꝙ nemo audeat, vel pręſumat facere in ipſo canali cluſam de terra, fraſchis, vel lapidibus cauſa adaquãdi, vel alia occaſione, ſed ipſam cluſam facere teneatur de aſſidibus, ſub pœna libr. trium Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice. Item ꝙ quilibet qui adaquauerit ea die, vel hora, qua aqua dicti canalis erit eius in totum, vel in partem, cum compleuerit adaquare, vel cum compleuerit aqua eſſe ipſius, etiam ſi adaquare non compleuerit, teneatur, & debeat ipſam aquam reponere in ipſo canali, & cluſam quam fecerit deuaſtare, ſub pœna libr. trium Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice. Item ꝙ nullus audeat, vel prę ſumat aquam de lecto dicti canalis extrahere, vel aliquod cauamentum, vel imbrigamentum facere in ipſo, nec penès dictum canale, propter quæ impediatur curſus aquæ per lectum dicti canalis, in pœna, & banno libr. xxv. Parmeñ. Saluo, ꝙ quilibet poſſit aquam de dicto canali extrahere pro adaquando, tantummodo illis diebus quibus conceditur per ſtatutum canali communis, & non aliter, nec alio modo, de aqua, & duabus partibus aquę, quę debent decurrere ad Laguduciũ, de alia verò tertia parte aquæ, quæ ire debent, & vadunt ad Flexium, & ad alia loca vt ſupra, poſſit adaquari impunè quolibet die aliquibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis non obſtantibus. Item ꝙ dictus ſuperſtans, ſiue camparius poſſit, teneatur, & debeat denunciare, & accuſare omnes aliquid committentes in prędictis infra octo dies poſt damnum datum, ꝙ ſi infra ipſum non accuſauerit, ipſe camparius teneatur ad emendationem dicti damni, & ad pœnas ꝑdictas; & de prædictis omnibus credatur, & credi debeat ſacramento dicti ſuperſtantis, ſiue camparij. Item ꝙ ipſi ſuperſtanti, ſiue campario ſolui debeat de labore ſuo per homines habẽtes vtilitatem de dicta aqua, & per omnes homines quorum ſunt dicta prata ſecundum numerum bobulcarum pro rata; videlicet, de ſalario ſibi promiſſo per ipſos qui ipſum eligerint. Item ꝙ D. poteſtas Parmæ, & eius vicarius prædicta omnia, & ſingula obſeruet, & faciat obſeruari ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, cauillationibus quibuſcunq; ceſſantibus, ſub pœna libr. quinquaginta Parmẽ. de ſuo ſalario pro quolibet, & qualibet vice, qua prædicta non obſeruauerint,

rint, seu obseruari fecerint, de quibus possint syndicari, & debeat per syndicos, quando completa ipsius potestaria syndicabitur.

De canale qui dicitur Gambalonus de Gazano disgomberando, & disgomberatum tenendo.

QVia in statutis communis suprascriptis, & infrascriptis non prouisum, nec declaratum est, & quæ personæ debeant conferre ad expensam cauamẽti, & disgomberamenti Gãbalonis, ex quo in immensum damnificatæ sunt, & damnificantur quotidiè homines, & personæ habentes eorum possessiones iuxta dictum Gambalonem, & infra ipsum Gambalonem, & ex ipso nullam habent vtilitatem; & nisi ꝓuideatur in futurum, aquæ quæ decurrunt in ipsum a partibus superioribus, tale damnum inferunt, ꝙ necesse erit omnes possessiones existentes a Gambalone infra vsq; ad Cohæncium, incultas remanere; & vt prouideatur indemnitati habentium terras, & possessiones suas in partibus suprascriptis; statutum, & ordinatum est, ꝙ decętero singulares personæ, & homines habentes terras laboratiuas, pratiuas, boschias, & paschua in terris infrascriptis, contribuant ad expensam tam incisionis arborum existentium in alueo dicti Gambalonis vt infra dicetur, quàm ad cauamentum ipsius Gambalonis vt infra dicetur, singula singulis congruè referẽdo; videlicet, quòd omnes, & singulæ personæ, tàm ecclesiasticæ, quàm seculares, quæ confinant ipsi Gambaloni a flumine Henciæ vsq; ad Furmigulam, & versus Gazanum etiam, teneantur ipsum Gambalonem disgomberare lignamine, & incidere ipsa ligna tàm grossa, quàm parua vsq; supra ripam, & in ripa per duo brachia omnibus eorum expensis, singulo anno semel de mense Martij, seu Aprilis, vel Maij. Ad cauamentum verò ipsius teneantur homines, & personæ, tàm seculares, quàm ecclesiasticæ habentes eorum possessiones, & terras in villis suprascriptis; videlicet, habentes eorum possessiones in villa de Martorano, de Malandriano, de Quignente, de Coloreto, de Gazano, & de Crustulo, aquæ quorum, tam canalium qui per eos conducuntur, quàm pluuiarum decurrunt in ipsum Gambalonum; & habentes vt supra possessiones, & terras in villa de Casalibarũculo, in villa de Tazolino, in villa de Casalictono a serò, in villa de Sorbulo a serò, in villa de Frasmaria, & Formigula infra versus Sorbulum, in villa de Lacogularia, in villa de Bersanelis a serò, & Henzano a serò, & in villa de Cohencio a serò, intelligendo semper, ꝙ expensa diuidatur super terris locorum prædictorum ad rationem bobulcarum terræ laboratiuarum, pratiuarum, boschiarum, & pasculiuarum, sicuti, & quemadmodum diuiditur per terras obligatas fieri aggeres ad flumen Henciæ; videlicet, ad rationem denariorum trium pro qualibet bobulca terræ laboratæ, siue seminatæ, siue in stipulis, & denariorum duorꝫ pro qualibet bobulca terræ pratiuæ, & denarij vnius pro

pro qualibet bobulca terræ boschiuæ, vel pasculatiuæ, ascendendo, & descendendo de ipso precio, secundum ꝙ erit expensa dicti cauamenti ꝓrata; teneaturq; D. potestas Parmæ qui tunc erit, vel eius vicarius, vel aliꝰ qui libet officialis ad hoc deputatus, eligi facere vnum superstantem ad dicta laboreria fienda, eis modo, & forma quibus tenetur ad faciendum fieri aggerem Henciæ, quod statutum obseruetur, & obseruari debeat decætero, quotienscunq; fuerit necesse ipsum Gambalonem euacuari, & disgomberari debere; & sit præcisum, & præcisè debeat obseruari per dictum potestatem, & per quemcunq; alium officialem ad hoc deputatum, in pœna libr. vigintiquinq; Parmeñ. pro qualibet vice qua omissum fuerit obseruare.

De aqua fontium de Fontanelis de vltra Henciam.

CVm aqua omnium fontium quæ nascuntur in terra de Fontanelis vltra Henciam labi, & discurrere semper consueuerit, & labitur, & discurrat per villam de Gatatico ad molendinum de Flexio episcopatus Parmæ. Nemo contra voluntatem illorum quorum est ipsum molendinum de Flexio, audeat, vel præsumat aquam de ipsis fontibus, vel canali ipsarum fontium deriuare, aut deriuari facere, nisi de voluntate illorũ quorum est dictum molendinum, sub pœna libr. x. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, applicanda pro dimidia communi Parmæ, & pro alia dimidia campario dicti canalis electo, vel eligendo per dñm, seu dños dicti molendini de Flexio.

Qualiter canalis Capriolæ debeat teneri remondatus, & per quos.

CAnalis Capriolæ qui habet originem in Paule, & labitur per terras de Vigopado S. Vitalis monachorum, Pedregnano, & Gambaretulo teneri debeat remõdatus, & expeditus per illos, ad quos spectat vtilitas; & nulla persona præsumat dictum canale deriuare, vel aclusare, sub pœna sold. xx. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice. Et vnus custos eligatur ad dictum canale per illos, qui habent facere iuxta ipsum canale, & duret per vnum annum officium dicti custodis, & habeat potestatem accusandi omnes contrafacientes. Et nauis per quam dictus canalis vadit supra Nauilium communis, refici debeat expensis illorum ad quos spectat vtilitas; & hoc capitulum sit præcisum.

De aggeribus Padi fiendis, & manutenendis.

PRimò, ꝙ si contingerit aliquas ruptas fieri, seu aliquos aggeres de nouo construi debete in aliqua parte ipsorꝫ aggerũ, à domo Macharini vbi iungit aggeres Taronis cũ aggere Padi inferius, vsq; ad territorium terræ de Cella, ꝙ ipsæ ruptæ refficiantur, & aggeres de nouo cõstruantur

ſtruantur expenſis hominum,& perſonarũ habentiũ eorũ terras, & poſſeſſiones,& ſtantium, & habitantium in villis de Siſſia,a meridie parte Siſſię inferius,de S.Nazario,de Flexio,de Turricella ripę Padi,de Gramignacio, de Coltaro,de Colurnio,de Copermulis vltra Parmam,de Sanguinea, de Sacha,de Cella ripę Padi,& expenſis ipſorum pro rata,pro bobulca, & ad rationem bobulcæ totius territorij ſupraſcriptarũ villarum ; ita q̃ vn⁹ plus altero ad rationẽ bobulcarum non teneatur ſoluere aliquid, niſi apparuerit contrarium per conſuetudinem alias obſeruatam in prædictis.

Item q̃ homines,& perſonæ habentes eorum terras,& poſſeſſiones, & homines,& perſonæ ſtantes,& habitantes in terris de Colurnio, de Copermulis vltra Parmam,de Cella ripæ Padi,de Sãguinea,de Sacha, & Coltaro,teneantur,& obligati ſint,& aſtricti ſint ab ipſo territorio de Cella inferius,in quacunq; parte ipſorum aggerum Padi , vſq; ad flumen Parmæ, aggeres ipſius Padi facere,ſeu fieri facere,& reficere, & ruptas ipſorum factas,& fiendas reficere;& ipſos aggeres de nouo conſtruere eorũ proprijs expenſis, ſine auxilio aliquo eis præſtando per villas ſuperiores de Siſſia, & cætera.

Item q̃ ſupraſcripti hoĩes,& perſonæ habentes territoria in villis de Siſſia,a meridiè parte Siſſiæ inferius,de S.Nazario,de Flexio, de Turricella ripæ Padi,& de Gramignacio;& homines,& perſonæ in eis ſtantes, & habitãtes,ipſum aggerẽ fluminis Padi a dicta domo Macharini inferi⁹, vſq; ad arzinellum Caurariæ,quod eſt in terra de Tur. ſucceſſiuis temporibus aggeres ipſos manutenere,& adalzare,tantum,quantum inferiores eorũ aggeres ibi contiguos adalzabunt,abſq; auxilio aliquo eis præſtando per villas inferiores,& ad hoc compelli poſſint,totiens,quotiens fuerit neceſsè.

Ab ipſo verò arzinello inferius,vſq; ad flumen Parmæ,homines,& perſonæ habentes eorum terras,& poſſeſſiones,& homines ſtantes,& habitãtes in villis de Colurnio,de Copermulis,de Sanguinea, de Sacha,de Cella ripæ Padi,de Coltaro,ipſum aggerem manutenere,& adalzare,tantum, quantum inferiores eorum aggeres ibi contiguos adalzabunt,abſq; auxilio aliquo eis præſtando per villas ſuperiores, & ad hoc compelli poſſint, & cætera.

Et quotienſcunq; laborabitur ad ipſos aggeres,facere teneantur in ipſis aggeribus in laude ſuperſtãtis,quilibet maſculus ætatis annorum xv. & ab indè ſupra teneatur facere operas duas manuales in laude ſuperſtantis,qui libet habens beſtias teneatur facere operam vnam manualem, in laude ſuperſtantis pro quibuſlibet quinq; beſtijs bouinis, & equinis, quilibet habens pecudes,capras,hircos,& porcos in ipſis villis,teneatur facere vnam operam manualem pro quibuſlibet decem beſtijs conditionis præmiſſæ; & quòd villæ ſuperiores poſſint facere fieri tales operas pro ſuis hominibus, & beſtijs in ſua parte aggerum, & ſimiliter inferiores poſſint, & debeant facere fieri pro ſuis hominibus, & beſtijs tales operas in ſua parte aggerum.

Item ad hoc vt aquæ villarum,& partium inferiorum ſuum debitum poſſint habere ad Padum decurſum,& neceſſitate fienda eſſet vna clauica, ſeu clodina in aggere Padi ad Lurnellum,quod eſt intus territoriũ de Coltaro,& territorium de Cella ripæ Padi expenſis illorum ad quos ſpectat vtilitas.

Item q̃ dugaria de Sacha,per quam aqua decurrit,ſolita erat eſſe in aggeres Padi,vbi dicitur ad Brollum,cauari debeat, & purgari per illos ad quos ſpectat;videlicet,per illos de Sacha tantum,expenſis habentium terras in dicta terra de Sacha ad rationem denariorum trium pro bobulca terræ laboratæ,denariorum duorum pro bobulca prati , & denarij vni⁹ ꝑ bobulca boſchiæ,ſaldiæ,& valliæ,quæ non laboretur ; & ſimiliter fiat , & ſit vbi in præſentibus ſtatutis,& ordinibus ſit facta mentio de prędictis,& & non ſit aliter diſpoſitum per ſtatuta.

Item q̃ Clodena prædicta de Briſſillo reficiatur expenſis illorũ ad quos ſpectat vtilitas,videlicet,vt ſupra.

Item q̃ dugaria de Mezano Rondanorum per quam aqua exiẽs,& decurrens per dictam Clodenam decurrit verſus Padum,& flumen Parmæ, cauetur per illos ad quos ſpectat vtilitas.

Item q̃ omnes dugariæ decurrentes a villis de Colurnio, ſeu de Sanguinea ad Clodenam de Copermulis,in partibus in quibus cauatę non ſunt, cauentur,& diſgomberentur per illos ad quos ſpectat vtilitas de ipſis.

Item q̃ Clodena de Copermulis in ripa fluminis Parmæ in capite dugariæ,& vbi ſolita erat eſſe,ſeu ibi propè,reficiatur expenſis illorũ ad quos ſpectat vtilitas;videlicet,de Sanguinea,de Colurnio vltra Parmam; & de Copermulis vltra Parmam.

Iteꝫ ad hoc vt per aggeres Padi,& Parmæ iri poſſit equeſter, & pedeſter; & poſſit videri,ſi de neceſſitate ſunt reficiendi,vel alzandi, q̃ ipſi aggeres vndiq; tam deſuper,quàm ad pedem,& extra ipſas per vnam perticã prorogentur , & diſgomberentur,aut exportentur;& poſſint defendi, & ſubueniri in caſũ neceſſitatis.

Item,q̃ cauatis dugarijs exiſtentibus in dictis territorijs,annuatim ſgabientur per homines villarum in quibus ſunt, quæ expenſa fiat per habentes terras in ipſis villis,& modo ſupraſcripto congruè referendo .

Item q̃ ad prædicta fieri facienda eligi debeat per illos ad quos ſpectat, vnus ſuperſtans idoneus,& vnus notarius,& qui ſalarium debeant habere expenſis illorum,ad quos de prædictis ſpectat vtilitas.

Item q̃ expenſis illorum ad quos ſpectat vtilitas,emantur, & fiant libri de nouo , ſuper quibus deſcribant terræ omnes conferre debẽtes ad ipſos aggeres de nouo,cum de ipſis terris propter temporis vetuſtatem pro maiori

maiori parte deuastati, aut causa nouitatum pr̃teritar̃ perditi, & lacerati.

Item q̃ eligantur tres personæ, quæ adsint cum superstante super agibilibus ipsorum aggerum, & expensis dicta occasione necessarijs, & rationibus ipsorum videndis, & saldandis deputati.

Item q̃ nullus carrezet per dictas dugarias, vel aliud impedimentũ, vel splanamentum fiat per aliquem, quominus aqua possit liberè decurrere, sub pœna sold. xx. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & qui voluerit carrezare super dictis dugarijs faciat pontem, vel fieri faciat.

Si verò aliquo tempore euenerit, q̃ flumen Padi propter abundantiam aquarum crescat, ita q̃ veniat ad aggeres Padi; tunc omnes villæ & hoīes ipsarum, qui, & quæ conferunt, & qui conferre tenentur, & consueuerũt ad ipsos aggeres faciendos, teneantur ire, & stare ad dictos aggeres defendendos, & manutenendos, ne ipsæ aquæ offendant ipsos aggeres, terras, & hoīes, & hoc pœna, & banno xxv. libr. Parmen. pro quolibet communali, & sold. centum Parmen. pro qualibet speciali persona; & potestas teneatur eis dictum bannum auferre, & mittere vnum officialem totiens, quotiens opus opus erit, ad postulationem cuiuslibet postulantis.

De aggeribus Bagancię.

STatutum, & ordinatum est, q̃ omnes, & singulæ villæ quę cohęrẽt, & confinant flumini Bagancię a sero, teneantur facere aggeres de nouo, eosq; manutenere; videlicet, quælibet villa tantum, quantum durat suum territorium, & confinat super dicto flumine Bagancię, ad quos aggeres fiendos de nouo, & manutenendos teneantur omnes, & obnoxiæ sint terræ cuiuslibet villę prædictarum villarum confinantium vt supra, pro ea parte, & eisdem modis, formis, & conditionibus, pro qua, & quibus tenentur alię terę aliar̃ villarum conferentium, & contribuentium ad aggeres alior̃ fluminum; simile fiat de personis stantibus, & habitantibus in ipsis villis dicto flumini cohærentibus, vt dispositum est de alijs aggerib⁹; a manè verò idem fiat, & obseruetur de aggeribus ibidem fiendis, in omnibus, & per omnia prout supra dictum est de aggerib⁹ a sero. Hoc excepto, q̃ terrę quę sunt citra Cinglum a manè, non sint obnoxiæ, nec teneantur ad faciendum dictos aggeres, quantumcunq; ipsæ terræ sint, in illis villis quę cohęrent, & confinant dicto flumini Bagancię; sed illę solę terræ quæ sunt inter dictum Cinglum, & dictam Baganciam prędictarum villarum sint obnoxię, & teneantur ad dictos aggeres fiendos pro ea parte, & eisdẽ modis quibus supra dictum est.

Item cum factum sit quoddam arzinũ iuxta flumen Bagancię, & iuxta stratam montanam, quę vadit propè Cistellas, pro defensione dictę stratę, & terrarum circunstantium; & multi destruant dictum arzinum splanando, & carrezando super ipso cum bobus, & plaustris, equis, & carretis, ad

ad defensionem dictæ stratæ, & ne flumen Baganciæ discurrat ad foueas ciuitatis; statutum, & ordinatum est, q̃ nullus decætero audeat, vel præsumat splanare dictum arzinum, nec carrezare super ipso, sub pœna x. libr. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & teneatur quilibet contrafaciens dictum arzinum restituere in pristinum statum, & de hoc credatur cuilibet accusatori cum vno teste.

Quòd extrahentes aquam de canalibus tempore hyemali teneantur claudere bucas.

ITem statutum, & ordinatum est, q̃ omnes extrahentes, & extrahere volentes aliqua canalia de fluminibus episcopatus Parmæ causa adaquandi, vel alia occasione, omni tempore teneantur, & debeant claudere, & benè arzenare ad medium mensis Septembris bucas, quas fecerunt in dictis fluminibus occasione prædicta, sub pœna libr. trium Parmen. q̃ quolibet contrafaciente, & qualibet vice; & hoc ne aquæ prouenientes ex bucis factis in dictis fluminibus occasione prædicta, damnũ inferant aliquibus tempore hyemali, quale facit aqua Bagancię, proueniens ex dictis bucis versus partes inferiores. Aduenientibu autem Kalen. Martij possint tunc dictæ bucæ aperiri, & ex eis aqua extrahi, & non ante, sub eadem pœna de qua supra cuilibet contrafacienti, & pro qualibet vice. Saluo quòd si aliquod commune, vel communia, siue singulares personæ voluerint tẽpore hyemali adaquare, & conducere aquas pro adaquando, teneantur facere vnam claudenam de quadrellis, siue de ligno, & ipsam taliter ordinare, quòd in aliquo canali non possit intrare maior quantitas aquæ, quàm possit portare dictum canale commodè; ne aqua ipsa possit inferre damnum alicui.

Qualiter lectum Scalopiæ debeat cauari, & per quos.

VT aqua Scalopiæ liberum habeat decursum, ne possessiones ciuium cohærentes damnum patiantur decætero propter redundationem ipsius aquæ, dicta Scalopia cauetur, & disgomberetur per lectum suum, incipiendo dictum cauamentum a strata de Brissillo, per quam itur Laguducium, continuando ipsum cauamentum, tantum, quãtum extenditur per districtum Parmę; & ad ipsum cauamentũ faciendum teneantur, & compellantur omnes, & singuli, ad quos spectat vtilitas cauamenti faciendi; & ad prædicta omnia, & singula complenda, & faciẽda eligatur, & eligi debeat vnus superstans, cum vno notario, & vno correrio, de ciuibus habentibus facere in partibus illis, qui teneantur conferre ad dictum cauamentum ad breuia in consilio generali; & habeat dictus superstans pro suo salario soldos duos imperialium, & notarius xx. imperiales, & correrius duodecim imperiales quolibet die, quo steterint ad dictum labo-

laborerium fieri faciendum ab illis hominibus, & communalibus qui tenentur laborare ad dictum cauamentum, ad quos vtilitas ſpectat. Qui ſuperſtans habeat, & habere debeat illam bayliam, & poteſtatem quam habent, & habere conſueuerunt ſuperſtantes electi ſecundum formam ſtatuti, quod incipit vltimum, & generale. non obſtãte aliqua additione prædicto ſtatuto vltimo, & generali facta, & facienda; & teneatur inſuper, & obligatus ſit dictus ſuperſtans facere cauari modulum dictæ Scalopiæ illis, ad quos ſpectat vtilitas, incipiendo in ipſo Nauilio penès Briſſillum, cõtinuando ipſum cauamentum, tãtum, quantum extenditur. Qui officialis de menſe Iunij eligatur, & ſi D. poteſtas, vel iudex ſuus circa prædicta fuerit negligens, perdat de ſuo ſalario, ſeu fundo centum ſoldos Parmeñ. & hoc capitulum ſit præciſum, & præcisè debeat obſeruari; ita q̃ non poſſit corrigi, vel mutari, vel interprætari, niſi ſicut ſtant ſcripturæ quæ loquunt de expenſis faciendis pro communi. Terræ vero quæ obligatæ ſunt ad laboreriũ Scalopię, ſunt heę; videlicet, Pratoſelus, Vlmus, S. Remedius, Henzola, S. Siſter, S. Sillus, Sorbulus a manè, Lenteſonus, Berſanellus a manè, Henzanus a manè, Cohęncius a manè, S. Georgius, Pupilium cum ſuis membris, Meletulum vltra Henciam, Briſſillum, Beruptum, Caſtrum Gualterium.

Qualiter quilibet qui habet molendinum in canali de Bagancia, quod vadit per Colliculum teneatur à ſuo molendino inferius tenere remondatum.

OMnes habentes molendina in canali de Bagancia, quod vadit per Colliculũ, teneatur a ſuo molendino vſq; ad inferius molendinũ, tenere dictum canale remõdatum, & expeditũ; ita q̃ aqua vadat, & ire poſſit ſub ripis dicti canalis, taliter, q̃ non det, neq; faciat damnũ in blauis, & vineis alicuius; & ſic fiat de molendino ad molendinum, vſq; ad inferius molendinum dicti canalis; & poteſtas, ſeu ſuperſtans dicti canalis qui pro tempore fuerit, poſſit, & debeat hoc fieri facere illis perſonis, quarũ ſunt molendina; & poſſit auferre pro banno contrafacienti, vel nolenti facere prędicta, pro qualibet vice centum ſoldos Parmeñ. de quibus medietas deueniat in commune, & alia medietas in dictum poteſtatem, ſeu ſuperſtantem; & homines de Colliculo ſemel in anno prętent eorum auxilium prędictis de molendinis, ad prędicta facienda, ad hoc vt copiam habeant terras eorũ liberè adaquari, & prata ſm̃ formam ſtatutorum.

De aqua quæ labitur per villas Marorij, & Boſeti cuſtodienda.

VT aqua, & rioli qui extrahuntur de canali maiore, quę decurrunt per ipſa riola per villas Marorij, & Boſeti, liberè decurrant oĩ tempore per illas villas pro maiori vtilitate hominum habentium facere

facere in illis villis; nullus audeat, vel præſumat accipere aquam de dicto riolo de menſibus Iunij, Iulij, & Auguſti, ſeu aliquo ipſorum menſium contra voluntatem hominum habentium ius in dictis riolis, pœna, & banno xx. ſold. Parmeñ. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Qualiter foſſatum quod tenet caput ad ſtratam de Campigine debeat adamplari, & per quos.

FOſſatum quod tenet caput ad ſtratam de Campigine in contrata de Glarola, per quod foſſatum fontanæ, quæ oriuntur in prædictis contratis euacuantur, & deriuantur per dictum foſſatum a dicta ſtrata inferius, vſq; ad villam de Gatatico, debeat adamplari, & cauari, ad hoc vt aqua dictorum fontium liberum habeat decurſum per dictum foſſatum; ita q̃ non ſupponat terras habentium facere in dictis contratis multitudo aquarum, & hoc expenſis illorum ad quos ſpectat vtilitas hoc facere; & vnus ſuperſtans habeat illam auctoritatem, & bayliam, quam haberet ſi electus eſſet ſecundum formam illius ſtatuti, quod incipit vltimum, & generale capitulum, non obſtante aliqua additione facta prædicto ſtatuto; & q̃ nullus poſſit facere aliquam cluſam, ſeu aliquod imbrigamentum in dicto foſſato, per quod impediatur decurſus prædictarum aquarum, in pęna libr. trium Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, qua cõtrafactum fuerit; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatẽ banni, & credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte.

Qualiter poteſtas teneatur facere remondari, & cauari canales de Grolla, & per quos.

POteſtas teneatur ſacramento præciſo facere, & curare q̃ canale de Grolla, quod conſueuerat labi ad caſtrum Nouum per illum lectũ, per quem conſueuit venire, veniat, & ducatur; & poteſtas teneatur facere cauari dictum canalem omnibus, & ſingulis perſonis, ad quas vtilitas ſpectat; & per quorum territoria vadit, & ire conſueuit dictum canale; & ad prædicta poteſtas compellat eos, & ſic poteſtas faciat, q̃ dictum canale ducatur penès, & de retro hoſpitale S. Hilarij; & D. poteſtas teneatur ſacramento præciſo infra duos menſes ſui regiminis facere eligere quẽdam ſuperſtantem, ad requiſitionem ſex, vel octo illorum, ad quos ſpectat vtilitas, & illorum per quorum territoria vadit dictum canale, & per illa loca quæ determinabuntur per octo eligendos per præſidentes negocijs communis Parmæ, qui ſuperſtans habeat auctoritatem decernẽdi, omnes illos ad quos ſpectat vtilitas dicti canalis; & q̃ illi ad quod dicet ſpectare ſacramento ſuo, protinus compellantur omni exceptione ceſſante per D. poteſtatem, vel eius officialem.

Qualiter zapellus qui eſt iuxta ponteſellum de Fontanilibus aptetur, & per quos.

ZApellus qui eſt iuxta ponteſellum olim curſus Scarlatæ ſuper ſtrata de Fontanilibus, aptetur, & fiat expenſis illorum, qui tenent manutenere dictã viã, ſeu ſtratã, vbi eſt dictus zapellus; & riuus q transit per dictum ponteſellũ, qui ſuppeditat dictã ſtratã, & terras quæ confinant dictæ ſtratæ, ſiue in dicta ſtrata, & riuo tempore plenarũ, & cũ dict⁹ riu⁹ lectũ ſufficientẽ non habeat, vnde currere poſſit, cauetur, ducat, & adampletur in quacunq; parte ſui, prout extendit decursũ inferius per confines cuiuſlibet; & ſi de terra alicuius fuerit ab alia parte riui, ille a cui⁹ parte fuerit, teneatur eam emere; & ille cuius fuerit, teneatur eam ſibi vendere iuſto precio, facta æſtimatione per duos, aut tres bonos homines per ipſas partes eligendos; & fiat hoc opus riui per illos, qui habent terras, & cãpos contiguos dicto riuo; & ab vtraque parte prædicti riui; & D. poteſtas teneatur hoc fieri facere ad requiſitionem cuiuſlibet, & eligatur vnus ſuperſtãs per poteſtatem, qui habeat ad faciendum in dicta contrata, qui fieri faciat ſupradicta; & qui habeat plenum arbitrium, vt in ſtatuto, vltimo, & generali, & c. continetur; non obſtante aliqua additione dicto ſtatuto facta; & in foſſatis quæ ſunt a capite ſotano pratorum Abbatis de Cauana, in ſurſum, vſq; ad plopas de Corcagnano, non fiant cluſæ, cum aqua ſupponat dictam ſtratam, quæ ſcalioſa eſt, pœna, & banno xx. ſold. Parmen. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd non prohibeatur decurrere aqua canalis de Corcagnano, de Vlmazolo, & de aqua manutenenda in ipſo.

CAnale qui appellatur canalis de Corcagnano, & qui decurrit per terram de Vlmazolo, per aliquem rectorem; & officialem cõis Parmæ, ſeu per aliquem alium nõ poſſit prohiberi aliquo tpe eſtiuo, vel hyemali, q de aqua quæ extrahitur de flumine Parmæ, & quæ ponit caput ad zepum, quod eſt, vel eſſe conſueuit in ea via, vel pertinentijs Panochiæ, inter canale de Corcagnano, & canale communis; & qui canalis labitur per territoriũ de Vigatulis, quin ſemper, & omni tempore decurrit per ipſum canale per dictam terram de Vlmazolo, in tanta quãtitate quæ exeat per vnum foramen vnius verupli groſſi ad minus, in caſu penuriæ aquæ, & in caſu abundantiæ aquæ decurrat in dicta terra de Corcagnano per dictum caſum tanta quantitas aquæ, quæ ſit ad ſufficientiam hominum, & beſtiarum Corcagnani; ad hoc vt hoíes dictæ terrę habeãt ad beuerandũ beſtias ipſorum, cũ aliundè aquã nõ habeant, nec habere poſſint; & poteſtas teneat, & debeat prædictã aquam in dicto canali manutenere, ſecundum quod ſuperius dictum eſt; alioquin perdat de ſuo feudo decem libras

libr. Parmeñ. Et nullus de villa de Vlmazolo ſupra præſumat aquam extrahere de dicto canali, in pœna, & banno x. libr. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni; & prædicta locum habeant in caſu quo in canali communis qui venit ad ciuitatem, ſit, & remaneat aqua ſufficiens pro molendinis in ipſo canali exiſtentibus, & aliter non.

Qualiter poſsit extrahi aqua de flumine Cingli.

LIcitum ſit cuilibet perſonę eccleſiaſticę, & ſeculari extrahere aquam de flumine Cingli, a campo D. Simonis de Coſtula inferius, non faciendo aliquod preiudicium in vijs publicis, nec in ſtratis cõis, capitulis communis, vel reformationibus aliquibus non obſtantibus.

Quòd nullus poſsit extrahere aquam de riolo qui labitur per terram de Boſeto.

NVllus poſſit extrahere aquam de riolo qui labitur per villã de Boſeto aliquo die, contra voluntatem hoíum habẽtium ius in dicto canali; non obſtante aliquo ſtatuto quod loquitur, q aqua extrahat de canalibus, & riolis in dieb⁹ ſabbati, & dominicarum; & poteſtas teneatur dictum capitulum obſeruare per ſacramentum ſine tenore.

De quodam riolo extrahendo de ſupra dicto riolo.

CVm quidã riolus extrahatur de canale maiori de ſubtus molẽdinũ plebis de Porporano, & labitur p territoriũ Boſeti, & Marorij, & conſuetũ eſt labi per tm̃ tẽpus, cuius memoria non exiſtit, ſed p cõtinuationẽ ductus de aqua dicti rioli lectũ ſit adeo plenũ, & debilitatũ, q non poteſt habere libeꝝ decursũ, ex quo terræ circũſtantes deſtruuntur ex inundatione aquæ dicti rioli. Ad euitandũ p̃dicta, liceat, & licitũ ſit extrahentibus, & extrahere debentibus aquã de ipſo canali p bucã dicti rioli, ipſum riolũ extrahere de ipſo canali maiori deſup a molẽdino dictæ plebis, eiuſdẽ latitudinis, & quantitatis aquæ dicti rioli a qua extrahat, & extrahit ab hinc retrò de ſubtus a molẽdino dictæ plebis, & ipſum ducere ad lectũ dicti rioli ad ſuã voluntatẽ, ſic, & qñ placuerit ad eoꝝ omnimodã voluntatẽ. ita tm̃, q dictus riolus non poſſit duci, nec deriuari extra territoriũ terrarũ ſuprafcriptarum per aliquã perſonã; ita q non liceat alicui aquã extrahere de dicto riolo ſine voluntate dñorum dicti rioli, ſub pœna, & bãno centum ſold. Parmeñ. p qualibet vice; & hoc capitulũ ſit præciſum, & præcisè debeat obſeruari. Ita q tm̃ ipſa mutatio fiat ſm̃ formã inſtrumenti, quod habetur de dicto riolo, & non aliter, & dñi habentes molendinum in ipſo canali maiori a dicta buca infra, debeant primo requiri ad videndum ipſam mutationem, quando fieri debeat, & aliter mutari non poſſit.

Quòd habentes facere in Colliculo, poßint adaquare de aqua Manubiolæ.

OMnes, & ſinguli ciues Parmæ habentes facere in Colliculo, & pertinentijs, poſſint liberè habere, & adaquare de aqua Manubiolæ poſſeſſiones ſuas, & ſua commoda facere; non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium obſeruata.

De vijs publicis, & priuatis alienis, non claudendis, nec arctandis, & de pœna contrafacientium.

QVicunq; occupauerit, vel occupabit in futurum viam aliquam publicam, vel priuatam alienã, in ciuitate, epiſcopatu, vel diſtrictu, claudendo, & arctando illam, vel aliter impediendo, D. poteſtas, & quilibet alius officialis communis habens iuriſdictionem cognoſcendi, ad petitionem, vel denunciationem cuiuſlibet, ſi de hoc fuerit fides facta ſaltim per duos teſtes, teneatur infra quattuor dies tunc proximè futuros, cogere illum reducere, & reponere ipſam viam in priſtinum ſtatũ; & vlterius ipſum condemnare in libr. x. Parmeñ. nulla audita exceptione, ſub pœna libr. xxv. Parmeñ. ipſi officiali negligenti, a quo tale quid fuerit requiſitum.

De fontanela quæ vadit de S. Martino de Senzano ad Vigolandulum, adamplanda.

POteſtas ſi ab aliquo, ad quem veriſimiliter ſpectat fuerit requiſitus, & non aliter, teneatur facere adamplari fontanelam, quæ venit de S. Martino de Senzano, & vadit Limignanum, per Vigofertulum, per Vigolandulum, per vnum pedem, & dimidium, de pertica directa per totum lectum antiquum, per quem dicta fontanela vadit; & quilibet homo teneatur adamplare lectum, tantum, quantum tenet ſuus campus, vel vinea, banno quadraginta ſold. Parmeñ. & q; nullus poſſit extrahere aliã fontanelam de lecto prædicto ſub banno prædicto; & poteſtas teneatur infra menſem poſt annum nouum, inuenire vnum ſuperſtantem ad prædicta fieri facienda, ad expenſas illorum quibus ſpectat vtilitas.

Qualiter poteſtas teneatur facere fieri vnam clauduturam de quadrellis in buca poſita in villa de Sanguinea.

AD defenſionem terrarum, & ne pereant pro aquis, poteſtas teneatur præciſè facere fieri vnam claudinam de quadrellis in buca rioli poſiti in villa de Sanguinea, ponendo ibi vnum legalem ſuperſtantem, qui faciat fieri dictum opus de menſe Auguſti, cum alio tẽpore fieri non poſſit; & hoc expenſis illorum ad quos ſpectat vtilitas.

De

De ponte lapidum faciendo ſuper flumine Zenzi.

CVm magnus ſit riuus, & quaſi flumen, qui appellatur Zenza, & eſt inter Pauaranũ, & Maiaticum, ſit ita rapidus, & violẽtus, q; aliquis pons de ligno, propter fortiam dictæ aquæ, non poteſt per vnum annum durare; & ita homines ad quos ſpectat vtilitas, continuè affligũtur laboribus, & expenſis occaſione conſtructionis, & reaptationis dicti pontis; ſtatutum eſt, q; ad poſtulationem cuiuſlibet perſonæ, ad quam ſpectat vtilitas, teneatur D. poteſtas dictum pontem facere conſtrui de lapidibus, quadrellis, & calcina, expenſis illorum ad quos ſpectat vtilitas; & intelligatur conſtructio dicti pontis ſpectare ad vtilitatẽ villæ de Pauarano, & Maiatico, & omnibus alijs terris, & hominibus, qui, & quæ faciunt tranſitum per ipſum pontem, & per illos ad quos ſpectat vtilitas; & pro refectione dicti põtis poſſit eligi vnus bonus ſuperſtans, & legalis maior triginta annorum; & D. poteſtas, & eius iudex teneatur ipſum ſic electum confirmare, & eidem concedere poteſtatem bayliam, & auxilium ad dictum põtem, ſiue opus fieri faciendum; & ſuperſtans ſic electus teneatur exigere dictã collectam inter homines, ad quos ſpectat vtilitas; & qui faciunt tranſitum per ipſum pontem.

Qualiter licitum ſit hominibus de Tanzolino capere aquam de fonte de Heolla.

LIcitum ſit hominibus, & perſonis de Tanzolino haurire, & hauriri, ſeu arripi facere aquam fontis, qui Heolla dicitur, & ea ducere ad villam, & per villam de Tanzolino ad domos eorum, dum modò damnum ipſa aqua non faciat alicui; & ſi damnum fecerit alicui, teneat emendare damnum illi, cui illud fecerit occaſione dictæ aquæ hauriendæ.

Qualiter adaquari poßint prata de Maſſa, ex aqua fontis Maſſæ.

OMnes qui habent facere in pratis de Maſſa, de Campigine, & eius territorijs, poſſint, & eis liceat adaquare, & adaquari facere ipſa prata de aqua fontanæ de Maſſa cum minori incommodo vicinorum; & ſi ex inde aliqua perſona dãnificaret, illi qui voluerint dicta prata adaquare, teneantur damnũ emendare, ſi quod fiet alicui dicta de cauſa.

De faciendo fieri vnum pontem ſuper Aqualena.

POteſtas teneatur facere fieri, & manutenere vnum pontẽ de ſubtus a molendino fratrum Humiliatorum de Moyule ſuper Aqualena, cum duabus ſpondis de muro, ſeu archinuolto, expenſis illorum ad quos vtilitas ſpectat.

De satisfaciendo singulis qui damnificarentur in possessionibus suis occasione alicuius viæ, quæ fieret in eis propter impetum aquæ.

SI aliquod flumen in aliqua parte epatus Parmę arripuerit, vel arripiet aliq̃ viã publicã, & habentes inde transitũ, voluerint dictã viam facere reaptari, seu fieri in campo dictæ viæ ablatæ confinanti, antequàm p ipsa via soluant, & satisfaciant ei cuius erit terra, per quam ire debebit via de precio cõpetenti, antequàm possessio tollatur eidem facta æstimatione per duos, aut tres bonos viros; & in casu quo soluerint, aut soluere voluerint, talis habẽs ipsam terram pro ipsa via fienda protinus dare teneatur.

De canali qui labitur per Terrenum cauando, & remondando.

CVm prata de Terreno supponant̃, & deuastentur propter inundationẽ aquar̃; & specialiter pp aquam canalis, qui labit̃ p Terrenũ, dictus canalis caueat̃, & cauari debeat, & remondari, & disgõberari a ponte de Castelario in sursum, vsq; ad Nauiliũ, sup quo est nauis de quadrellis; & dugaria quæ ab inde infra vadit, & labitur per dictũ Terrenũ debeat remondari, per tm̃, quantũ durat dictum Terrenum, sicut melius opportunũ fuerit, & necessè proijciendo terrã dicti canalis, & dugariæ, quæ extrahit̃ de lecto ipsorum, ab vtraq; parte ripar̃, expensis, & ad expensas illor̃, ad quos spectat vtilitas laborerior̃ prædictorum canalis, & dugariæ; Sed ad prædicta fieri facienda deputetur, & deputari debeat vnus superstans, eligendus singulo anno de mense Martij per præsidentes negocijs cõis Parmæ, qui superstans habeat salariũ libr. sex imperialiũ in totum, in mẽsibus Martij, & Aprilis, quibus mensibus prędicta fieri facere teneatur, & prædictum salarium habeat a supradictis, ad quos spectat vtilitas dicti laborerij, q̃ terminetur per prędidentes negocijs cõis prædicti; & qui superstans teneatur reduci facere dictum canale per loca, & lectum cõsueta, & consuetum; & potestas Parmæ ad requisitionẽ cuiuslibet habentis facere in Terreno, teneatur dicto superstanti Terreni præcipere, & ipsum cõpellere ad dicta laboreria fieri facienda vt supra; & q̃ superstans prædictus q̃ pro tpe fuerit, ad requisitionem cuiuslibet habentis facere in dictis contratis, cauari, & remondari in dictis mensibus facere dictum canale, & dugariã teneat̃; & q̃ nullus audeat, vel psumat dictũ canale, seu dugariã implere in aliqua parte, nec aliquã cauariã facere, nec aliquod aliud impedimentum in eis; & hoc in pęna, & banno centũ sold. Parmeñ. p quolibet, & qualibet vice; & quilibet possit accusare, & habeat medietatẽ banni; & nihilominus cãparius ad custodienda prata dicti Terreni, & oĩa supradicta per præsidentes negocijs dicti cõis singulis annis de mensibus Ianuarij eligat̃, qui cãparius scribat̃ ad banchũ reformationũ, & habeat illam bayliam accusandi,

cusandi, & eidem credatur, pro vt fit alijs camparijs villarum episcopatus Parmæ, & salarium ipsius camparij sit imperialium quattuor pro qualibet bobulca pratorum dicti Terreni singulo anno; & si negligẽs fuerit accusare in termino, puniatur pro vt alij camparij negligentes puniuntur; & D. potestas ciuitatis Parmæ teneatur, & debeat prædicta omnia, & singula fieri facere ad requisitionem cuiuslibet, cui⁹ verisimiliter interfit, sub pœna libr. quinquaginta Parmeñ. de suo salario infra xv. dies postquàm fuerit requisitus. Additum est suprascripto capitulo, seu statuto, quia prædictum canale de Castelario, incipiendo a ponte dictæ terræ de Castelario, & procedendo vsq; ad aggerem Nauilij noui; deindè succesſiuè vsq; ad Gambinam D. Luciæ de Verme, in qua intrat, & intrare debet, est pro maiori parte repletum terra, & quasi planum; & ob iustam causam necessaria indiget reparatione, in tantum, q̃ nisi celeriter prouideatur in prædictis de remedio opportuno, omnes terrę ibi existentes supra, & infra dicto aggere Nauilij, propter inundationem aquarum in maxima parte submergentur, non sine maximo damno terrarum ipsarum; & quia etiam spectabilis, & egregius legum doctor D. Petrus de Barbobus de Soncino honorabilis potestas ciuitatis, & episcopatus Parmæ, prædictis auditis volens oculatè certificari de qualitate, & existentia præsentiali canalis antedicti, dignatus fuit, vna cum aliquibus bonis ciuibus Parmæ, habentibus de ipsorum terris desuper, & de subtus aggerem Nauilij noui ire ad videndum, & examinandum dictum canale, & aggerem prædictum, atq; cætera omnia necessaria in prædictis videri, ac examinari; præfatus D. potestas in prę sentia deputatorum ad corrigendum statuta communis Parmæ, & ipsi deputati cum eo prouiderunt, ordinauerunt, & statuerunt, q̃ in dicto aggere fiat, & fieri debeat per transuersum dicti aggeris vna nauis, cũ vna Claudina de quadrellis, & calcina, & dictum canale a ponte Niblorum, siue Castelarij, vsq; ad dictam claudinam; & a dicta claudina infra vsq; ad Gambinam prædictæ Dominæ Luciæ remondari, & cauari debeat opportunè, expensis omnium terrarum existentium supra, & infra dictum aggerem dicti Nauilij, recipientium damnum, & vtilitatem ex aqua, & remondatione prædicta; & prædicta expensa modo quo supra fiat, & fieri debeat pro ista vice tantum, quibus peractis vt supra, decætero teneantur, & obligatæ sint terræ existentes a dicta chiauigha supra, recipientes damna ex aquis vt supra, ad manutenendum, & faciendum suis expensis dictum canale a dicta chiauegha supra; & omnes terræ recipientes damna vt supra ab ipsa claudina infra, teneantur, & obligatę sint ad manutenendum, & faciendum dictum canale ab ipsa chiauegha infra suis expensis.

Quòd licium ſit cuilibet habenti terras, & prata in Terreno, rumpere aggeres, & cluſas, vt inundationes aquarum ceſſent.

CVm propter inundationem aquarum, & propter aggeres, & cluſas, & alia impedimenta facta, & quæ quotidiè fiunt, & fieri poſſunt in pratis de Terreno, propter quę, & quas, prata de Terreno deſtructa ſunt, & quotidiè deſtruuntur, & inutilia fiunt; quia ipſæ aquæ non habent decurſum verſus flumen Padi, ſicut habere conſueuerant; ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ quilibet agger, & quælibet cluſa cuiuſcunq; conditionis exiſtat, per quem, ſeu quam, & per quas impedietur dictus decurſus aquarum, diſcolatio pratorum, & terrarum dicti Terreni, totaliter, & particulariter ad voluntatem omnium, & ſingulorum habentium facere in Terreno tollatur, & tolli debeat; & poteſtas præſens, & futurus, & quilibet ſuus officialis, & iudex, ad petitionem cuiuſlibet poſtulantis habentis facere in dicto Terreno, teneatur, & debeat facere tolli, remoueri, & deuaſtari quemlibet aggerem, & quamlibet cluſam, & quodlibet aliud impedimentum prohibens ipſam aquam, & ipſas aquas habere decurſum vndecunq;, vſq; ad dictum flumen Padi; & nihilominus liceat ſine pœna, ſingulari cuiuſlibet perſonæ, & cuilibet vniuerſitati habenti facere in dicto Terreno, prædictos tales aggeres, & cluſas, & alia impedimenta ſua propria auctoritate, etiam ſine licentia poteſtatis, & cuiuſlibet alterius officialis communis retinere, & deſtruere quotienſcunq;, & quandocunq; ſibi placuerit; non obſtante aliqua lege communi, ſeu municipali, & aliqua cõceſſione, & licentia facta, vel facto, data, vel dato; & poteſtas, & quilibet alius officialis communis teneatur neminem in contrarium audire, & non facere rationem; & hoc capitulum ſit præciſum, & præcisè debeat obſeruari.

Quòd habentes canalia propria, vel communia teneantur eligere de menſe Februarij camparios.

VT rixæ, & diſcordiæ ceſſent per epiſcopatum Parmæ, quæ oriri cõ ſueuerunt cauſa adaquandi prata, & poſſeſſiones hominum ciuitatis Parmæ; ſtatutum eſt, ꝙ omnia, & ſingula communalia, conſules, homines, & miſtrales, tàm ciues, quàm terrerij habentes canalia eorum propria, vel communia, debeant, & teneantur de menſe Februarij eligere camparios numero ſufficienti ad cuſtodiendum aquam dictorum canalium, nec aliquem de lectis dictorum canalium extrahere permittãt; & nullus præter ipſos camparios ſic electos de aqua dictorum canalium præſumat extrahere, nec de ipſa aqua adaquare prata, terras, nec hortos, niſi ipſi camparij tantum, qui camparij teneantur prata, & hortos ſingulorum hominum partem habentium in canalibus, ſuper quibus fuerint electi camparij communiter adaquare de aqua ipſorum canalium, habito reſpectu ad bobulcas terrarum, & pratorum; & hoc pœna, & banno pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice cẽtum ſold. Parmeñ. quibus camparijs ſic electis ſatisfieri debeat per illos, quorum fuerint prata, & terræ, ſecundum quòd cum dictis camparijs fuerit in concordia, qui camparij teneãtur coram D. iudice reformationum iurare prędicta omnia facere ſine fraude; & ſi dicti camparij fuerint reperti fraudem committere in prædictis, puniantur, & condemnentur in centum ſoldis Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice.

De canali de Vugozolo qui vadit ad terram de Riuarolo.

OMnes habentes poſſeſſiones, ſeu terras iuxta canale, quod exit de fontibus qui ſunt in Maſeria, & in clauſuris, quæ ſunt extra portã S. Benedicti, & portę Bononię, & tranſit per terram de Vugozolo, & vadit ad terram de Riuarolo plebatus S. Vitalis monachorum, teneant, & debeant remondare, & remondatum tenere dictum canale, in pęna, & ſub pœna xx. ſold. Parmeñ. pro quolibet; & nihilominus hoc facere teneantur, & ad hoc compelli poſſint, & debeant per D. poteſtatem, & ſuos officiales, & ad requiſitionem cuiuſlibet.

De canali de Barchis, & Cruuiacho.

NVllus audeat, vel præſumat extrahere, vel accipere aquam de canali quod extrahitur de territorio Regino, & poſtea labitur, & cõducitur ſuper territorio Parmeñ. ad molendina, quæ ſunt in terra de Barchis, & de Cruuiacho, contra voluntatem eorum qui habent ea molendina in prædictis locis, excepto quàm in diebus ſabbati, & in diebus dominicis, quibus diebus poſſint impunè extrahere aquam de dicto canali ad eorum voluntatem; excepto, & ſaluo iure omnium perſonarũ, ſi quod eis competit contra formam huius capituli, vigore alicuius pacti, prouiſionis, vel ordinamenti, ſeu iuris; & hoc in pœna, & banno centum ſold. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Qualiter fontes, & riui de Gazano debeant expediri, & cauari, vt molendina liberius poſſint macinare.

ILli qui habent molẽdina in Gazano, & faciũt ea macinare de aqua de fontibus, poſſint, & debeant anetare, expedire, & disbrigare foueas, & riuos procedentes ex ipſis; & illi qui habent fontes, & riuos prædictos, & in quorum prædijs ſunt, ſeu adhærent, teneantur, & debeant ipſas fontes, & riuos expedire, & diſfangare, & ipſos expeditos tenere expenſis eorum; & ſi quis faciet, vel fecerit, vel fieri fecerit aliquod plantamentum, ſeu impedi-

pedimentum in ipſum, teneatur, & debeat illud plantamentum auferre, vel auferri facere, in pœna centum ſold. Parmeñ. ad hoc vt molendina melius poſſint macinare, & homines vti ipſa aqua; & aliquis ipſam aquam extrahere non poſſit de ipſis fontibus, ſeu riuis, nec de canalibus qui vadunt ad molendina prædicta in banno prædicto; & poteſtas teneatur hoc obſeruare ſine aliqua iuris ſolemnitate, & ſtrepitu iudiciorum; & ſi contrafecerit amittat de ſuo feudo x. libr. Parmeñ.

De foſſatis fiendis.

STatutum, & ordinatum eſt, ꝙ quicunq; habens terras laboratiuas, vineatas, pratiuas, ſaldias, ſeu boſchiuas in ciuitate, vel epiſcopatu Parmæ, poſſit compellere vicinum, ſeu vicinos ſuos inferiores cauare ipſorum foſſata, & cauata manutenere a parte de ſubtus, confinante ipſi hoc requirenti, & habenti terras prædictas, ſemel in duobus annis per centum perticas rationatorias; ad hoc vt terræ ſcollentur, & fructus, & redditus ex eis percipiantur, & percipi poſſint; ſiue ipſæ terrę vicini inferiores, ſeu vicinorum inferiorum ſint laboratiuæ, pratiuæ, vineatæ, ſaldiæ, ſiue boſchiæ; & ad hoc faciendum quilibet vicinus inferior, ſeu vicini inferiores, etiam ſub pœna libr. x. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice, poſſit, & debeat realiter, & perſonaliter compelli per D. poteſtatem, & eius officialem, ad inſtantiam cuiuſlibet hoc poſtulantis, & habentis terras ſuperiores vt ſupra, infra xv. dies poſt requiſitionem inde factam, ſub pœna ipſi D. poteſtati, & officiali libr. quinquaginta Parmeñ. qua pœna ſoluta, vel non per ipſum vicinum inferiorem; nihilominus ipſe vicinus inferior ad obſeruationem præſentis ſtatuti penitus teneatur, ſub eadē commiſſione, & exactione pœnæ; & hoc non obſtantibus aliquibus alijs ſtatutis, ſeu iuribus etiam contrarium diſponentibus, quibus per preſens ſtatutum ex certa ſcientia ſit totaliter derogatum; intelligendo, ꝙ prædicta quilibet poſſit requirere, quotienſcunq; voluerit ſemel in duobus annis.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis habuerit foſſatum commune inter ſe, & vicinum ſuum, poſſit ſemel in duobus annis vt ſupra, compellere vicinum ſuum ad cauādum medietatem dicti foſſati; & ſi quis fuerit cōtumax, ſeu negligens in cauādo medietatem dicti foſſati, in termino ſibi per iuſdicentem aſſignando vt infra; prædictus vicinus ſuis expenſis poſſit, & ei liceat facere cauare totum dictum foſſatum, & totam terram dicti foſſati, vel cauamenti proijcere ad partem ipſius cauantis, ſeu cauari facientis; facto prius preęcepto ipſi vicino ex parte alicuius ex officialib⁹ D. poteſtatis Parmę, & ipſo expectato per xv. dies continuos poſt ipſum preęceptum.

De

De mezadris, laboratoribus, & fictabilibus clericorum, & aliorum non ſubditorum iuriſdictioni D. Poteſtatis Parmæ, pro eis conueniendis occaſionibus infraſcriptis.

CVm etiam ſecundum formam præſentium ſtatutorum foſſata fieri debeāt iuxta vias, ſeu ſtratas per confinantes eiſdem, aggeres fluminum refici, fieri, & reaptari debeant expenſis habentium terras pro certa parte expenſæ, quæ terræ reciperent damnum ex aqua ipſorum fluminum, non factis, ſeu reaptatis ipſis aggeribus; canalia ſimiliter ꝙ adaquando debeant remondari in pluribus partibus, & aliæ diuerſæ expenſæ fieri debeant, etiam vtiles, & neceſſariæ in ciuitate, & epiſcopatu Parmæ, expenſis, & ad expenſas habentium terras, & domos ibidem, prout in præſentibus ſtatutis fit mentio; & cum multotiens remaneat, ꝙ dicta laboreria non fiant defectu, & negligentia eccleſiaſticarum perſonarum, & non ſubditarum iuriſdictioni D. poteſtatis Parmæ, recuſantium pro terris quas habent, & poſſident pro ſe, aut pro beneficijs ſuis contribuere ad expenſas ipſorum laboreriorum, quoniam ſe excuſant non eſſe ſub iuriſdictione dicti D. poteſtatis, & ſtatuta communis Parmæ non habere ipſos ligare, ꝙ cedit in maximum damnum ipſarum eccleſiaſticarum perſonarum, & nō ſubditarum, & etiam perſonarum laicarum, quæ libenter contribuerent ad ipſa laboreria pro terris ſuis, de quo parum curant ipſæ eccleſiaſticę perſonæ; & cum ipſorum negligentia cæteris non debeat nocere, pro rei publicæ vtilitate, matura etiam deliberatione præhabita; ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ in quibuſcunq; caſibus in quibus per formam præſentium ſtatutorum aliquis pro terra, prato, ſeu domo ſua teneatur ad cauandum foſſata iuxta vias, vel alibi in ciuitate, vel epiſcopatu Parmæ, vel ad cauādum, vel adamplandum canale, vel aggeres reaptandum, & manutenendum, vel ad ipſa foſſata, canalia, vel aggeres de nouo faciendum, vel ad aliquod aliud laborerium faciendum in ciuitate, & epiſcopatu Parmæ, & cōtingat ipſum qui pro dicta ſua terra, prata, aut domo, ad tale quod teneat eſſe prælatum, abbatem, canonicum, archipræsbyterum, præsbyterum, clericum, ſeu eccleſiaſticam perſonam, aut non ſubiectam iuriſdictioni præfati D. poteſtatis; tunc, & eo caſu mezadrus, & laborator, ſeu fictabilis dictæ terrę, prati, aut domus teneatur, debeat, & obligatus ſit præcisè expenſis tantum dictæ eccleſiaſticæ, ſeu non ſubiectæ perſonæ, & bonorum, & reddituum ipſius, ad faciendum ipſum laborerium pro ipſa terra, prato, ſeu domo, ſeu expenſam inde neceſſariam pro parte contingente ipſam terram, pratum, aut domum, dicta tali perſona eccleſiaſtica, ſeu non ſubdita etiam non requiſita, quacunq; exceptione poſtpoſita; etiam ſi diceret, & probaret ipſe fictabilis, vel laborator, ſeu mezadrus ſe ſoluiſſe fictum, aut redditus conſignaſſe dictæ perſonæ eccleſiaſticæ, ſiue non ſubditæ, ex, ſeu pro ipſa terra, prato,

prato, aut domo ante tempus dicti laborerij fiendi; & si contingat dictam terram dictæ ecclesiasticæ, seu non subditæ personæ esse saldiam, aut boschiam, aut domum inhabitatam, & non affictatam; tunc, & eo casu quicunq; mezadrus, laborator, seu fictabilis dictæ ecclesiasticæ, aut non subditæ personæ, etiam aliarum terrarum, seu domorum, aut pratorum ipsius ecclesiasticæ, seu non subditæ personæ, seu beneficiorum ipsorum, & tam existentium in ipsa villa, vbi erit ipsa terra saldia, aut boschia, aut dom⁹ inhabitata, quàm in quacunq; alia villa dicti episcopatus, quàm etiam in ciuitate Parmæ, teneatur, & debeat præcisè ad ipsum laborerium faciẽdum, seu fieri faciendum pro parte cõtingente ipsam ecclesiasticam personam, seu non subditam personam, pro dicta terra saldia, aut boschia, aut domo inhabitata, expensis tantum dictæ ecclesiasticæ personæ, seu non subditæ personæ, & bonorum, & reddituum ipsius; & si contingat prædictam ecclesiasticam personam, seu non subditam, quæ ad tale laborerium teneatur pro dicta terra saldia, aut boschia, aut domo inhabitata, non habere in ciuitate, vel episcopatu Parmæ aliquem mezadrum, laboratorem terrarũ, aut fictabilem; tunc, & eo casu vicarius prefati D. potestatis Parmę teneat, & debeat ad instantiam cuiuscunq; petentis tale laborerium, seu cauamẽtum fieri, & cuius dominus verisimiliter interfit, sub pęna lib. xxv. Parmen. infra xv. dies postquàm fuerit requisitus, locare ad fictum cuicunq; conducere volenti, tot de bonis ecclesiasticę personę, aut non subditę vt supra, & beneficiorum suorum, q̃ de fictu tunc exbursando per ipsum conductorẽ fieri possit laborerium prędictum, pro parte contingente ipsam personam ecclesiasticam, & non subditam vt supra, occasione dictę terrę saldię, seu boschię seu domus inhabitatę; & q̃ talis locatio sic facta valeat, & teneat; ac si facta fuisset per ipsam ecclesiasticam personam, seu non subditam cũ solemnitatibus a iure requisitis; & q̃ dictus potestas Parmę ad prędicta omnia, & singula facienda compellat prędictos mezadros, laboratores, & fictabiles prędictarum personarum ecclesiasticarum, & non subditarum vt supra, realiter, & personaliter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & quibuscunq; exceptionibus postpositis; & predicta omnia, & singula obseruet, & obseruari faciat, sub pœna libr. quinquaginta Parmen. de suo salario ipse D. potestas; & hoc statutũ sit p̃cisum, & præcisè debeat obseruari.

Qualiter nullum laborerium fieri posit intus a muris ciuitatis, nisi de voluntate duarum partium illorum, quorum expensis fieri debet.

SI expensis aliquarum personarum fieri debet aliquod laborerium intus a muris ciuitatis per formam alicuius statuti, tale laborerium fieri non possit, nisi de voluntate duarum partium, illorum quorum expẽsis fieri debebit tale laborerium; & sit præcisum.

De

De scolatorio de via de Bozedello, de Riparolo, de Torilli reficiendo, & manutenendo, & per quos.

QVoniam qui sentit commodum, sentire debet incommodum, & expensam; statutum, & ordinatum est, q̃ omnes, & singulæ terræ cuiuscunq; qualitatis, consistentes in villis de Vicodumerio, de S. Syro, de Predabaldana a ſerò, de S. Andrea de Predabaldana a ſerò, de Riuarolo de Torilli districtus Parmæ, a canali per quod aliàs aqua decurrebat de domibus illorum de Acijs, per transuersum stratæ per quam itur a ciuitate Parmæ Torille, & deindè Colurnium ad flumen Parmæ, & ad molendinum tunc ibi existens D. Beatricis de Baratis, matris Gibertini de Toculis, & infra vsq; ad dictam viam de Bozedello, per quam itur a dicta strata in dicta terra de Riparolo de Torilli ad flumen Lurni intra; videlicet, dictam stratam, & flumen Parmæ prædictam, tantum a dicto canali vsq; per directum scolatorij prædicti, de quibus terris aqua pluuia scoletur, vel scolabitur, ipsum scolatorium, obligatæ sint, & obnoxiæ, & esse intelligantur; dominiq;, & possessores earum teneantur, & obligati, & obnoxij sint, & esse intelligantur, etiam per præsens statutum ad fodimentum, & compositionem, & facturam fossati dicti scolatorij, existentis ad adhærentiam dictæ viæ de Bozedello a parte inferiori dictæ viæ, & a dicta strata inclusiuè, vsq; ad & in dictum flumen Lurni; & etiam ad refectionem, euacuationem, & manutentionem dicti fossati, & scolatorij; nec non ad refectionem, & facturam, & manutentionem pontis lapidei, seu de quadrellis, & calcina, ibi super dicta strata constructi, occasione dicti scolatorij quandocunq;, & quotienscunq; ipse pons, & fossatum, seu scolatorium egebit fodimento, euacuatione, vel refectione, ad rationem tot denariorũ pro bobulca qualibet dictarum terrarum, prout pro rata contingerit, vel continget expensam ascendere; & pro prædictis obseruandis etiam cogantur, & compellantur, & cogi, & compelli possint mezadri, & laboratores, ac fictabiles ecclesiasticarum personarum, & aliarum non subditarum iurisdictioni communis Parmæ pro rata portionum eos contingere debentium de prædictis, ad rationem terrarum suarum; & supradictam expensam fructuum, & reddituum, & fictuum tunc præsentium, vel futurorum, terrarum, & bonorum ipsarum ecclesiasticarum personarum, vel non subditarum iurisdictioni communis Parmæ, & congruè referendo; non audiendis postmodum ipsis personis ecclesiasticis, vel non subditis vt supra in foro seculari; nisi soluerint, & satisfecerint dictis eorum mezadris, & laboratoribus, & fictabilibus de, & pro eis, quæ passi fuissent occasione prędicta.

De

De aggeribus fluminum non deſtruendis.

DIſpoſitum eſt, q̃ nullus audeat, vel prę ſumat deſtruere, incidere, vel rumpere, vel id fieri facere, aliquos aggeres factos, & qui decętero fient pro reparatione aquarum, & fluminum dioceſis Parmę, pœna, & banno florenorum centum applicandorum communi Parmę, q̃ quolibet, & qualiber vice in aggeribus Padi. In alijs autem aggeribus aliorum fluminum, & aquarum floren. xxv. in quolibet ſupraſcriptorum caſuum; & vlterius ad emendam totius damni, quod aqua faceret, ſiue inferret ex deſtructione, & inciſione aggerum, illis quibus dicta aqua damnũ inferret; & ſi ille talis contrafaciens non habuerit vnde ſoluere, luat in corpore arbitrio D. poteſtatis, inſpecta qualitate, & conditione perſonarum, & aggerum deſtructorum, & damni ex eis aggeribus ſequuti.

Quòd canale de Paradigno cauetur ſingulis quinq; annis.

QVòd dominus officialis ſtratarum, & aquarum teneatur, & debeat facere cauari, & remondari facere ſingulis quinq; annis canale de Paradigno, incipiendo a fontibus vnde trahit originem dictus canalis, vſq; ad S. Martinum de Bozijs incluſiuè; & hoc per omnes, & ſingulos confinantes dicto canali, pro quo cauamento, & remondatione poſſint, & debeant compelli laboratores terrarũ, & fictabiles quicunq; ſint, qui laborent, vel ad fictum ducant terras confinantes dicto canali; reſeruato iure dictorum laboratorum, & fictabilium contra dominos terrarum pro dicta expenſa; & hoc pro commodo, & vtilitate dictarum villarum de Paradigno, & de S. Martino, quę maximum commodum ex cauamẽto dicti canalis reportant. Inſuper nullus audeat, vel prę ſumat dictum canale acluſare cauſa piſcandi, vel alia de cauſa; niſi quando remondabitur, & cauabitur, ſub pœna libr. trium Parmeñ. applicandarum cõi Parmę pro medietate, & accuſatori pro alia medietate; & quilibet poſſit accuſare, & credatur ei cum ſacramento, & vno teſte.

De Lurno, & canalibus Calegarij, Foſſetæ, & Lurneti remondandis, & cauandis, & per quos; & de modo ſuper inde obſeruando, & de ſuperſtante eligendo.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ omnes, & ſinguli habẽtes terras, & poſſeſſiones cuiuſcunq; maneriei in terris, ſeu villis de Agoleſio, de Bagazola a ſerò, Laceruaria, Cornazano, Paule de Penacijs, Vicodomerio, S. Andrea de Predabaldana a ſero, S. Syro de Predabaldana a ſerò, Riuarolo de Torille. Torille Bezolis de Colurnio, & a dicta terra de Agoleſio incluſiuè vſq; ad flumen Parmę, ſequendo canalia infraſcripta vſq; in finem eorum epiſcopatus Parmę, confinantes dictis canalibus, quorum aliud vocatur

vocatur Lama. aliud Calengarium. aliud Foſſeta. aliud Lurnetũ. aliud Lurnum, ipſo facto, & iure, & ſine aliquo proceſſu teneãtur, & debeãt, & aſtricti ſint, & compelli poſſint, & debeant ſine exceptione, & defenſione, incidere, & incidi facere ſæpes, & arbores exiſtẽtes, in, & ſuper ripis dictorum canalium, arbores videlicet protendentes ſupra dicta canalia; videlicet, quilibet ipſorum per tantum ſpacium, quantum ſe extendit, & confinat, ſeu extendunt, & confinant terra ſua, ſeu terræ ſuæ iuxta dicta canalia, & ab vtraq; parte; & hoc ſingulo anno in perpetuum, vel prout fuerit expediens; ac etiam q̃ omnes prænominati habentes terras, & poſſeſſiones in ſupraſcriptis villis a ſtrata qua itur ad ſupraſcriptas villas infra; videlicet, verſus ſerò teneantur, & debeant, & obligati ſint ad omnem expẽſam neceſſariò fiendam pro diſgomberatione, euacuatione lignaminis, & cauamento dictorum canalium; videlicet, quilibet pro rata quantitatis, & qualitatis terrarum, quas habet, ſeu habebit in terris, ſeu villis ſupraſcriptis, diſgomberando, euacuando, & cauando prædicta canalia quælibet villa, tãtum, quantum durat ſuum territorium, expenſis ſupraſcriptarum terrarũ, & poſſeſſionum poſitarum in qualibet ſupraſcriptarum villarum ſingulis tribus annis ſi expedierit; ad hoc, vt aquæ dictorum canalium ſuum debitum habeant decurſum; ac etiam q̃ nullus decætero audeat, vel præſumat dictum Lurnum, aut dicta canalia, vel aliquod eorũ acluſare, vel aliquod impedimentum imponere, vel inferre in ipſis, vel aliquo eorum, p quod aqua non ita commodè, & fluenter poſſit per ea labi, ſub pœna florenor. duorum auri pro quolibet contrafaciente, & pro qualibet vice irremiſſibiliter auferenda, & communi Parmæ applicanda; & quilibet poſſit accuſare, & ei cum ſacramento credatur; & q̃ omnes, & ſinguli miſtrales, & camparij villarum ſupraſcriptarum, & cuiuſlibet earum, teneantur, debeant, & obligari ſint accuſare, & denunciare iudici, vel officiali ſuper hoc deputato, vel deputando, omnes, & ſingulos qui prædicta Lurnum, & canalia acluſauerint, vel acluſabunt, vel aliquod impedimentum inferrent, vel intulerint in eiſdem, vel aliquo ipſorum, quominus aqua defluat liberè ad ima, infra terminum octo dierum a die acluſationis, vel impoſitionis impedimenti, ſub pœna cuilibet miſtrali, & camparío negligenti, vel omittẽti prædicta facere, & adimplere libr. v. Parmeñ. pro quolibet, & qualibet vice. Et q̃ liceat, & licitum ſit ciuibus Parmæ habentibus agere in terris ſupradictis, & maiori parti ipſorum eligere, & deputare camparios, & cuſtodes, vnum, & plures, ſemel, & pluries ſuper prædictis Lurno, & canalibus, & eorum cuſtodia, & manutentione annuatim; eoſq; reuocare, & caſſare, & alium, ſeu alios ſubſtituere, & ſubrogare, ſemel, & pluries, & prout eiſdem ciuibus, & maiori parti ipſorum placuerit, & videbitur, quibus cuſtodibus, & camparijs, ac miſtralibus etiam ſic vt ſupra electis, & deputatis, & eorum cuilibet ſuper accuſationibus, ſeu denunciationibus ſuper hoc

hoc fiendis, & factis cum ſacramento credatur, & vt ſupra; & q̃ D. iudex collateralis, ſeu officialis ſtratarum, & damnorum datorum ciuitatis, & epiſcopatus Parmę, præſens, & qui per tempora fuerit; vel alius officialis, D. poteſtatis Parmæ, qui ad hoc deputabitur, & deputatus fuerit, poſſit, teneatur, & debeat cogere, & compellere omnes, & ſingulos ciues habentes terras, & poſſeſſiones in ſupradictis villis, vel aliqua ipſarum, ſeu maiorem partem ipſorum ad eligendum, conſtituendum, & nominandum ſaltim ſingulis tribus annis, vnum, vel duos ex dictis ciuibus idoneis, vel idoneos in ſuperſtantem, vel ſuperſtantes ad prædicta, infraſcripta, vel q̃cunq; defecti, conſtituto, vel defectis, conſtitutis, cum quo conſtituto, ſeu quibus conſtitutis ipſe iudex officialis, ſeu collateralis omnia præſentis ordinis, & fiendorum circa ipſum, tractare, & deliberare teneantur, & inuicem concludere, & exequi, quæ in concordia eorum exequenda, & concludenda videbuntur; atq; ét facere remõdari, euacuari, cauari, diſgõberari, & incidi ripas dictorum canalium ſingulo anno, & vt ſupra, & ſingulis trib⁹ annis congrua congruis referendo, vt ſupra dictum eſt, cum deliberatione tamé dicti ſuperſtantis, vel ſuperſtantium, eligendi, vel eligendorum vt ſupra, & non aliter, Lurnum, & canalia prædicta, vt aqua per ea decurrere poſſit pro communi bono ciuium, & diſtrictualium Parmæ in prædictis villis eorum terras habentium vt ſupra; & q̃ ipſe iudex officialis, vel collateralis poſſit, teneatur, & debeat fieri facere in ciuitate Parmæ quando deliberabitur remondari, & cauari, ad minus duobus diebus ſabbati ſucceſſiuis ſuper ſcalis vtriuſq; palatij communis Parmæ, & in platea, & in glarea dicti communis, cridam, edictum, & proclamationem publicè, palam, & alta voce per tubatores communis Parmæ ſono tubæ præmiſſo, q̃ omnes, & ſinguli habentes in villis prædictis terras confinantes prædictis canalib⁹, faciant infra certum tempus congruum per ipſos iudices, vel officiales, & ſuperſtantem, ſeu ſuperſtantes aſſignandum, & limitandum, remondari, euacuari, & cauari ab impedimentis canalia prędicta, ſub illa pęna de qua eiſdem videbitur, vſq; ad quantitatem florenorum duorum auri pro quolibet, & qualibet vice; & q̃ poſſit ipſe iudex, aut officialis, vel collateralis exigere etiam, & recuperare pœnas ſupradictas a quocunq; inobediente, & non faciente, & adimplente vt ſupra; & etiam quoſlibet inobèdientes, negligentes, ſeu ommittentes in prædictis punire, & condemnare, cogere, & compellere iuris remedijs opportunis, mulcta indicta, pignoribus captis, & etiam vſq; ad detentionem perſonarum. Et ſi eſſet aliquis non ſubditus iuriſdictioni Parmæ, qui prædicta adimplere recuſaret, q̃ prædictus iudex, aut officialis, vel collateralis præſens, vel qui pro tempore fuerit, poſſit, teneatur, & debeat compellere ad faciendum, & adimplendum prædicta mezadros, fictabiles, molinarios, & laboratores talium non ſubiectorum; & prędicta facere, & adimplere recuſantium; & q̃ dicto caſu ipſi mezadri,

zadri, inquilini, coloni, fictabiles, laboratores, mulinarij, & partiarij, ſint, & intelligantur eſſe aſtricti ad prædicta faciendum, & ſine exceptione, & defenſione, ſi ſtare voluerint ſuper dictis terris, poſſeſſionibus, & molendinis, & eas laborare, & habere, & aliter non; & q̃ ſi etiam dicti laboratores, & mezadri, aut fictabiles, vel molinarij ſic volentes laborare, & habere terras prædictas, vltra prædicta recuſárent ad prædictam expenſam, vel remondationem ſecundum exigentiam contribuere, q̃ tunc, & eo caſu, donec ſic laborauerint, & habuerint de dictis terris, & poſſeſſionibus, & contribuere recuſauerint, eis omninò audientia denegetur per commune Parmæ, & per officiales omnes, & ſingulos Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. noſtri, & communis Parmæ, & tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, & etiam damnis datis eis in prædictis terris; & quicunq; qui prædictis audientiam prębuerit, ſi ei conſtiterit de huiuſmodi rebellione, ſeu veriſimiliter conſtare debuerit, ipſo iure, & facto, pro qualibet vice perdat de ſalario ſuo lib. xxv. Parmeñ. & communi Parmæ applicandas, & ſine exceptione, & defenſione. Et vltra prædicta adijcientes ſpecialiter, q̃ habentes terras aliquas iuxta ſtratam, per quam itur a ciuitate Parmæ ad Torille, & Foſſetam prædictam, teneantur ad cauandum, remondandum, & euacuandum ipſam Foſſetam; videlicet, quilibet cuiuſlibet villæ, ſeu terræ, quantum ſe extendunt confinia ipſius villæ in confinio ipſius Foſſetæ, & hoc modo; videlicet, q̃ de dictis terris exiſtentibus intra dictam ſtratam, & Foſſetam, fiant tres partes; & pars quæ erit propinquior ſtratæ ſoluat, & teneatur pro vno denario expenſæ, altera media pars teneatur, & ſoluat pro duobus denarijs; & alia pars propinquior Foſſetæ, ſoluat, & teneatur pro tribus denarijs; & ad id cogi, & compelli poſſint omnes, & ſinguli habentes terras vt ſupra, per dictum iudicem, aut collateralem, ſeu officialem, & ſuperſtantẽ, ſeu ſuperſtantes, eis multis, pœnis, modo, & via, & forma, & tenore quibus ſupra proximè continentur; & ſimiliter mezadri, fictabiles, & laboratores pro vt ſuperius facta eſt expreſſior mentio, quæ omnia ſupradicta ſint, & intelligantur hic effectualiter repetita, ſingula ſingulis congruè referendo.

Qualiter Poteſtas teneatur facere emendari damna data in aliqua parte epiſcopatus Parmæ, occaſione alicuius diſcordiæ.

SI damnum datum fuerit in aliquo loco epiſcopatus Parmæ, vel villæ occaſione alicuius diſcordiæ, vel guerræ, litis, vel controuerſię, quæ fuerit inter aliquos ciuitatis, vel epiſcopatus Parmæ, poteſtas, & eius officialis ſuper damnis datis deputatus, poſſint, & debeant facere emendari damnum ſuo arbitrio, illi, vel illis paſſis damnum, ab illo, vel illis, cuius, vel quorũ occaſione damnum dixerint eſſe datum; & hoc ſine ali-

qua iuris ſolemnitate ſeruata, nec aliquo ſtatuto obſtante; & de his que po teſtas fecerit per ſe, vel iudices ſuos prædicta occaſione, nec ipſe, nec alig de ſua familia ſub aliquibus ſyndicis debeat reſpondere; intelligendo, q̃ ip ſe, & iudices ſui habeant plenum arbitrium faciendi totum id, quod credant, q̃ maleficia ceſſare debeant, & malefactores puniri.

Qualiter damna per epiſcopatum furtiuè data, vel palam, incendio, vel ferro, vel alio modo debeant emendari, & per quos.

OMnia, & ſingula damna, quæ dabuntur decætero per epiſcopatũ Parmæ, de rebus, vel in rebus immobilibus, vel mobilibus, palã, ſeu furtiuè, incẽdio, igne, vel ferro, vel alio modo, omninò debeãt emẽdari; & poteſtas, & ſui iudices teneantur facere emendari quodcunq; damnum datum fuerit modis ſupraſcriptis; & ad ipſa damna emendanda teneantur oẽs, & ſinguli, tàm ciues veteres, q̃ noui, & alij cuiuſcunq; conditionis exiſtant, ſtantes, & habitantes in plebatu in quo datum fuerit tale damnum, & tempore ipſius damni dati, ſi tale damnum datum aſcẽderet vltra centum ſold. imper. & ſi damnum non valeret vltra centum ſold. imper. ſolum debeat emendari per omnes, & ſingulos ſupraſcriptæ conditionis, ſtantes, & habitantes in illa villa, ſeu terra, in qua dictum damnum datum fuerit tempore dicti damni, ſi ipſa villa, & terra in qua dictum tale damnum datũ fuerit, habuerit focos duodecim, & ab indè ſupra habiles, & qui ad dictam emendationẽ teneantur; & ſi aliqua terra, villa, vel locus, eſt, vel fuerit, quæ non ſit ſub aliquo plebatu, talis villa, terra, vel locus ſit, & eſſe intelligatur, in & de illo plebatu, ad cuius plebatus eccleſiam erit proximior; & ſi aliquod damnum datum fuerit in aliquibus terris, poſſeſſionibus, vel domibus alicuius modo prædicto, in aliqua parte extra ciuitatem Parmæ in clauſuris ciuitatis, tale damnum emendetur, & emendari debeat pro vt ſuperius continetur, per homines, & ab hominibus plebatus ipſius terræ, ſeu villæ, ad cuius eccleſiam, vel plebem plebatus de extra ciuitatem, & burgos, erit proximior terræ, vel loci, vbi datum fuerit tale damnum; non obſtante, q̃ ipſa terra, vel locus non ſit de aliquo plebatu epiſcopatus Parmæ, & eo modo ſtantes, & habitantes in villis, terris, vel locis extra ciuitatem, & burgos in clauſuris ciuitatis Parmæ, ſeu circum ciuitatem, teneantur emendare damna data modo prædicto; & ſi aliqua terra eſt, vel erit in territorio alicuius terræ, vel villæ, ſit, & eſſe intelligatur quantum ad damna prædictæ conditionis emendanda, de illa villa, ſeu terra, ad quam erit proximior talis terra, quę quidem damna data, ſeu danda emendentur, ſeu emendari debeant per homines prædictæ conditionis, de quibus ſupra fit mentio; & reſtiturio diuidatur, ſecundum quòd in ſequentibus capitulis continetur. Saluò, quòd ad prædicta damna emendanda non teneantur orphani, viduæ, vel

vel aliæ miſerabiles perſonæ, & de damnis datis prædictæ conditionis, ſolo modo cognoſci debeat per poteſtatem, vel aliquem ex iudicibus ſuis; & ſi aliter per alium cognoſceretur, proceſſus ipſo iure ſit nullus; & de prædictis damnis poſſit, & debeat cognoſci diebus etiam feriatis; hoc addito, in prædictis, q̃ ſi aliqua beſtia iuerit de die, vel de nocte ad traynã ſine guarda, & vulnerata fuerit, vel interfecta, non emendetur tale damnum ab hominibus alicuius villæ, vel plebatus; poſſint tamen ille, vel illi qui talem beſtiam interfecerint, vel vulnerauerint, compelli ad emendationem dictæ talis beſtiæ occiſæ, vel vulneratæ.

De arbitrio dato D. Poteſtati, & ſuis iudicibus ſuper emendationem damnorum datorum occaſione incendy, & robariarum, & qualiter diuiſio reſtitutionis debet fieri inter ciues, & qui ad prædicta teneantur.

VT damna, & robariæ ceſſent, & vt hoĩes promptiores fiant ad capiendũ malefactores, & recuperandũ robarias, & ad damna, & incendia euitandum; ſtatutum eſt, q̃ ſi decætero aliqua incendia, damna data, ſeu robariæ factæ fuerint in aliqua parte epatus Parmæ, palã, vel furtiuè, quor̃ damnũ excedat ſummam libr. v. imper. q̃ homines omnes totius plebatus, tàm ciues, nobiles, & potentes, quàm alij noui, & veteres ciues, & ruſtici, ſeu terrerij, & omnes alij homines cuiuſcunq; condi tionis exiſtant, tàm priuilegiati, quàm non priuilegiati habitantes pro firma manſione in plebatu, in quo damnũ datũ fuerit, incendium, vel robaria facta tempore dicti damni, incendij, ſeu robariæ; exceptis orphanis, ſeu viduis, & miſerabilibus perſonis, teneantur, niſi infra menſem præſentauerint D. poteſtati, vel in fortiam communis Parmæ damnum inferentem modis ſupradictis, computandum a tempore damni dati, ad emendationem dãni dati, incendij, ſeu robariæ; & ad eorum emendationem cõpelli debeãt realiter, & perſonaliter, non obſtante, q̃ paſſi damnũ, incendium, ſeu robariã, non ſint in foco, ſeu æſtimo; & nõn obſtante, q̃ nõ ſoluiſſent, non feciſſent, & non ſuſtinuiſſent onera, & factiones cõmunis, & non obſtantibus aliquibus exceptionibus, bãnis pecuniarijs, ſeu quibuſcunq; alijs exceptionibus, quæ damni, incendij, ſeu robariæ reſtitutionem poſſet impedire. Et vt tollatur contentio inter ciues, & ruſticos, quæ poſſet oriri occaſione diuiſionis, q̃ æſtimatio incendij, damni, ſeu robariæ inter ruſticos qui ſunt ſcripti in libro æſtimorum, & alios, & inter ciues, per capita diuidatur, & poſtea ſecundum voluntatem duarum partium hominum villæ, procedatur, & in prædictis procedere poſſit; & teneatur poteſtas, & qui libet ex iudicibus ſuis ſine libello, & figura iudicij, & quolibet tempore feriato, & non feriato, & per omnem modum, & viam, quæ ſibi videbitur

contra omnes procedere; & quicquid fecerit potestas, seu quilibet ex iudicibus suis in procedendo, sit ius, & pro iure debeat obseruari; ita tamen, q̃ si prædictꝰ dicta damna, incendia, seu robarias passi, non soluissent, fecissent, vel sustinuissent onera, & factiones communis eis impositas, & impositas pro eis, & ea soluere debeant infra vnum mensem a die damni dati, incendij, seu robariæ factæ; & hoc sit præcisum, & præcisè debeat obseruari. Si verò contentio esset, quòd locus vbi damnum, incendia, seu robaria facta, & data fuerint, non esset in aliquo plebatu; intelligatur esse, & sit ille locus secundum q̃ in suprascriptis capitulis loquentibus de prædictis continetur. Saluo semper statuto inferius concesso illis, qui venerint adrenunciandum auxilio aliarum villarum, & terrarum, vt in ipso statuto plenius continetur.

Qualiter, & quando volentes vti beneficio prædictorum statutorum, qui se dicere possent non teneri ad emendationem damnorum prædictorum, debeant venire ad satisfandum de talibus damnis emendandis.

OMnes volentes vti beneficio statutorum prædictorum, & infrascriptorum, qui nõ tenentur ad dicta dãna, & specialiter clerici, cõuersi, & alij non subiecti iurisdictioni communis, teneantur, & debeãt singulis annis de mense Februarij venire coram D. potestate, vel eius vicario, ad dandum, & faciendum securitates, promissiones, & obligationes de emendandis talibus damnis, quæ darentur in terris in quibus habitarent per tempora, secundum q̃ tangerent eos pro rata, eodem modo, & forma, quibus dictum est de laicis, & verè subiectis iurisdictioni communis; & si non fecerint, non possint vti beneficio dicti statuti, & in fauorem non obseruantium prædicta, de quibus sic venientibus, & securitatem præstantibus, fiat vnus liber, qui remaneat penès notarium reformationum, vt sciatur, qui se scribi fecerit.

Qualiter homines alicuius villæ volentes renunciare auxilio aliarum villarum ad restitutionem damnorum, debeant suam intentionem manifestare, & vbi, & quando, & de priuilegio eis dato in prædictis.

HOmines villarꝝ epatus Parmę, qui voluerint emẽdare damna data in suis villis, & districtibus earꝝ; & qui volunt renunciare auxilio aliarꝝ villarꝝ, qui sm̃ formã iuris cõis tenentur cum eis emendare, non tenentur ad emendationẽ damnorꝝ datorꝝ in alijs villis, seu terris; dũmodò suam voluntatẽ super hoc exprimi faciãt per suũ mistralem, & syndicum. vel se ipsos, siue ciues sint, siue terrerij, siue rustici, & scribi coram dicto vicario D. potestatis; & prædicta faciant cridari, & notificari in mercatis

catis diebus sabbati mense Februarij; & elapso dicto termino, qui non venerit ad emendationem dictorum damnorum, sicut in statutis communis Parmæ continetur; teneatur ad renunciationem, quæ fiet secundum prædictam formam, non intelligantur releuare, seu absoluere aliquem ad emendationem damnorum datorum in villis habentibus quinq, fochos ad minus; etiam si æstimatio damnorum excedat summam centum sold. Imper. ita q̃ non obstantibus prædictis talia damna per homines totiꝰ plebatus, & alios secundum formam statutorum communis emendentur.

Qualiter quodlibet communale condemnatum ad emendationem alicuius dãni alicui, teneatur illud emendare ei cui condemnatus fuerit.

QVilibet qui debet habere aliquam emendam ab aliquo cõmunali occasione alicuius damni dati eidem, & occasione cuiuslibet interesse, & damni, communale prædictum condemnatum sic emendare tale damnum, teneatur ad dictũ damnum emendandũ damnũ passo; non obstante aliquo statuto, vel reformatione consilij in contrariũ loquentibus, & sit præcisum; & q̃ solutione facta per dictum communale, seu plebatum damnum passo, teneatur ipsum damnum passus cedere iura in ipsa solutione, vel post, dicto communali, contra illum qui damnum intulit.

Qualiter qui posuerit ignem in nemore, vel stipulis, vel alibi, & damnum dederit alicui, teneatur ad damnum emendandum.

SI quis posuerit ignẽ in aliquo nemore, stipulis, vel alibi; & dictus ignis damnum dederit alicui, potestas teneatur eum qui ignem posuerit cõpellere ad emendandum damnum in duplum, vel si non emendauerit, ponere eũ in banno, & expellere de ciuitate, & episcopatu Parmæ.

De damno dato.

SI quis dederit damnum, vel guastum aliter, q̃ per incendium a quinq; libr. Parmen. supra, condemnetur in libr. xxv. Parmen. communi Parmę, & in duplum damnum passo dãni dati; si vero a lib. v. Parmen. infra, condemnetur arbitrio iusdicentis; dum tamen condemnatio non excedat lib. xij. & sold. x. Parmen. & ad restitutionem damni in duplum passo; & non relaxetur de carceribus, donec soluerit dictam pœnam, & cum læso se composuerit.

De intrantibas vineas, & inde vuas exportantibus.

QVicunq; intrabit vineam tempore vuarum alicuius, sine prȩsẽtia ipsius, cuius erit vinea, soluat de introitu vineæ xx. sold. Parmen. ni si intrauerit eundo ad vineam suã, vel eius qui ipsum mitteret

pro laborando, ad quam aliunde ire non posset; si autem vuas acceperit, soluat de singulis vuis quattuor imperiales; & hoc si de die fuerit; si verò de nocte fuerit, soluat duplum bannum; & si aliquis fecerit contra prędicta, vel aliquod prædictorum in aliquo casu, & soluere non poterit dictum bannum, ponatur ad colonam, vel ad cathenam plateæ, & ibi stet per totam diem cum re, vel vua ligata ad gulam, pro qua auferenda damnū dederit; & ꝙ dictum est, ꝙ poni debeat ad colonam, vel ad cathenam, locum habeat tantum in arnaldis, & vilibus personis.

Item ꝙ quilibet penès quem inuenirentur vuæ de noctæ, credatur, & præsumatur vuas abstulisse de vineis alterius, & soluat prædictum bannū. Et si bestiæ alicuius inuentæ fuerint in aliquo tempore anni in aliquib⁹ vineis, illæ cuius fuerint dictæ bestiæ, soluat pro singulis bouæ, asino, equo, vel equa, porco, vel porca, siue paruo, siue magno, xx. sold. Parmen. & pro qualibet capra, vel becho xx. sold. Parmen. & nihilominus cadat in aliud bannū, qui tenuerit capras in plano Parmesano, & v. sold. Parmen. pro quolibet animali minuto. Item quicunq; detulerit ligna, perticas, seu pallos, & sálices franciscas in ciuitate, vel extra; & inuentus fuerit portare, soluat pro banno xx. sold. Parmen. nisi probauerit accepisse de vinea, campo, vel clausura sua; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni. Item ꝙ si quis inuentus fuerit de nocte post tertium sonum campanæ, & ante campanam diei, deferre vuas, perticas, vel sálices, puniatur in libr. v. Parmen. & plus, & minus arbitrio D. potestatis, inspecta qualitate delicti, & delinquentium; nisi probauerit accepisse de vineis, campis, aut clausuris suis; & si quis dictam condemnationem soluere non poterit, si persona vilis conditionis fuerit, ligetur ad colonam, siue cathenam, quæ est in platea communis Parmæ, & ibi moretur in manè vsq; ad meridiem. Item teneatur potestas præcisè, & debeat inquirere de morantibus in ciuitate Parmæ, vel burgis, malè infamatis, consuetis dare damnum in vineis, clausuris, campis, & pratis ciuitatis, & episcopatus Parmæ; & si quos malè infamatos inuenerit, teneatur ipsos compellere promittere, & satisdare ad suam voluntatem, ꝙ non dabunt, nec dari facient aliquod damnum in aliquibus vineis, clausuris, cápis, vel pratis, in pœna, & bāno eius arbitrio imponenda.

Item, ꝙ D. potestas teneatur, & debeat recipere bonam, & idoneam securitatem ab omnibus fornasarijs morantibus in ciuitate, vel extra, intra quattuor plebes, ꝙ ipsi, nec laboratores eorum non dabunt damnum aliquod in vineis, & clausuris ciuitatis intus a dictis confinibus, nec facient, nec fieri permittent mustum ad dictas fornaces, nec in pertinentijs eorū, in pœna, & banno centum sold. Parmen. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice; & plus, & minus arbitrio D. potestatis, inspecta qualitate delicti, & delinquentis; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem bánni; & credatur accusatori cum vno teste.

Item,

Item, ꝙ si quis non habens vineam propriam, vel conductam, inuentus fuerit habere in domo in qua habitat mustum cum graspis, credatur, & præsumatur dictas vuas furatas fuisse; & puniatur in xx. soldis Parmen. & plus, & min⁹ arbitrio D. potestatis; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, quæ pœnæ in omnibus casibus suprascriptis applicentur communi, seruata parte accusatoris.

Item ꝙ quilibet possit accusare omnes, & singulos, qui damnum dederint cum personis, & bestijs in dictis vineis, & clausuris, campis, pratis, & hortis vbicunq; positis, tàm in ciuitate, quàm extra; & credatur sacramēto cuiuslibet, qui dixerit se personaliter inuenisse aliquem sibi dare damnum cum persona, vel bestijs sine aliqua alia probatione, vsque in libris tribus Parmen. & hoc habeat locum in prima accusatione. Si quis autem secundo, vel pluries aliquem accusauerit de eiusdem rei damno eodem anno, eidem non credatur etiam cum sacramento; nisi plenè probauerit dāno; & si non inuenerit sibi dare damnum personaliter, credatur sacramento accusatoris cum vno teste; & hoc locum habeat in ciuibus habentibus bobulcas xxv. terræ in ipsa villa, & ab indè supra, accusantibus, non autem in districtualibus,

Item quod nullus præsumat portare intus a quattuor plebibus, etiam extra vbicunq; in episcopatu Parmæ aliquam firlatinam, pœna, & banno soldorum decem Parmen, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

Item super capris depellendis de ciuitate, & clausuris ciuitatis, ꝙ nemo masculus, vel fęmina teneat, vel teneri faciat in ciuitate, vel burgis, nec extra ciuitatem intus a quattuor plebibus. aliquam capram, vel bechum, in pœna, & banno sold. centum Parmen. pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet possit accusare; & habeat medietatem banni; & credatur accusatori cum vno teste. Et ꝙ consules viciniarum ciuitatis, & burgorum, mistrales villarum, & locorum quæ sunt intus quattuor plebes, teneantur, & debeant denunciare D. potestati omnes, & singulos tenentes, seu teneri facientes supradictas bestias in vicinijs, & villis suis; & quilibet consul pro vicinia sua, & mistralis pro villa sua, qui negligens fuerit in prædictis, condemnetur in centum soldis Parmen. Et vt prędicta melius obseruentur, ꝙ D. potestas teneatur, & debeat accipere bonam, & idoneam securitatem a quolibet infamato, & solito tenere capras, vel bechos in ciuitate, vel burgis, vel intus a quattuor plebibus, ꝙ non tenebunt, nec teneri facient in ciuitate, vel burgis prædictis bestias prædictæ conditionis, vel intus a quattuor plebibus, in pœna, & banno arbitrio D. potestatis. Saluo, ꝙ liceat cuilibet pro sua necessitate, pro vno puero nutriendo si puerum paruum habuerit, vel alia ex causa tenere vnam capram a lacte; & si vellet eam mittere extra ciuitatem ad pasculandum, ꝙ eam possit mittere cū vno custode

tenente eam continuè cum capistro; & custos non possit custodire nisi vnam capram; & etiam saluo, q̃ becharij ciuitatis, & burgorum possint tenere, & habere capras, & bechos pro occidendo, & carnes faciendo, & pro vendendo lac emere volentibus in ciuitate; & si voluerint ipsas mittere ad pasculandum extra ciuitatem, possint ipsas mittere in glareis Parmæ extra portam nouam, & S. Francisci, & S. Barnabei, & S. Mariæ nouę; dū modo non damnificent aliquem; & si fuerint inuenti extra dictos confines puniantur, vt superius continetur; & eundo de ciuitate ad mercatum, & de mercatis ad ciuitatem, vel villas, quæ essent extra a quattuor plebib⁹, & redeundo nullus incidat in pœnam. Item q̃ D. potestas teneatur, & debeat mittere de familia, sicut, & quando ei videbitur, ad inquirendum, & inueniendum omnes, & singulos delinquentes in omnibus, & singulis suprascriptis; & credatur cuilibet de familia D. potestatis contra omnes, & singulos delinquentes.

Item q̃ mistrales locorum, & terrarum episcopatus Parmæ teneantur denunciare D. potestati Parmæ, & in scriptis dare omnes, & singulos tenētes capras in terris, siue villis ipsorum mistralium; & si qui erunt tenentes ipsas capras contra formam statuti in plano Parmesanæ per totum mensē Martij; & si non fecerint puniātur in sold. xx. Parmen. pro quolibet mistrali, si aliquis repertus fuerit tenere capras non denūciatas in villa sua; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni; & teneatur potestas prædicta omnia, & singula publicè facere proclamari per ciuitatem Parmæ in diebus mercati; & in glarea communis in principio sui regiminis, atq; etiam post terminos proclamationis facere circas.

Qualiter quilibet sit audiendus pro restitutione damni sibi facti per pullos, & anseres, vel canes alterius.

SI pulli, gallinæ, & anseres, seu canes alicuius personæ dederint damnū alicui in aliqua re sua, dominus ipsarum gallinarum, pullorum, & anserum, seu canium compellatur emendare damnum ei qui passus fuerit. Saluo, quòd si aliqua alia persona quam dominus canis associauerit canem contra aliquam bestiam, & damnum inde secutum fuerit, ipsa talis persona teneatur ad emendationem dicti damni, & non dominus ipsius canis; & credatur sibi, si damnum datum fuerit sibi, & de quantitate ipsius per sacramentum vsque in libris tribus Parmensium, & ab indè supra sacramento damnum passi cum vno teste fidedigno.

De

De ordine custodiæ pratorum de Terreno, & aliorum pratorum, vinearum, clausorum, segetum, & hortorum ciuitatis, & episcopatus Parmæ.

PRimo, q̃ camparij qui consueuerunt eligi ad breuia ad custodiam pratorum de Terreno, non eligantur vlterius; sed singuli ad quos pertineat, vel non pertineat, possint accusare; & credatur sacramēto cuiuslibet de bestijs quas iurabunt se inuenisse in pratis suis, vel alienis, & de quantitate damni illati absq; alio onere probationis, vsq; in quantitate libr. trium Parmeñ. & quilibet cuius boues, equi, asini, vel asinæ accusabūtur decætero fuisse inuenti, vel inuentæ in pratis supradictis, compellatur ad soluēdum pro quolibet boue, vel vacca, & pro quolibet equo, vel equa, asino, vel asina decem soldos Parmen. pro qualibet vice, & ad damnum emendandum sine declaratione statutorum, vel iuramenti cuiuslibet ei⁹, cui illatum fuerit vt supra dictum est. Item porci masculi, vel fœminę custodiantur quolibet tempore, ne dent damnum in pratis; & si quo tempore porci inuenirentur in aliquibus pratis de Terreno, vel aliqua parte Terteni, ille, vel illi, cuius, vel quorum essent, compellantur soluere nomine banni pro quolibet porco, pro qualibet vice decem soldos Parmeñ. & quilibet possit accusare, & credatur sacramento vt supra. Saluo semper statuto, quod loquitur de capris non tenendis in plano Parmesano, & delinquētes puniantur secundum aliam maiorem pœnam, quæ in dicto capitulo continetur. Item q̃ nullo modo decætero prædicta animalia, nec quodlibet prædictorum animalium possit intrare confines Terreni, nec duci causa pascendi in pratis; & si inuenirentur, ille, vel illi, cuius, vel quorum essent, compellantur vt supra.

Item q̃ homines de Gaynacho, Fraxinaria, Sanzanesio, Pizolesio, Materello, & alijs terris circunstantibus cum Terreno, compellantur per potestatem dare bonam, & idoneam securitatem communi de mense Martij, q̃ caualas suas custodiet, taliter q̃ a Kalendis mensis Aprilis in antea, vsq; ad kaleñ. mensis Septembris non intrabunt prata Terreni, nec in eius confinibus, in pœna, & banno in statuto primo contento pro qualibet cauala, seu polledro, & qualibet vice; & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni, & credatur cuilibet cum vno teste. Saluo, q̃ credatur cuilibet domino suo sacramento, si inuenerit sibi damnum dari vsq; in lib. tribus Parmeñ. Item omnia supradicta locum habeant, & seruētur omninò circa custodiam dictorum pratorum a Kalen. Februarij, vsq; ad Kaleñ. Septembris, si custodiuntur pro segando bis; saluo, q̃ porci custodiantur omni tempore sub prædicto banno, & ne dent damnum in pratis, nec intrent. Item quæcunq; superius scripta sunt, locum, habeant, & seruentur in omnibus, & per omnia in alijs pratis, quę sunt in alibi in episcopatu Parmæ;

Parmæ; & circa cuſtodiam aliorum clauſorum, & ſegetum poſitam extra, & intra quattuor plebes; & quilibet poſſit accuſare, & denunciare, & habeat ſuam partem banni, & credatur vt ſupra. Saluo, q̃ in alijs pratis præter quàm in Terreno, camparij generales, & ſpeciales communis nó caſſentur; ſed cuſtodire teneantur, & debeant; & ſaluo q̃ ſolum modo pecudes ſoluant pro damnis datis in clauſuris, hortis, & blauis, ſecundū quod ſuperius continetur; & prædicta locum nó habeant in boſchis, & in ſyluis quæ cuſtodiuntur primo anno in quo inciduntur.

Item q̃ quicunq; accuſabit aliquem de aliquo damno, q̃ ſi dicat ſe inueniſſe beſtias alicuius ſibi damnum dediſſe, quòd accuſator iuret in præſentia iudicis maleficiorum, & accuſati, ipſam accuſam quam fecerit, & omnia contenta in ea vera eſſe. Saluo, q̃ ſi accuſatus non venerit ad terminum ſibi ſtatutum per iudicem maleficiorum, q̃ veniat ad videndum iurare accuſatorem, accuſam quam fecerit; tunc accipiatur ſacramentum accuſatoris in pręſentia iudicis maleficiorum tantum.

De damnis datis modo infraſcripto.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ ſi contingat decætero damnum aliq̃ inferri alicui perſonæ ciuitatis Parmæ, ſubiectæ iuriſdictioni D. poteſtatis Parmæ, per aliquam perſonam cum bobus, plauſtro, beſtijs, vel aliter, aut incendio, igne, vel ferro, furtiuè, vel palam in aliquibus terris laboratiuis, pratiuis, vel vidatis, vel alijs vitibus exiſtentibus in aliquibus terris ſaldijs, vel aliter qualitercunq;, & ipſas tales perſonas quæ talia damna intulerint accuſari, & denunciari coram D. poteſtate Parmæ, vel eius officiali ad hoc deputato; & tales accuſati reperti fuerint culpabiles de accuſationibus prædictis, condemnentur, & ipſo iure, & facto condemnati eſſe intelligantur, ad ſoluendum dicto communi Parmæ quantitates pecuniæ inferius declaratas, & vlterius ad emendationem damni in duplum paſſo. Et q̃ cuilibet ciui habenti ſummā bobulcarum xxv. terrarum, & abinde ſupra in aliqua terra, vel villa epiſcopatus Parmæ, de damnis quæ ſibi inferrentur cum aliquibus beſtijs, vel aliter in aliquibus terris, credatur de eius damnis in xx. ſold. Imper. cum eius ſacramento; dummodo iuret ſe perſonaliter inueniſſe illos, qui damnum dederint ei, aut eorum beſtias, aut aliter; & q̃ ille qui damnum dederit cum aliquibus beſtijs, & animalibus, condemnetur vt infra; & in eiſdem pœnis incurrant omnes, & ſinguli homines, & perſonæ qui accuſabuntur per aliquos camparios, aut miſtrales pro aliquibus damnis datis, quibus credatur, & credi debeat ſecundum formam ſtatutorum communis Parmæ; & per accuſas quæ decætero fieri contingent, non poſſit conſequi, nec peti maius damnum, quàm aſcenderet redditus ipſius terræ vnius anni, quo redditu perſoluto, & emendato, non poſſint pro ipſa tali terra in ipſo anno, alius, vel alij accuſati, firmis,

mis, & ratis manentibus omnibus, & ſingulis, quæ in alijs ſtatutis communis Parmæ mentionem facientibus de damnis datis continentur; & ipſis omnibus, & ſingulis ſtatutis prædictis.

De qualibet beſtia groſſa bouina, aſinina, porco, vel porca, pro qualibet vice denarios ſex imperialium.

De qualibet equa, vel equo, pullo, vel pulla, capra, hirco, pro qualibet vice ſoldos duos imperialium.

De qualibet alia beſtia minuta, vel animali, pro qualibet vice denarios duos.

De qualibet carraria, quæ fiet per aliquam perſonam cum bobus, vaccis, & plauſtro ſuper aliqua ſeminata, vel prato quod ſegatur, pro qualibet vice ſoldos quattuor.

De qualibet carraria, quæ fiet vt ſupra in alijs terris, quàm in ſeminatis, ſoldos duos.

ET poſſint domini, & ſeu quicunq;, quibus aliqua damna data, & illata fuerint, omnes, & ſingulas accuſas, & denuncias factas tàm per cāparios, q̃ per ipſos, quibus dānum datum fuerit quandocunq; ante ſententiā tollere, admouere, remittere, & ſeu reuocare, ſic ēt, & taliter, q̃ cōe Parmæ aliquā condemnationē non conſequatur; ſi verò aliqui accuſantes aliquas accuſationes fecerint, ſeu facient de aliquibus perſonis, quæ accuſæ requirant probationes teſtiū, & probatæ non fuerint; & ipſi taliter accuſati reperti non fuerint culpabiles, in eandem pœnam incidant, & ipſo iure incidiſſe intelligātur accuſantes, & condēnentur, & condēnati eſſe intelligantur ipſo iure, & facto ad pœnas ſupraſcriptas dicto cōi Parmæ applicandas; & ad intereſſe accuſati, ſi ipſæ accuſæ remiſſe non fuerint per accuſatore, anteq̃ labat tēpus probationis; & oēs, & ſingulæ accuſationes, & earū proceſſus, finitæ, & finiti eſſe debeant infra menſes duos a die accuſationis, ſub pena libr. x. imper. iudici, & ſeu officiali, qui eā terminare debuerit, de quibus debeat ſyndicari; & q̃ notarij qui dicto præfuerint officio, omnes, & ſingulas accuſationes quæ fieri contingent, teneātur, & debeāt ſcribere in vno libro ſeriatim, prout fieri occurrent, aliter enim ipſæ accuſæ nullæ ſint; & ſuper ipſis niſi fuerint ſcriptæ in libro, vt præfertur, ꝓcedi non poſſit ad aliquos actus citationis, vel ad aliqua alia facienda; ſed ſint protinus inanes, & nullius valoris, efficaciæ, vel momenti; nec poſſint, nec debeant aliquas ex eis cancellare, tollere, vel mortificare, niſi remiſſæ fuerint per illum, vel illos, cui, vel quibus damnum datum fuerit; vel niſi vbi non remittantur, prius ſoluta pœna communi prædicto vt ſupra continetur, in pœna, & ſub pœna notario florenorum x. auri pro quolibet, & qualibet vice applicanda communi Parmæ; & inſuper teneatur ad emendationem damni accuſatoris, & in omnibus caſibus damnorum datorum ſit cognitor dominus iudex ſtratarum, & damnorum datorum.

De

De porcis, & porcabus.

ITem etiam, cum in dicto diſtrictu damna immenſa inferantur ciuib⁹, & contadinis dictorum ciuitatis, & epiſcopatus Parmæ propter multitudinem porcorum, qui ſunt, & quotidiè aluntur, tenentur, & nutriuntur in dicto epiſcopatu, & diſtrictu; ſtatutum eſt, q̃ in dicto epiſcopatu, & diſtrictu Parmæ nullus ciuis, vel contadinus ciuitatis, vel epiſcopatus Parmæ, vel aliunde cuiuſcunq; cõditionis exiſtat, audeat, vel pręſumat modo aliquo, vel ingenio, nutrire, vel nutriri facere, alleuare, vel alleuarifacere, tenere, vel teneri facere, porcos, vel porcas pl⁹ q̃ inferius ſit expreſſum; videlicet, quilibet habens, ſeu laborans, vel laborari faciens terras, & prata, proprias, vel conductas quæ conſtituant laborerium vnius paris bouum, vel vaccarum, quod laborerium ſit, & eſſe intelligatur ad quantitatem bobulcarum quadraginta terræ, & ab indè ſupra: videlicet bobulcarum viginti terræ ſingulo anno, poſſit tenere porcam vnam a rocio, ſeu nutrimine cum omnibus temporalibus naſcentibus ex ea, omnes ſi voluerint, a feſto Sancti Martini anni cuiuſlibet vſq; ad aliud feſtum Sancti Martini proximè ſucceſſiuum; & vlterius etiam tenere poſt, mazales ſex ex temporalib⁹ anni præcedentis; & ſi ipſam porcam cum temporalibus tenere noluerit, tenere poſſit, & debeat porcos, ſiue mazales octo aptos a carnibus faciendis, & non vltra.

Item quilibet habens, ſeu laborans, vel laborari faciens terras proprias, vel conductas quæ conſtituant laboreria duorum pariorum bouum, vel vltra, quæ laboreria ſint, vel eſſe intelligantur bobulcæ octuaginta terræ, vel abinde ſupra; videlicet, bobulcæ viginti pro quolibet anno pro quolibet pari bouum, tenere poſſit porcas duas a rocio cum omnibus temporalibus naſcentibus ex eis, & omnes ſi voluerit, a feſto S. Martini cuiuſlibet anni, vſq; ad aliud feſtum S. Martini proximè ſucceſſiuum, & mazales duodecim ex temporalibus anni præcedentis; & ſi ipſas porcas, aut temporales tenere noluerit, poſſit, & ei liceat, ac valeat tenere porcos, ſiue mazales vſq; ad ſexdecim, plus aptos a carnibus faciendis vt ſupra.

Item quilibet habens laborerium vnius paris vaccarum; videlicet, bobulcæ decem terræ, & ab indè ſupra, in anno poſſit tenere vnam porcam cum quattuor temporalibus, & mazales quattuor ex temporalibus anni præcedentis, & non vltra. & quilibet caſſanus ſingulo anno tenere poſſit duos porcos mazales a carnibus tantum, & non porcam aliquam, & prædicta omnia, & ſingula in pœna, & ſub pœna ſoldorum quadraginta Parmeñ. pro quolibet porco, vel porca, cuius pœnæ medietas ſit communis, & alia medietas accuſatoris; & quilibet poſſit accuſare, & credatur accuſatori cum vno teſte. Hoc addito, q̃ vbi mezadri nollent tenere porcas, & porcos debitos de quibus ſupra; tũc liceat dominis terrarum in illis villis, in

in quibus habebunt terras, ſiue mezadrias, teneri facere prædictam quantitatem porcorum caſſanis ſuis, quam tenere poſſent, & debent mezadri ſuper dictis mezadrijs ſecundum modum ſupraſcriptum, & non vltra, pœna vt ſupra; dum tamen non teneant dicti caſſani vltra vnam porcã cũ quattuor porcis; & hæc omnia habeant locum in plano Parmeſanæ. In montibus autem teneri poſſint quotquot voluerint, eo quia habent boſchos, a glandis, in quibus ſtant porci die, noctuq;, & ſtare poſſunt.

Iteꝝ q̃ nulla perſona cuiuſcũq; conditionis exiſtat, ſtans, vel habitans in ciuitate Parmæ intra foueas dictæ ciuitatis, audeat, vel præſumat aliqualiter habere, ſeu tenere aliquẽ porcum, vel porcam ſuo nomine, vel alieno, qui porcus, vel porca vadat per ciuitatem Parmæ, in pœna, & ſub pœna ſold. xv. Parmeñ. pro quolibet porco, vel porca; & liceat cuilibet accuſare, & medietas condemnationis perueniat in accuſatorem, & alia medietas in commune Parmæ; & non habeat locum in porcis qui conducuntur in ciuitate Parmæ, cauſa vendendi in mẽſibus Nouemb. Decemb. & Ianuarij, & propter ſalamen. Saluo, q̃ liceat præceptori domus S. Antonij tenere, & teneri facere in ciuitate Parmæ porcos quinq; maſculos pro qualibet porca, qui ſint bullati, ſeu marchati ſigno S. Antonij, & marcho communis; & aliter non intelligantur de porcis S. Antonij, & plures tenere non poſſit quoquomodo. Inſuper nullus in ciuitate Parmæ poſſit tenere porcam a rocio, pœna, & banno xx. ſold, imper. & amiſſionis porcæ poſt primam inuentionem; & quilibet poſſit accuſare, & habeat quartam partem banni.

Itẽ q̃ aliquis miſtralis, conſul, vel ſingularis pſona alicuius villæ, terræ, loci, epatus, vel diſtrictus Parmæ, non teneatur, nec debeat dare in ſcriptis alicui officiali D. poteſtatis, nec aliquibus notarijs alicuius officij cõis Parmæ aliquos porcos, nec porcas, qui, & quæ ſint in eoꝝ villis, & terris, nec ad hoc aliqualiter cogi, nec cõpelli poſſint, nec eiſdem aliqualiter præcipi, vel mandari debeat, nec poſſit per aliquẽ officialem D. poteſtatis, vel cõis Parmæ, q̃ ipſos porcos in ſcriptis dare debeant; & hoc pœna, & banno cuilibet officiali, & notario contrafacienti libr. x. imper. de quibus ſyndicari poſſint; liceat tamen collateralibus, & officialibus ad quos hoc ſpectabit, ire per epatum, & diſtrictum Parmæ ad videndum, & inquirendum ſi eſſent aliqui, qui teneant, vel habeant porcos contra formam ſtatutorũ cõis Parmæ, & repertos tenere, cõdemnare ſecundum formam ſtatutorum.

De modo, & ordine ſeruando in porrigendo accuſas ſuper damnis datis, & infra quantum tempus debeant porrigi accuſæ de damnis datis, & infra quantum tempus debeant terminari.

AD hoc vt iudices, ſeu officiales ſtratarum, & damnoꝝ datorum, ordinarij pſentes, & futuri, procedant ad cognoſcendũ, & procedẽdum, & decidendum ſuper accuſis, quæ coram eis fiũt, & in futurum

turum fieri contingent de dānis datis; ſtatutū, & ordinatū eſt, q̄ quilibet accuſare volens aliq̄ perſonā ciuitatis, vel epatus Parmę, vel ēt aliā perſonā cuiuſcunq; conditionis exiſtat, vel conuenire de aliquo dāno dato, teneat, & debeat corā dicto officiali porrigere ſuā accuſam in ſcriptis, vel facere ſcribi per notariū officialis in libro accuſationū, continentē nomen, & cognomen, ſeu agnomen dicti D. officialis, ac accuſatoris, & accuſati, & quātitatē dāni, & per quē, ſeu quos damnū fuerit, ſeu fuit datū cū perſonis, & in qua re, ſeu rebus datū fuerit dictū dānum, & mensē, & hebdomadā, in quibus damnū datū fuerit, & dictā accuſam teneat porrigere in p̄ntia accuſati, vel eo legitimè citato, & in eius abſentia ſi damnū aſcenderit ſold. xx. Imper. & abindè ſupra; ſi autē ab inde infra, ſufficiat p̄duci in ei⁹ abſentia; dum modo eidē notificetur infra octo dies a die porrectę accuſę p vnum ex correrijs cōis Parmæ ex parte dicti D. officialis, ad petitionem dicti accuſatoris; & q̄ dictus D. officialis producta dicta accuſa aſcendente ſoldos xx. & ab inde ſupra, ſtatuat terminum vnius diei vtilis ad reſpondendum, qua die elapſa, ſi accuſatus negauerit contenta in dicta accuſa vera fuiſſe, & eſſe; tunc dictus D. officialis ſtatuat terminum xv. dierum accuſatori ad verificandum contenta in dicta accuſa, quo termino elapſo, ſi accuſat⁹ requiſiuerit, dictus D. officialis ſtatuat eidem accuſato terminum octo dierū ad reprobandum, & termino elapſo probandi, ſi accuſatus noluerit aliq̄d reprobare, vel ſi noluerit reprobare, elapſo termino dato ad reprobādum publicare teneatur dictus D. officialis teſtes, & atteſtationes, & ſi non publicauerit, ſint publicata ipſo iure; & teneatur ipſe D. officialis infra duos menſes a die accuſæ porrectæ diffinire, & terminare dictam quæſtionem, ſub pœna libr. v. Parmeſ. pro qualibet accuſa non terminata, & non diffinita. Et nemo poſſit accuſare de damno dato elapſis tribus menſibus a die damni dati. In accuſis verò quæ fieri debent, & debebunt per cāparios, poſſit fieri accuſa oretenus, dum modo notarius dicti D. officialis ponat eam in libro accuſationum, & in eas ponat nomen D. officialis, & pronomen, & cognomen camparij, & accuſati, & eius cui damnum datum fuerit, & in qua re, & per quos ſi fuerit perſonaliter datum nominando; ſi verò dānum aſcenderet a ſold. xx. infra, ſufficiat etiam fieri, & debeat fieri in ſcriptis per notarium officialis.

De ſuperſtite eligendo ad quælibet laboreria facienda, & forma capituli Vltimi, & generalis.

VLtimum, & generale capitulum ſuper omnibus laborerijs, per quod ſatisfiat, ſeu ſatisfieri poſſit voluntati, & opportunitati omnium, & ſingulorum, ad quos vtilitas ſpectat, vel ſpectare poſſit, q̄ aliquod laborerium fiat, tale eſt, q̄ ſi in aliqua parte extra foueas ciuitatis Parmæ fuerit opportunū, q̄ aliquod laborerium fiat, vnus ſuperſtās per duode-

duodecim hoīes de meliorib⁹ ad quos laboreriū ſpectat, p̄ quo laborerio dictus ſupſtans per ipſos eligat, qui ſuperſtans eligat corā D. poteſtate Parmæ, vel eius vicario ad banchū reformationū; & ſi ſic per ipſos electus fuerit, habeat talis electus pro legitimè electo, & habeat illā poteſtatē, ac ſi electus p̄ p̄ſidentes negotijs cōis Parmæ, ſeu p̄ cōe Parmæ. Si verò aliq̄ eſſent, qui aliquod opus fieri facere vellent, & in minori quātitate eſſent q̄ numero duodecim, ad quos vtilitas ſpectaret, maior pars eligere poſſit dictū ſupſtantē, quēadmodū ſuperius eſt expreſſum; dictus vero ſuperſtans ſit ſuper dugarijs de nouo faciendis, ſuper veteribus aptandis, & meliorādis, & aperiendis, ſuper foſſatis nouis faciendis, & veteribus cauandis, & adaquādis, ſuper claudinis, ſeu clandigis, claudendis, & aperiendis, ſuper vijs occupatis, inueniendis, & in ſtatū priſtinū reducendis, & adamplandis, & de nouo faciendis, ſuper ſtratis, & vijs cauandis, & inglarandis, & alzandis, ſuper zapellis aptandis, ſuper fluminibus paruis, & magnis aggerandis, vt aquæ non exeant lectos ſuos, & ſuper pontibus de lignamine, vel lapidibus, ſeu lateribus, & calcina fieri faciendū, & refficiendū in aliquo loco vbi fuerit opportunū, & ſup faciendū, ſeu fieri faciendū quodlibet aliud laboreriū, obſtādo plenitudini aquar⁹, vt non ſupponāt ſibi poſſeſſiones hoīum, & vt terrę ſcolent, vt poſſint reddere debitos fructus, & conſuetos, qui ſuperſtās iuret in cōſpectu D. poteſtatis, & ſeu vicarij facere opus, ſeu laborerium p̄ quo fuerit electus, & in perficiēdo illud, oēm ſolicitudinē habere, nec fraudē, vel negligētiā cōmittere, cōtinuè ſupeſſe, remotis precio, precib⁹, odio, amore, & timore, & de p̄dictis adimplendū fideiuſſionē p̄ſtet, & iurēt ſimiliter illi qui elegerint, anteq̄ ipſum eligant, eligere melioré, & legaliorem. Prædictus verò ſuperſtans ſic electus, & iuratus p̄ſtito fideiuſſore ſim q̄ ſuperius continet, habeat plenā facultatē, & liberā poteſtatē cōpellendi quālibet vniuerſitatē, vnā, vel plures, & quaſlibet ſingulares perſonas realiter, & perſonaliter ad dictū laboreriū faciendū, vel perficiendum, ad quod fieri faciendū fuerit electus oībus modis, quibus velocius, & melius opus fiat, ēt ipſos mulctando, & condemnando. Saluo, q̄ Dñi præſidentes negocijs cōis Parmæ qui pro tpe fuerint, debeant determinare illas vniuerſitates, & ſingulares perſonas ad quarum vtilitatē pertinere crediderint laborerij fiēdi, vbi aliter nō ſit determinatus per formā præſentiū ſtatutor⁹; & illæ ſolæ vniuerſitates, & p̄ſonæ de quibus per eos terminatum fuerit, ſolum modo compelli poſſint ad dictum laborerium, ſeu ad ſumptum ipſius laborerij; ſi verò aliquod laborerium fieri petitur intus a muris ciuitatis Parmę, tale laborerium fieri non poſſit niſi de voluntate duar⁹ partium illor⁹, quorum expenſis fieri debeat tale laborerium vt ſupra continetur; & ad ipſum laborerium fiendū ſupſtans eligatur coram dicto D. poteſtate, vel vicario per duas partes illor⁹, ad quos ſpectat dictū laboreriū, & iurare & fideiuſſionē præſtare teneatur vt ſupra; & hoc facto habeat poteſtatem vt ſupra.

Qua-

Qualiter oẽs dugariæ veteres, & nouæ de Siſsia debeant reffici, & per quos.

STatutũ eſt, q̃ oẽs dugarię veteres, & nouæ de Siſſia debeant reffici, aptari, reſtringi, & cauari, & ſpecialiter illa dugaria de burgo nouo, ſicut vadit recta p̃ Reſtadrixiã vſq; ad Turricellã, cauando foſſata ab vtraq; parte viæ ampla adminus p̃ tria brachia, & illa dugaria de Caſali Fuſchino cauet̃, & reſtituat̃; ita q̃ ſit ampla p̃ quattuor brachia, & affondata ſicut ratio cauaméti poſtulat, tm̃, quantũ tenet locus antiquus, & via vetuli de Siſſia, quæ vadit per prata vſq; ad campum Alodij D. Guielmi Rangoni, & vſq; ad arzinem Padi, faciendo vnam claudinam pro diſgomberãdo prata de aqua, & faciendo foſſata dictæ viæ ampla per tria brachia; & hoc omnia ad expenſas illorum quibus ſpectat vtilitas.

Qualiter, & per quos dugaria de S. Nazario, quæ dicitur Taraxonum, debeat cauari, & remondari.

STatutũ eſt, q̃ poteſtas teneat̃ facere remondari, & cauari dugariã quę dicitur Taroxonũ, de S. Nazario, a capite viæ quæ eſt deſuper a domibus de Flexio, vſq; ad boſchos de Ronchis Vgonis de Fragnano, ſiue vſq; ad foſſam D. Abbatis de S. Ioan. per homines de S. Nazaro, de Flexio, de Tribuſcaſalibus, & eor̃ proprijs expenſis; & ſit præciſum hoc capitulũ; & hoc facere teneat̃ infra quattuor menſes poſtq̃ intrauerit in regimine.

De generali concluſione, & ordine, ſiue vigore omnium ſtatutorum communis Parmæ huius Voluminis.

QVia non eſt nouũ, vt quibuſdã ennumeratis caſibus, ſubijciat̃ clauſula generalis, qua oĩa, & ſingula apprehendantur; ſtatutũ, & ordinatũ eſt, q̃ oĩa, & ſingula ſtatuta p̃ntis voluminis ſcripta ſuperius, & inferius, habeãt locũ ſolũmodo in futuris caſibus, & negocijs, niſi contineat̃ in ipſis, q̃ extendant̃ ad p̃ſentia, vel præterita, vel q̃ habeant locũ a certo tpe citra, vel niſi in ipſis fiat mentio de tpe quo cõdita fuerint p̃ appoſitionẽ Milleſimi, indictionis, & diei, vel p̃ appoſitionẽ Milleſimi tm̃, quibus caſib⁹ ſtatuta, & oĩa prædicta locũ habeant pro tpibus de quib⁹ in ipſis cauetur; & p̃ tẽporibus, ſeu ab eo tpe citra, quo cõdita fuerint ipſa ſtatuta, & in quibus milleſimis contineatur; & q̃ oĩa, & ſingula ſtatuta huius voluminis ſint vltima, & derogatoria oĩbus alijs, & ſingulis ſtatutis, & ordinãmentis comprehenſis in veteribus voluminibus ſtatutor̃, & reformationũ, ac decretis conſilior̃ generaliũ cõis, & populi Parmæ ab hinc retro factis, quę non eſſent cõprehenſa in præſenti volumine ſtatutor̃; exceptis decretis, ordinibus, litteris, & mandatis Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. noſtri, editis, & edendis, quæ præ cæteris ſtatutis, prouiſionibus, & ordinibus cõmunis Parmæ debeant præualere, & inuiolabiter obſeruari.

Liber Quintus ſtatutorum Magnificæ Communitatis Parmæ explicit.

LIBER DAMNORVM DATORVM MAGNIFICAE COMMVNITATIS PARMAE INCIPIT.

De Camparijs eligendis in villis epiſcopatus Parmæ.

AD hoc vt dãna creſcentia ceſſent, quæ inſupportabilia ſunt, & quotidiè inferũtur per diſtrictuales, & epiſcopatus Parmæ incolas; & vt damna dantes inueniãtur, & puniãtur; ſtatutũ, & ordinatum eſt, q̃ per quãlibet villã dicti epatus Parmę de menſe Ianuarij cuiuſlibet anni, eligatur vnus cãparius generalis pro vno anno, idoneus ét in facultatibus, qui exerceat eius officium expenſis dictæ villæ, & oĩum habitantiũ in ea; & qui de dicto menſe, vel ſe quẽti p̃mittat, & iuret corã D. poteſtate, vel eius vicario de exercendo eius officiũ benè, fideliter, & diligenter; & de accuſando oẽs, & ſingulos dãna dãtes, & ſeu qui dãna dederint in eius villa quouis modo, ſiue tpe tam nocturno, q̃ diurno; & idoneè p̃ p̃dictis, & alijs infraſcriptis capitulis officiũ cãparij ſpectantibus, fideiubeat, ſub pęna villæ negligenti, vel omittẽti eligere dictũ cãparium de menſe Ianuarij libr. iiij. imper. & libr. v. de mẽſe Februarij, & libr. ſex de menſe Martij; & ſic aſcenſiuè p̃ quolibet alio menſe quo fuerit negligens vt ſupra, applicanda cõi Parmæ, in quã pœnã ipſo facto incurrãt dictæ villæ negligẽtes vt ſupra; & q̃ D. poteſtas, vel eius vicarius teneat̃, & debeat ad requiſitionẽ cuiuſlibet incolæ ipſius villæ, vel alterius p̃ſonæ h̃ntis terras in ipſa villa, cogere cõe, & hoĩes, ac incolas ipſi⁹ villæ oĩbus iuris remedijs, ad eligendũ dictũ camparium, qui promittat, iuret, & fideiuſſionẽ præſtet vt ſupra, ſub pœna ipſi D. poteſtati, vel eius vicario libr. x. imper. pro quolibet campario, & pro qualibet vice, qua requiſit⁹ fuerit vt ſupra, & negligens in prædictis fuerit, infra dies xv. a die requiſitionis factæ vt ſupra Ducali cameræ applicanda.

Quod deficiente campario villæ, intelligatur ditior villæ ipſius eſſe camparius.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, q̃ pro eo tempore quo electus non fuerit camparius generalis, & electus idoneè non ſatiſdederit, vt ſupra dictũ eſt, ſit, & eſſe intelligatur camparius villæ ditior ipſius villæ;

HAYKOBA BIBLIOTEKA

& intelligatur ditior esse ille, qui æstimatus fuerit in maiorem quantitatẽ alis; & si fuerint duo, vel plures æqualis ęstimi, similiter intelligantur camparij, & quilibet insolidum, qui teneãtur, & insolidum exercere officium cãparij vacantis, quousq; ipsa villa camparium generalem elegerit, & fideiussorem legitimum pręstiterit; & eorum sacramẽto credatur de damnis, quemadmodum camparijs eligendis vt supra; saluis semper, & firmis manentibus pœnis de quibus in præcedenti capitulo fit mentio. Declarantes illos ditiores teneri vt supra, qui habitant in ipsa villa.

De officio Camparij.

ITem statutu, & ordinatum est, ꝙ omnes, & singuli camparij, vel habiti pro camparijs secundum formam præsentium ordinum, possint, teneãtur, & debeant inquirere omnia damna, quæ fient, vel facta fuerint tẽpore eorum officij, tàm de die, quàm de nocte in eorum villa; & accusare omnes damna dantes, & qui damna dederint in eorum villa, tàm tempore nocturno, quàm diurno, coram officiali damnorum datorũ infrà quinq; dies a die damni dati; & eidem cãmpario, vel habitis pro camparijs credatur de damno quolibet dato cum eius sacramento; & si non accusauerit in dicto termino damnum dantes, teneantur, ac stent, & intelligantur ipso iure, & facto condemnati ad emendam damnum passo; de quo damno credatur sacramento damnum passi, ad quod sacramentum pręstandum citari debeat camparius, vel habitus, vel habiti pro campario, vel caparijs; & præstito iuramento damnum passo, præsente, vel absente ipso cãpario citato tamen vt supra, compellatur dictus Camparius, vel habitus, vel habiti pro campario ad emendam soluendam per iusdicentem, vel alterum ipsorum sine vlla alia citatione, vel alio processu.

De forma accusationis.

ITem statutum, & ordinatum est, ꝙ fiat accusa per camparium, vel habitum pro campario vt supra coram D. officiale damnorum datorum in scriptis, vel oretenus, reducenda, vel scribenda tamen in libro accusationum officij damnorum datorum, per notarios dicti officij tantum, de omnibus damnis datis vt supra, quæ accusa contineat, & continere debeat nomen accusantis, & damnum passi, & damnum dantis, & villam in qua fuerit damnum datum, & qualitatem, & quantitatem damni dati, & campum cum confinibus in quo damnum datum fuerit, & annum, & mẽsem ad minus, & numerum personarum, & animalium, & instrumentorum, cum quibus damnum datum fuerit. Hoc tamen intellecto, ꝙ prædicta non habeantur pro solemnitate substantiali, & necessaria dictæ accusæ; & ꝙ ommissio, vel excessus ipsorum, vel aliquorum prędictorum non viciet accusam.

De ommissis in accusa per Camparium.

ITem statutum, & ordinatũ est, ꝙ si dictus Camparius, vel habitus, vel habiti ꝓ camparijs vigore præsentium ordinum ommisserit in eius accusa aliquam partem damni, vel numerum personarum, vel animaliũ, cum quibus damnũ datum fuerit, vel excessus facti, teneatur ad emẽdam, & ad pœnas contentas in præsentibus ordinibus pro ipsis ommissis, dict' camparius, vel habitus, vel habiti pro campario damnum passis, de quibus damnis ommissis credatur sacramento domini, fictabilis, vel emphyteotæ, vel habentis ius in re, ẽt ratione possessionis vt supra, vel sacramẽto eius filij, fratris, mezadri, nuncij, gastaldi, factoris, vel famuli, vel singularis personæ iurantis se inuenisse damnũ maius, vel animalia plura, q̃ in accusa cãparij contineatur; dummodo tales personæ sint alias bonæ famæ.

Qui possint accusare.

ITem statutum, & ordinatum est, ꝙ quilibet dominus, emphyteota, fictabilis, vel habens ius in re, etiam ratione vsufructus, vel quilibet alius possessor quandocunq;, & quolibet tempore possit accusare sibi damnum dantem, vel qui damnum dederit, quæ accusa si contineat locum, & confinia loci in quo damnum datum fuerit, & de quo damnum datũ fuerit, & nomen damnum dantis, & damnum passi, & annum, & mensem pro legitima habeatur. Hoc tamen intellecto, ꝙ prædicta non habeantur pro solemnitate substantiali, & necessaria dictæ accusæ; & ꝙ ommissio, vel excessus ipsorum, vel aliquor̃ prædictorum non viciet accusam; & credatur sacramento damnum passi de contentis in accusa; si intra terminũ quinq; dierum datum accusato ad defensam faciendum, & sibi vt infra intimatum, nullam fecerit defensionem; & ipso termino quinq; dierũ elapso, & nulla per ipsum accusatum facta legitima defensa, per iusdicẽtem accusato præsente, vel absente, præstetur, & deferatur accusatori damnum passo iuramentũ, in, & de eo de quo accusatus, & damnũ passus iurauerit, tantũ accusatus condemnet̃, & executioni per ipsum iusdicentẽ ipso iure, & facto mãdetur, & mãdare teneat̃ ipse iusdicẽs, sine aliquo alio processu, vel alia solemnitate iuris, vel facti, & absq; appellatione aliqua.

Quòd non possit fieri nisi vna accusa pro vno damno dato.

ITem statutũ, & ordinatũ est, ꝙ ꝓ vno damno dato, vel facto pro quo limitata sit, & limitari debeat vna emenda, non fiat, nec fieri possit, nec debeat nisi vna accusa, quamuis plures personę, vel animalia fuerint ad ipsum damnum dandum, vel faciendum; & si plures accusæ factę fuerint, nullius valoris, & efficaciæ sint, & cãcellentur, & cancellari debeãt ad simplicem requisitionem accusati, expensis accusantis.

De intimatione accusarum.

ITem statutũ, & ordinatũ est, q̃ oẽs accusæ quæ contingent fieri p̃ camparios, vel alios, intimari debeãt accusatis, ad instantiã illor̃ qui eas p̃sequi voluerint in scriptis; & dimittatur copia intimationis penes notariũ accusæ, quando fit subscriptio intimationis dictæ accusæ per ipsum notarium; & portetur ipsa intimatio per correriũ cõis Parmæ, vel p̃ aliã quãcunq; personã, qui postmodũ referant, prout fit de alijs citationib⁹; aliter nõ valeat ipsa intimatio, nec possit poni in contumaciã ipse accusatus.

Contra exemptos damna dantes, & qualiter ipsa damna debeant emendari.

ITem statutũ, & ordinatũ est, vt dãna, & violentiæ quæ fiunt maximè ab exẽptis nõ suppositis iurisdictioni D. potestatis Parmę, cessent, & potissimè ab hũtibus castra, vel fortilicia in ep̃atu Parmæ, q̃ quotiẽscunq; cõtingat fieri, vel dari aliqua dãna in terris exẽptis, & nõ exẽptis de mãdato alicui⁹ dñi, officialis, factoris, vel eius gastaldi ipsar̃ terrar̃ exẽptarũ, vel p̃ quẽlibet aliũ incolã, & habitatorẽ ipsar̃ villar̃, seu locor̃ exemptorum, ẽt sine mandato, & impositione vt supra, alicui ciui, vel districtuali, seu incolis dictæ ciuitatis, districtus, seu ep̃atus Parmæ, subditis iurisdictioni D. potestatis Parmæ; tunc D. potestas Parmæ ad quærelã, vel acculam, seu requisitionem sibi factã p̃ dãnũ passum, vel p̃ cãparium, vel habitum, seu habitos p̃ cãparijs villar̃ dicti ep̃atus, teneat̃, & debeat scribere dño exẽptionis, vel officiali, seu factori, vel gastaldo ipsor̃ locorum exemptor̃ ibidem tũc existentibus, q̃ infra quinq; dies immediatè secuturos a die qua p̃ pfatũ D. potestatem eis scriptum fuerit, mittat dãnum dantem, aut cãparium, vel mistralẽ villæ in qua dãnũ datũ fuerit, ad faciendum suas defensiones, quo termino elapso si non miserit, vel venientes non fecerint legitimas defensiones; tunc cogat, & cogere teneat̃, & debeat emendare, & emendari facere, & seu emendent dãna data vt supra in eor̃ villis exemptis, vel alijs dicti ep̃atus Parmæ, dãna passis, p̃ eos qui dãnũ dederint, vel dari fecerint, vel p̃ cãparium, vel habitum, seu habitos p̃ cãparijs, contenta in eis litteris q̃rela, vel accusa; & quæ damna damnum passus iurauerit sibi data, vel facta fuisse corã dicto D. potestate Parmæ, post terminum p̃dictum, quo termino quinq; dierũ elapso, & iurato vt supra, si dictus dñs, officialis, gastaldus, vel factor non emendauerit, seu emendari non fecerit; tunc realiter, & p̃sonaliter p̃ D. potestatem Parmæ, seu eius officialem, & quemlibet iusdicentẽ, cogi possint, & debeant dicti tales officiales, factores, seu gastaldi, & quilibet alius incola, & habitator, seu incolæ, & habitatores villar̃ exemptar̃ iurisdictionis ipsius exẽpti, in quibus dãnũ datũ fuerit, ad soluẽdũ, & satisfaciendũ dãna passis, ipsa dãna cõtenta in litteris, accusa, vel quærelis factis

factis vt supra, ad oẽm requisitionẽ ipsius dãnum passi, & expensas, de quibus expensis credat̃ sacramento dãnũ passi vt supra, sub pœna ipsi D. potestati, & cuilibet eius officiali, & iusdicenti requisito, ommittenti, vel negligenti adimplere p̃dicta, & quodlibet p̃dictor̃ floren. xxv. auri applicañ. p̃ dimidia Cametæ Ducali, & pro dimidia alia damnum passo; & vlterius teneatur ad emendam damnum passo, de quo, vel quibus syndicari possint, & debeant, de quarum litterarum D. potestatis præsentatione, & relatione credatur correrio cõis Parmæ, & cuiuslibet alterius nuncij, cum eius nũcij sacramento; & teneantur dicti exempti comparentes idoneè satisdare de iudicio sisti, & de iudicato soluendo, & dimittere procuratorem, vel domicilium ad quod citari possint.

Quod pro damno dato quilibet de familia eius qui damnum dederit teneatur.

ITem statutũ, & ordinatum est, q̃ omnes, & singuli, in vna, & eadem familia cõmorantes, siue maior, siue minor, siue famuli, siue mercenarij, siue qui dãna intulerint, vel fecerint, teneantur, & obligati sint ad emẽdam dicti dãni; & quilibet pater, seu dñs, aut dña familiæ teneatur pro alio, & quolibet de dicta familia dãnum dante; reseruato omni suo iure soluenti contra famulũ, vel mercenarium pro quo soluerit. Declarantes, q̃ paterfamilias teneatur insolidum pro emenda prædicta; & si fuerit minor q̃ intulerit damnum, valeat processus contra ipsum citato minore, & patrefamilias, vel domino, absq; eo q̃ decernatur eidem minori alius curator, & loco illius curatoris succedat pater familias, vel dominus.

De incendijs, & robarijs occultis.

ITem vt hoĩes villar̃ ep̃atus Parmæ, ẽt exemptar̃, promptiores; & vigiliores sint, & fiant ad capiendũ malefactores, incendiarios, & derobatores occultos in eor̃ villis; & ad obuiandũ, seu p̃uidẽdum, vt incẽdia, & robariæ occultæ non fiant, & seu cessent; & vt factæ, & facta cũ minori p̃cessu, & dispẽdio q̃ fieri põt, emendẽtur; & ne ob inde dãnũ passo occasione p̃dicta afflicto afflictio addat̃, sibiq; dimittẽdi causam suã pro derelicta præstetur occasio, forsitan in ipsius damnũ passi substantię totalẽ consumptionẽ; statutum, prouisum, & ordinatũ est, q̃ quilibet mistralis, & eo deficiente ditior, vel ditiores æstimi æqualis, & quilibet ipsor̃ insolidũ, villæ, terræ, vel loci, ẽt exemptæ, & exẽpti, in qua, vel quo, factũ, vel facta, fuerit aliq̃d incendium, vel aliqua robaria occultè, vel cuius auctor, seu malefactor ignoret̃, de aliqua domo, cassina, vel alio ædificio, vel de aliqua, seu de aliq̃bus aĩalib⁹, vel rebus in villa sua, illud, & illã teneat̃, & debeat denũciare infra tres dies immediatè secuturos post factum, vel factã, incendiũ, vel robariã, cum qualitatibus, & q̃titatibus vtentilium, aĩalium, & rer̃ cõbusta-

buſtarꝝ ibidē,& ēt mēſurā brachiorꝝ in longitudine,& latitudine ipſi⁹ domus, teziæ,caſſinæ,vel ædificij combuſti,& ipſorꝝ aīalium, & rerꝝ vt ſupra derobatarꝝ, D.poteſtati,vsl eius iudici maleficiorꝝ Parmæ,ſub pęna miſtrali,vel ditiori,ſeu ditioribus,& cuilibet ipſorꝝ inſolidū ommittenti, vel negligēti facere p̄dictā denūciationē,& notificationē vt ſupra, ducatorū xx. auri applicañ.ꝓ dimidia Ducali Cameræ,&ꝓ alia dimidia dānū paſſo; & ſimilē denūciā,& notificationē poſſit facere dānū paſſus qñcunq;, quā de nuntiā,& notificationē facere vt ſupra teneaṫ,& debeat idem miſtralis,vel ditior,ſeu ditiores,& qlibet ipſorꝝ inſolidū,ſibi datā ſubſcriptā per vnū ex notarijs dicti poteſtatis,vel iudicis,ītimare cōuicinis ſuis, vel maiori parti ipſorꝝ,& ſeu in villa ſua,& cuilibet miſtrali,vel ditiori,ſeu ditioribꝰ ęqualis æſtimi cuiuſlibet alterius villæ eiuſdē plebatus, villæ in qua incēdiū, vel robaria facta eſſet,& factam referre ipſi D.poteſtati,vel iudici prædicto infra octo dies immediatè ſecuturos,poſtq̄ ipsā denūciā habuerit vt ſupra, ſub pęna p̄dicta vt ſupra applicañ.Eadēq; intimatio dictæ denūcię fieri poſſit, & facta ſufficiat miſtrali,& ditiori,ſeu ditioribus oīum, & ſingularꝝ villarꝝ p̄dictarꝝ,ēt plebatus prædicti,& ēt exemptarꝝ,ad oēm ſimplicem requiſitionē damnū paſſi; & ipſius relatio poſſit fieri per quemcunq; correriū cōis Parmæ,vel aliū nunciū,cui nuncio credatur,& credi debeat de ipſa intimatione,& eius relatione p̄dicta cum ſacramento; & hoc cum termino contēto in ipſa intimatione octo dierꝝ immediatè ſequuturorꝝ poſt dictā intimationē,& notificationē vt ſupra factā,ad oēm ipſarꝝ villarꝝ ēt exemptarꝝ, & dicti plebatus,& incolarꝝ ibidē defenſionē faciendam; quare non tenetur,& condemnari non debeant ad emendam contentorꝝ in ipſa denūcia, ipſarꝝ villarꝝ,ꝓ rata æſtimi taxæ ſalis earꝝ,& cuiuſlibet earum,& incolarum ibidē,& ſīm taxationē fiendam per duos æſtimatores eligendos de confidētibus dānum paſſi,& ſīm iuramentum damnū paſſi,ſuper qualitate, & quātitate vtenſiliū,aīalium,& rerum per ipſum incendiū,& robariā amiſſarꝝ, & cōtentarū vt ſupra,p̄habita taxatione per D. poteſtatem eius ſuper quo dānum paſſus iurare debuerit,ſīm qualitatem,& facultates damnum paſſi. Quibus intimatione,& relatione factis vt ſupra,& elapſis dictis octo diebus datis ad defenſam vt ſupra, & nulla legitima defenſa facta in ipſo termino per quēpiam p̄dictorꝝ; quare nō teneanṫ ad ipſam emendā,ꝓbādo, ſiue demōſtrando verū incendiariū,vel derobatorē,& aliter q̄ iuris p̄ſumptione; idē D.poteſtas,& iudex eius maleficiorū p̄dictorū,teneatur, & debeat ad oēm ſimplicē requiſitionē paſſi damnum, eligere duos bonos fideles,& idoneos viros ex incolis dictæ ciuitatis,vel ep̄atus Parmæ de cōfidētibus dicti dānū paſſi,ad æſtimādū oīa,& ſingula contenta in ipſa denūciatione facta vt ſupra,benè,fideliter,eorꝝ ſcientia,cōſcientia,& ſacramēto; q̄ duo ſic electi,& iurati vt ſupra,īfra quinq; dies immediatè ſequuturos electionē p̄dictam,& notificationē ſibi de ea factā,ęſtiment,ęſtimare, & ęſtimaſſe

maſſe teneantur,& debeāt cū eorꝝ ſacramēto p̄dicto,ſub pęna florenorū x. ꝓ quolibet,applicanda pro dimidia cōi Parmæ, & pro alia dimidia dānū paſſo,oīa,& ſingula contenta in ipſa denūcia,& ipſius eorꝝ eſtimi relationē facere,& feciſſe,ſub pœna vt ſupra,in ſcriptis dicti D.poteſtati,vel ei⁹ iudici p̄dicto,cū eorꝝ ſacramēto p̄dicto. Quibus relatione dicti æſtimi dictorū duorꝝ æſtimatorꝝ cū eorꝝ ſacramento facta; & ſacramēto p̄ſtito p dictū dānum paſſū vt ſupra,p̄fatus D.poteſtas Parmæ, & eius iudex maleficiorū teneanṫ,& debeant infra decem dies proximè ſecuturos poſt dictā relationē dicti æſtimi precij,& ſacramentū p̄ſtitum per dictū paſſum damnū ſuper qualitate,& quātitate vt ſupra,condēnare teneaṫ dictum miſtralē,vel eo deficiente ditiorē,vel ditiores æqualis æſtimi dictæ villæ,vel loci,etiam exemptæ,vel exempti;& ipſam villam,& homines dictæ villæ,in qua, vel quo dictū incendium,vel robaria,factum,vel facta fuerit;ſi non excedat æſtimū,& quantitatē libr.v.imper.ad dandum, & ſoluendum ipſi damnū paſſo dictā quantitatē libr.v.imper.& ſi excedat dictam quantitatem libr. v.imper.teneatur,& debeat condemnare etiā miſtralem, vel eo deficiente ditiorē,vel ditiores æqualis æſtimi cuiuſlibet villæ,& ipſas villas,& quam libet ipſarꝝ,& hoīes earꝝ,& cuiuſlibet ipſarꝝ oīum villarꝝ plebatus etiam exempti,vel exemptarꝝ,dictæ villæ,terræ,vel loci,in qua,vel quo,factum, vel facta fuerit,incendium,vel robaria vt ſupra, pro rata æſtimi taxæ ſalis cuiuſlibet ipſarꝝ villarum dicti plebatus,ad dandum,& ſoluendum dicto damnum paſſo,& cogere,& conſtringere oībus iuris remedijs,realiter,& perſonaliter.Et debeat dictus D.poteſtas,vel iudex dictum miſtralem,vel miſtrales,& ditiorem,& ditiores,& homines dictæ villæ,& cuiuſlibet villæ dicti plebatus condemnatos vt ſupra, ſingula ſingulis congruè referendo;& vnum,aut plures ipſarꝝ villarꝝ,& quemlibet ipſorꝝ inſolidum ad dandum,ſoluendum,& ſatisfaciendum oīa,& ſingula contenta in ipſa denūciatione damnum paſſo,pro dictis ratis,ſeu rata æſtimi eorū taxę ſalis, & villarꝝ ſuarꝝ vt ſupra,infra vnum menſem immediatè ſequuturum poſt dictam condemnationem vt ſupra factam,& æſtimationem eius petitā,ſub pœna dicto D.poteſtati,& eius iudici,pro quolibet prædictorum omniſſo,vel neglecto,dupli eius in quo fiet,ſeu fieri debuerit condemnatio occaſionibus prædictis,vel aliqua ipſarum, applicandarꝝ pro dimidia Ducali cameræ,& pro alia dimidia dicto damnum paſſo,de quibus poſſit, & debeat ſyndicari.Et ſi contingat ipſas villas,terras,& loca, vel eorum aliqua, vel aliquas fore,fieri,vel eſſe non exemptam, vel exemptas quouis modo, vel titulo;tunc quilibet inſolidum ex incolis earum,vel cuiuſlibet earum, cogi,& conſtringi poſſit,& debeat realiter,& perſonaliter per dictū D.poteſtatem,eiuſq; iudicem prædictum,& quemlibet alium iuſdicentem Parmæ ad ſoluendum,& ſatisfaciendum dicto damnum paſſo, pro oī contingente portioni villæ,ſeu villis ſuis,& cuilibet incolę, ſeu incolis ipſi⁹ villę,

seu villarũ, exemptæ, vel exemptarũ, dicti plebatus, dictæ villæ, terræ, vel loci, in qua, vel quo, factum, vel facta fuerit dictũ incendium, vel robaria occultè vt supra, sub pœna prædicta applicanda vt supra, dicto D. potestati, eiusq; iudici prædicto; & cuilibet alij iusdicenti negligenti, vel ommittẽti adimplere prædicta oĩa, & singula suprascripta, ad oẽm simplicem requisitionẽ dicti passi damnum. Et prædicta oĩa, & singula fiant, & fieri debeãt modo, & ordine prædictis; & facta vt supra valeant, & teneant, & roboris firmitatẽ habeant absq; alio processu, vel alia iuris, vel facti solẽnitate; etiã non obstãte aliquo alio statuto communis Parmæ super inde disponente; & hoc capitulum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari.

De camparijs eligendis in clausuris ciuitatis Parmæ, & in locis inhabitatis, & non habentibus camparium.

STatutum, & ordinatũ est, q̃ in clausuris ciuitatis Parmæ seruentur ordines editi super electione dictorũ camparior̃; in locis verò inhabitatis extra clausuras ad petitionẽ maioris partis cuiuslibet habentis, vel habentium terras, eligatur vnus camparius, quem teneatur D. potestas Parmę, postq̃ fuerit requisitus, acceptare, & confirmare, qui sit sufficiẽs, & idoneus, & teneatur satisdare, & iurare, & eidem credatur prout seruat̃ in alijs camparijs generalibus; & si fuerit negligẽs in accusando damna dantes infra quinq; dies, possit procedi contra eum tanq̃ campariũ negligentem; & teneatur ad emendam damni dati, prout faciunt alij camparij; & si contingeret aliquam discordiã oriri inter habentes terras in illo loco inhabitato in electione cãparij prædicti; D. potestas sub pœna libr. centum imper. applicañ. communi Parmę teneatur, & debeat confirmare, & deputare illũ, qui sibi videbit̃ noĩatus magis idoneus, & qui melius habet seruire in ipso officio, oĩbus consideratis, infra octo dies post nominationẽ de ipso cãpario factã; & pro mercede sua possit cõsequi soldum vnum pro qualibet bobulca terræ, ab habentibus terras in locis prędictis. Declarantes, q̃ non intelligatur locus inhabitatus, in quo habitent quattuor familię, quo casu illi quattuor foci, seu quattuor familię teneãtur inter sẽ eligere campariũ, qui teneatur pro vt tenentur alij camparij aliarum villarum; & si non elegerint condemnari possint, & debeant prout possunt condemnari, & cõdemnantur aliæ villę negligentes in electione campariorum.

Qualiter emendari debeant damna supportata a stipendiarijs, quia rurales non prouident secundum quòd debent.

ITem cum sępè contingat allogiare stipẽdiarios in villis ẽpatus Parmę, & per hoĩes ipsar̃ villarum eisdem stipendiarijs prouideri debere de stramine, & lignis iuxta ordines Ducales; & quia non adimplent ea ad quę tenentur sm̃ ordines ipsos, multa inferantur damna ciuibus, & incolis Parmę

Parmæ per ipsos stipendiarios in episcopatu Parmæ, de lignis, herba, fęno, & vicia in herba; statutum, & ordinatum est, q̃ si constet damnum esse datum propter non factam debitam prouisionem stipendiarijs; & intelligatur damnum datum esse propter non debitam prouisionem, nisi per camparium, vel qui habebitur pro cãpario vt supra, contrarium legitimè fuerit probatum; tunc commune, & homines ipsius villæ in qua damnum datum fuerit ciuibus, & incolis ciuitatis Parmæ per stipendiarios in ipsis rebus, vel aliqua ipsarum, teneantur ad emendam ipsius damni secũdum taxationem contentam in præsentibus ordinibus, & in ipsis intelligantur esse condemnati, secundum ordines supra expressos, singula singulis congruè referendo; siue ipsi stipendiarij per taxam, vel aliter resideant, vel per noctent in ipsa villa; & ipsa damna vt supra teneatur camparius, vel ditior, seu ditiores villæ denunciare domino, emphyteotæ, vel vt supra, ac dicto officiali damnorum datorũ infra tres dies immediatè sequuturos post damnum datum; aliàs teneantur ad emendam vt supra dictum est de alijs damnis datis, quorum accusationem facere ommiserint, vel neglexerint; & ipsam notificationem intimare debeat in villa sua cum termino quinq; dierum ad omnem defensam faciendam; & nulla defensa facta legitimè, sit, & intelligatur ipsa villa condemnata vt supra; & seu pro dãnis datis vt supra accusari possit camparius; & eo deficiente ditior, vel ditiores æqualis ęstimi, & insolidum villæ in qua damnum datum fuerit per dm̃, emphyteotam, & vt supra, de damno dato in rebus suprascriptis, vel earũ aliqua, de quo damno dato stetur, & stari debeat sacramento domini, & vt supra, vel fratris, filij, mezadri, gastaldi, vel nuncij eius; quæ accusa intimetur campario, vel ditiori per ipsum camparium, vel ditiorem in villa sua infra duos dies immediatè sequuturos, postq̃ habuerit ipsam accusam per vnum correrium communis Parmæ, vel alium nuncium, cui nuncio, seu campario, seu ditiori, vel ditioribus credatur cum sacramento de intimatione, & relatione prædictis; & in ipsa intimatione statuatur terminus quinq; dierum sequturorum immediatè post dictam intimationem, ad omnem defensam faciendam, qua intimatione facta, & termino statuto elapso, & nulla defensa legitimè facta, deferatur accusatori sacramentum super damno dato, & ipso per ipsum præstito, ipsa villa, camparius, vel ditior, vel ditiores, sint, & esse intelligantur condemnati dicto damnum passo, pro ipso damno dato contento in accusa, in quantitate, seu quantitatibus infra taxatis, pro emenda, vel emendis, singula singulis congruè referendo, & pro ipsis soluendis dicto damnum passo cogi, & constringi possint, & debeant omnes, & singuli homines villę prędictę, in qua ipsum damnum datum fuerit vt supra, & insolidum. Dictusq; camparius, vel ditior, seu ditiores ipsius villę in electione dicti damnum passi, realiter, & personaliter, ac etiam per quemlibet iusdicentem communis Parmę cogi,

&

& compelli possit, & debeat; & si villa fiat, vel sit exempta quouismodo, vel titulo, seruetur modus super damnis datis ciuibus, & incolis ciuitatis, & districtus Parmæ in ipsis villis exemptis, super alij damnis datis ibidem ordinatis.

ITem statutum, & ordinatum est, quòd pro damnis datis in villis prædicti episcoparus exemptis, & non exemptis, in & pro eorum emendis fiendis, sint, & esse intelligantur, & debitæ quantitates infrascriptæ, rationibus, & causis infrascriptis, singula singulis congruè referendo; & intelligantur omnes quantitates denariorum, esse de denarijs imperialium; videlicet.

Primo de qualibet vite combusta, vel incisa, siue cauata fructifera. Lib.2 sol. d.
Item de qualibet vite non fructifera combusta, incisa, vel cauata. Lib.1 sol. d.
Item de qualibet arbore fructifera sine vite combusta, incisa, vel cauata. Lib.10.sol. d.
Item de qualibet arbore fructifera cum vite combusta, incisa, vel cauata. Lib.16.sol. d.
Item de qualibet arbore non fructifera sine vite incisa, combusta, vel cauata. Lib.5. sol. d.
Item de qualibet arbore non fructifera cum vite incisa, combusta, vel cauata. Lib.7. sol. d.
Item de quolibet plantono salicis, plopæ, vel albaræ cõbusto, inciso, vel cauato. Lib. sol.10.d.
Item de qualibet planta, vel encta combusta, incisa, vel cauata, & quæ nondum fructus produxerit. Lib.1. sol.12.d.
Itẽ pro quolibet opio, vel plãtono ẽt nõ auidato annorũ triũ, & ab indè infra cõbusto, inciso, vel cauato. Lib.1. sol. d.
Item de quolibet salice penzoli scaluato in totum, vel in parte. Lib.1. sol. d.
Item de qualibet arbore fructifera scaluata. Lib.3. sol. d.
Itẽ de qualibet arbore non fructifera sine vite scaluata. Lib.1. sol. d.
Item de qualibet arbore cum vite scaluata. Lib.1. sol.10.d.
Item de qualibet arbore fructifera sbatuta, vel collecta, seu scorlata. Lib.3. sol. d.
Item de qualibet cascha fructuum collecta pro quolibet, & qualibet vice. Lib. sol.10.d.
Item de qualibet vite borchata cum bestijs, pro qualibet bestia, & qualibet vice. Lib. sol.10.d.
Item de quolibet plãtono salicis, plopæ, vel albaræ scorzatis

zatis trium annorum, & ab indè infra. Lib. sol.6. d.
Item de quolibet opio trium annorum, & ab indè infra scorzato. Lib.1. sol. d.
Item de qualibet planta, vel encta, & quæ nondum fecerit fructum scorzata. Lib.1. sol.4. d.
Item de qualibet arbore fructifera scorzata, ex qua scorzatura non sichetur. Lib.2. sol.10.d.
Et si sichetur ex ea. Lib.10.sol. d.
Item de qualibet arbore non fructifera scorzata, ex qua scorzatura non sichetur. Lib.1. sol. d.
Et si sichetur ex ea. Lib.5. sol. d.

Et intelligantur omnia suprascripta esse in terris non boschijs.

Itẽ de qualibet bobulca stipulæ combustæ, vel sichatæ. Lib.1.sol. d.
Item pro qualibet persona trauersante, scalchezante, vel faciente senteriũ per terras frumento seminatas pro quolibet, & qualibet vice, pedester quartarium vnum frumenti.
Et si equester duos quartarios frumenti.
Item pro qualibet persona trauersante, scalchezante, vel faciente senteriũ per terras seminatas spelta, faba, vel aliter, pro quolibet, & qualibet vice pedester, quartarium vnum bladi seminati in ipsa terra.
Et si equester quartarios duos.
Item pro qualibet persona faciente senterium, vel trauersante in terris instipula existentibns, vel in terris culturatis pro quolibet, & qualibet vice pedester. Lib. sol.3. d.
Et si equester. Lib. sol.5. d.
Item pro quolibet plaustro trauersante per terris seminatas frumento, starium vnum frumenti pro quolibet, & qualibet vice.
Item pro quolibet plaustro trauersante super terris existentibus in stipula, siue prariuis, siue culturatis pro quolibet plaustro, & qualibet vice. Lib. sol.10.d.
Item pro qualibet bestia bouina, asinina, mulina, vel caualina trauersante super terris seminatis pro qualibet vice. Lib. sol.4. d.
Item pro qualibet bestia bouina, asinina, mulina, vel caualina trauersante super terris in stipula existentibus, vel culturatis pro qualibet vice. Lib. sol.2. d.
Item pro quolibet animali minuto quadrupede; vt puta, porco, pecude, & capra, & similibus trauersante per terras seminatas pro qualibet vice. Lib. sol.2. d.
Item pro quolibet animali minuto vt supra trauersante per terras existentes in stipula, vel in cultura pro qualibet vice. Lib. sol.1. d.

Item

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУЧИНОЙ · МЕЧНИКОВА

Item pro quolibet animali minuto, vel groſſo paſculante in terris exiſtentibus in ſtipula, vel ſaldiuis, pro quolibet animali, & qualibet vice. Lib. ſol. 1. d.

Item pro qualibet beſtia bouina, equina, mulina, & aſinina, & ſimilis conditionis trauerſante prata a Kalendis menſis Martij vſq; per totũ menſem Septembris, pro quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 3. d.

Et de quolibet alio mẽſe ꝑ quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 1. d.

Item pro quolibet animali minuto quadrupede; vt puta, porco, pecude, & capra, & ſimilis conditionis, trauerſantibus per prata a Kalendis mẽſis Martij, vſq; per totum menſem Septembris pro quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 1. d. 6

Et de quolibet alio mẽſe, ꝑ quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. d. 6

Item pro qualibet beſtia bouina, mulina, equina, vel aſinina, & ſimilis cõditionis paſculante in pratis a Kalendis menſis Martij, vſq; per totum menſem Septembris, pro quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 9. d.

Et de quolibet alio mẽſe ꝑ quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 2. d.

Item pro quolibet animali minuto quadrupede; vt puta, pecude, capra, porco, & ſimilis conditionis paſculante in pratis a Kalẽdis Martij, vſq; per totum menſem Septembris. Lib. ſol. 2. d.

Et de quolibet alio mẽſe, ꝑ quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 1. d.

Itẽ pro quolibet porco rugãte prata pro qualibet vice. Lib. ſol. 8. d.

Item pro qualibet ꝑſona ſecãte, vel exportante herbã, vel fęnum de aliquo loco, vel prato ꝑ qualibet cauagnata, vel faſſo. Lib. ſol. 5. d.

Et ab indè ſupra vſq; ad quantitatem vnius plauſtri, & pro quolibet plauſtro. Libr. 4 imperialium.

Item pro qualibet beſtia, bouina, equina, mulina, vel aſinina, & ſimilis conditionis paſculante in terris ſeminatis de furmento, pro qualibet vice. Lib. ſol. 10. d.

Item pro qualibet perſona exportante mercidos, vel couos furmenti pro quolibet mercido, & couo. Lib. ſol. 4. d.

Itẽ ꝑ qualibet beſtia bouina, equina, mulina, aſinina, & ſimilis cõditionis paſculãte in terris ſeminatis de ſpelta, meliga, milio, panico, faba, vizia, vel alijs leguminibus ꝑ quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 6. d.

Item pro qualibet perſona exportante mercidum, vel couum, aut faſſum ſpeltæ, milicæ, milij, panici, vel fabæ, & ſimilis conditionis alio; legu-minum, pro qualibet vice, & couo. Lib. ſol. 2. d.

Item pro qualibet beſtia minuta quadrupede; vt puta, porco, pecude, capra, & ſimili paſculante in terris ſeminatis de furmento, pro qualibet vice, & qualibet beſtia. Lib. ſol. 5. d.

Item pro qualibet beſtia minuta vt ſupra paſculante in terris ſeminatis de ſpelta, pro quolibet vice, & qualibet beſtia. Lib. ſol. 4. d.

Item

Item pro quolibet porco paſculante in terris ſeminatis ſpelta, faba, vizia, & alijs leguminib⁹ ꝑ qualibet vice, & quolibet porco. Lib. ſol. 8. d.

Item pro quolibet porco rugante in terris ſeminatis quomodolibet, pro qualibet vice, & quolibet porco. Lib. ſol. 8. d.

Item pro qualibet beſtia bouina, aſinina, mulina, equina, & ſimilis conditionis, paſculante in aliqua terra ſeminata de lino, vel canipa, pro quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 10. d.

Ité pro qualibet beſtia minuta quadrupede; vt puta, caprina, pecudina, porcina, & ſimilis conditionis, paſculante, trauerſante, vel ſcalchezante in aliqua terra de lino, vel canipa ſeminata, pro qualibet vice, & qualibet beſtia. Lib. ſol. 5. d.

Item pro quolibet porco trauerſante, vel ſcalchezante in terris, in quibus ſint plantati ciuolini, zafrani pro qualibet vice, & quolibet porco. Lib. ſol. 2. d.

Item pro quolibet porco rugante, vel comedente ciuolinos zafrani, ꝑ quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol. 10. d.

Item pro quolibet porco paſculante, & non rugante, & non comedente ziuolinos zafrani de menſibus Septemb. & Octob. pro quolibet porco, & qualibet vice. Lib. ſol. 6. d.

Item pro qualibet beſtia groſſa, vel minuta quadrupede, ſcalchezante, vel paſculante in terris ſeminatis, & plantatis ziuolini zafrani pro qualibet vice, & qualibet beſtia. Lib. ſol. 2. d.

Item pro qualibet perſona ſcalchezante in terra ſeminata zafrano, pro qualibet perſona, & qualibet vice. Lib. ſol. 2. d.

Item pro qualibet perſona fœmina, vel maſculo, quæ colligent ziuolinos zafrani, vel acceperit, vel exportauerit flores zafrani, pro qualibet vice, & qualibet perſona. Lib. ſol. 10. d.

Item pro qualibet beſtia groſſa, vel minuta trauerſante, ſcalchezante, ſeu paſculante in terris hortiuis, pro qualibet beſtia, & qualibet vice. Lib. ſol. 2. d.

Item pro qualibet perſona maſculina, vel fœminina, quæ collegerit, inciderit, deuaſtauerit, abſtulerit, vel exportauerit aliquid de horto alieno contra voluntatem poſſeſſoris, pro qualibet perſona, & qualibet vice. Lib. ſol. 10. d.

Item pro quolibet pullo, vel gallina, anate, vel anſere, vel alio animali ſimilis conditionis, & generis, pizante, vel paſculante in terra ſeminata de furmento, vel pratiua, vel hortiua, pro qualibet beſtia, & qualibet vice. Lib. ſol. 1. d.

Item pro qualibet beſtia bouina quadrupede groſſa intrante in vineis, vel pergolis ciuitatis, vel epiſcopatus Parmæ, trauerſando, vel eundo ante pullulationem, & productionem vuarum vitium, pro qualibet beſtia,

&

& qualibet vice. Lib. ſol.10.d.

Item pro qualibet beſtia p̄dictæ cōditionis, quæ intrauerit, vel iuerit in cápis vineis, vel pgolis poſt pullulationē, & p̄ductionē fructuū in ipſis pé dentibus, pro qualibet beſtia, & qualibet vice. Lib.1. ſol. d.

Item pro quolibet porco intrante in pergolis, & vineis tpe fructuum pendentium pro qualibet beſtia, & qualibet vice. Lib. ſol.10.d.

Item pro quolibet exportante, vel accipiente vuas luiaticas, moſcatelas, tri marinas, vel alterius conditionis gentiles, pro qualibet vice ab vna paneria infra. Lib. ſol.5. d.

Et pro vna paneria, & ab indè ſupra p̄ qualibet paneria. Lib. ſol.10.d.

Item pro quolibet vrzio vuarum arborum, vel pergolorum, accepto, vel exportato pro qualibet vice. Lib. ſol.5. d.

Item pro qualibet paneria vuarum pergolorum, vel arborum, accepta, vel exportata pro qualibet vice. Lib. ſol.10.d.

Item pro quolibet panerio vuuarum p̄dictarum accepto, vel exportato. Lib. ſol.5. d.

Item pro qualibet vua matura, vel immatura accepta, vel collecta cum furlatina. Lib. ſol.1. d.

Item pro quolibet vrzio vuarum vinearum accepto, vel exportato. Lib. ſol.10.d.

Item pro qualibet paneria vuarum accepta, vel exporta ta de vineis. Lib.1. ſol. d.

Item pro quolibet panerio vuarum vinearum accepto, vel exportato. Lib. ſol.10.d.

Item & ſi damnum datum in vuis vinearum, pergolorum, vel arborū dice retur aſcendere maiorem quantitaté vnius paneriæ, credatur ſacramen to damnum paſſi de eo pluri, & pro rata damni eiuſdem, & ſecūdum taxationes prædictas ſoluatur.

Item pro qualibet ſtrazante, vel deuaſtante pergolos, vel vineas, pro quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol.4. d.

Item pro quolibet exportante pallos pergolorum exiſtentes in opere, pro quolibet pallo, & qualibet vice. Lib. ſol.1. d.

Item pro quolibet exportante pallum non exiſtentē in opere, pro quolibet pallo, & qualibet vice. Lib. ſol. d.6.

Item pro quolibet exportante palletos vinearum pro quolibet palleto. Lib. ſol.3. d.

Item pro qualibet pertica pergolorum, & vinearum exiſtente in opere exportata. Lib. ſol. d.6.

Iteé pro quolibet ptica nō exiſtente in opere exportata. Lib. ſol. d.3.

Item pro quolibet explanante foſſatum, vel etiam deſtruente aliquam claudentiam factam pro clauſura agri, terræ, vel loci, pro qualibet vice.

vice. Lib. ſol.10.d.

Item pro qualibet ceſſa mortua inciſa, accepta, & exportata, vel deſtructa, ſeu deuaſtata, pro quolibet brachio ceſſæ, & qualibet vice. Lib. ſol.4. d.

Iteé pro qualibet ceſſa viua inciſa, & pro quolibet brachio, & qualibet vice, exceptis plantis etiam groſſitudinis viminarum, de nuce, opio, ceroſa, piro, caſtanea, ſorba, & robore, vel quercu, pro quolibet brachio. Lib. ſol.2. d.

Item p̄ quolibet porco, vel alio animali groſſo, bouino, equino, mulino, & aſinino tempore glandium paſculante, vel comedente ipſas glandes in nemoribus, pro quolibet, & qualibet vice. Lib. ſol.8. d.

Et hoc intelligatur incipere in Kalendis Auguſti, & durare per totum mēſem Decemb. & intelligantur ipſa nemora in boſchis habentibus arbores aptas ad glandes, vt eſt robur, & quercus.

In prædictis verò nemoribus ſoluatur omni alio tēpore, pro quolibet animali groſſo, vel minuto paſculante. Lib. ſol.1. d.

In alijs autem nemoribus ſine quercu, & robore exiſtentibus, ſoluat omni tempore pro quolibet porco, & alio animali groſſo, vel minuto paſculante vt ſupra. Lib. ſol.1. d.

De qualibet planta lignaminis nemorum, ſæpium, & terrarum ſaldiuarū, exceptis plantis nucis, opij, ceroſæ, piri, pomi, caſtanearum, & nizolarū groſſitudinis a canterijs domorum paleatarum infra, inciſa, vel combuſta. Lib. ſol.2. d.

De qualibet planta opij, ceroſæ, pomorum, nucum, pirorum, & caſtanearum, ac nizolarum inciſa, vel combuſta, vel cauata, in nemoribus, ſępibus, ſeu ſaldis. Lib. ſol.4. d.

De quolibet canterio domus paleatæ, dummodò non ſit de quercu, ſeu de robore, pro quolibet brachio denarios octo. Lib. ſol. d.8.

Et ſi de robore, vel quercu, pro quolibet brachio. Lib. ſol.1. d.

De quolibet canterio domus copatæ, dūmodò non ſit de robore, vel quercu pro quolibet brachio. Lib. ſol.1. d.

Et ſi de robore, vel quercu pro quolibet brachio. Lib. ſol.1. d.6.

De qualibet arbore, excepta robore, vel quercu a trabeto groſſitudinis onciarum quattuor in vna quadra, & in alia, tantum trium, & ab inde infra, pro quolibet brachio. Lib. ſol.1. d.6.

Et ſi de robore, vel quercu, pro quolibet brachio. Lib. ſol.2. d.

Item de qualibet arbore apta a trabe, excepta robore, vel quercu, groſſitudinis onciarū v. in vna quadra, & onciarum quattuor in alia, inciſa, vel combuſta, pro quolibet brachio. Lib. ſol.3. d.

Et ſi de robore, vel quercu pro quolibet brachio. Lib. ſol.6. d.

Item de qualibet arbore, excepta robore, vel quercu groſſitudinis onciarum

rum octo in vna quadra, & in alia, ſeptem, vel ſex, pro quolibet brachio. Lib. ſol. 8 d.

Et ſi de robore, vel quercu, pro quolibet brachio. Lib. ſol. 12. d.

Item de qualibet arbore, excepta robore, vel quercu groſſitudinis onciarum decem pro vna quadra, & nouem, vel octo pro alia, pro quolibet brachio. Lib. ſol. 10. d.

Et ſi de robore, vel quercu, pro quolibet brachio. Lib. ſol. 16. d.

Item de qualibet arbore, excepta robore, vel quercu groſſitudinis onciarum duodecim pro vna quadra, & pro alia vndecim, vel decem, pro quolibet brachio. Lib. ſol. 12. d.

Et ſi de robore, vel quercu pro quolibet brachio. Lib. ſol. 18. d.

Item pro quolibet ligno, ſeu planta apta pro pertica perticalis ab arando. Lib. ſol. 6. d.

Item de quolibet faſſo vinziarum a ſæpibus inciſo in boſchis, ſæpibus, vel terris ſaldiuis, exceptis opijs, nucibus, ceroſis, piris, caſtaneis, nizolis, & pomis vt ſupra. Lib. ſol. 6. d.

Item pro qualibet planta oppiorum, nucum, ceroſorum, pirorum, caſtanearum, & pomorum, vel nizolarum groſſitudinis. Lib. ſol. 2. d.

Item pro quolibet cauante, vel incidente bozios cuiuſlibet maneriei in nemoribus, ſaldis, & ſępibus, vel alibi vbicunq;, contra voluntatem poſſeſſoris, pro quolibet faſſo. Lib. ſol. 3. d.

Item pro quolibet cauante, vel exportante couos, ſeu ſtipulã de cãpis alienis, vel terris alicuius, pro quolibet couo, vel faſſo. Lib. ſol. 2. d.

Item pro quolibet exportante, vel auferente ligna inciſa cõtra voluntatem poſſeſſoris, pro quolibet plauſtro lignorum a foco. Lib. 1. ſol. 12. d.

Item pro qualibet vintina faſſorum a foco inciſa, & exportata vt ſupra. Lib. ſol. 10. d.

Item pro quolibet ligno inciſo de voluntate poſſeſſoris non laborato, & exportato contra eius poſſeſſoris voluntatem, ſecundum longitudiné, & groſſitudinem vt ſupra declaratam de lignis inciſis, ſoluere teneatur vt ſupra expreſſum eſt.

Item pro quolibet ligno inciſo, & laborato de voluntate poſſeſſoris, & contra eius voluntatem exportato alibi, ſecundum longitudiné, & groſſitudinem expreſſam ſuperius de inciſis in nemoribus, ſingula ſingulis, congrua congruis referendo, duplex quantitas ibi taxata ſoluatur, & ſolui debeat pro exportante, vel qui exportauerit.

Item pro quolibet exportante zochos, tronchonos, & cimalia a foco, pro quolibet plauſtro, ſeu trazia. Lib. 1. ſol. 4. d.

Item pro quolibet incidente, ſeu ſcaluante aliquam partem arborum ſine vite, cauſa accipiendi, & pro accipiendo examen, ſeu ſamum apum a mele,

mele, vel cera, & tronchum, vel partem arboris inciſam occaſione præ dicta exportauerit, ſiue non exportauerit. Lib. 1. ſol. 12. d.

Et ſi arbor fuerit cum vite libras tres, ſiue. Lib. 3. ſol. d.

Item pro quolibet accipiente, deſtruente, vel exportante buxolũ examinis, vel ſamum apum prædictorum cõtra voluntatem poſſeſſoris, pro quolibet buxolo, libras duas, ſiue Lib. 2. ſol. d.

Item pro quolibet accipiente tegulas, ſeu cupos alienos contra voluntatem vt ſupra, pro quolibet centonario ad rationem centonarij. Lib. 1. ſol. d.

Item pro quolibet deſtruente cluſam, ſeu impedientem aliquem facientẽ ipſam pro adaquando, ſeu rigando prata, terras, hortos ſuos, vel conductos, habentẽ inde ius adaquandi, pro quolibet, & qualibet vice, & pro qualibet bobulca terræ, quæ adaquari nõ potuerit ipſa de cauſa, de quibus credatur ſacramẽto damnum paſſi, & vt ſupra. Lib. 3. ſol. d.

Item pro quolibet deſtruente, vel incidente aliquam cluſam, propter quã conducitur aqua ad molendinum alicuius perſonę contra voluntatem poſſeſſoris, pro quolibet, & qualibet vice. Lib. 10. ſol. d.

Item pro quolibet accipiente, vel cauante terram in pratis, vel terris laboratuis alienis, pro cluſis faciendis contra voluntatem vt ſupra, pro qualibet vice. Lib. 1. ſol. d.

Item in terris ſaldiuis accipiente terram vt ſupra. Lib. ſol. 10. d.

Item pro quolibet proijciente, vel ponente ſcaluaturas, zochos, vel lignamina, aut putaturas in canalibus molendinorum, vel alienis aquæ ductibus contra voluntatem poſſeſſoris vt ſupra, pro qualibet vice. Lib. 1. ſol. d.

Item pro quolibet adaquante de aqua cauidi, vel alieni canalis, vel in qua, vel in quo ius non habeat contra voluntatem poſſeſſoris vt ſupra, pro quolibet, & qualibet vice. Lib. 3. ſol. d.

Item pro quolibet ponente, vel labi permittente, ſeu faciente aquam ex campis ſuis, vel conductis in campis alienis non habentibus canale, vel aquæ ductum debitum, & conſuetum, ſeminatis de frumento, vel alio quouis ſemine, pro quolibet, & qualibet vice contra voluntatem poſſeſſoris, ſtarium vnum ſeminis bladi ſeminati in ipſis cãpis, vel aliquo ipſorum, pro quolibet, & qualibet vice.

Itẽ ꝓ terris vineatis, vel culturatis, & ꝓ quolibet vt ſupra. Lib. ſol. 10. d.

Item pro alijs terris cuiuſuis qualitatis vt ſupra. Lib. ſol. 5. d.

ITem ſtatutum, & ordinatũ eſt, ꝙ quilibet damnũ paſſus poſſit remittere accuſã, ſeu accuſas accuſato, vel accuſatis qñcunq; ante ſententiã latã; & ꝙ ipſa accuſa nõ poſſit cancellari, vel aboleri de libro, vel filza accuſationũ per aliquẽ notariũ dicti officij dãnorũ datorũ, ſiue aliquã perſonam

nã aliã ſine expreſſo conſenſu accuſantis, ſub pœna libr. x. imper. applicañ. Cameræ Ducali; & ad emendã damnorum datorꝝ contentorꝝ in accuſa, de quibus credatur ſacramẽto accuſantis, & teneatur ſtare ipſe cancellans.

ITem ſtatutũ, & ordinatũ eſt, ꝙ per prẽſentia ſtatuta, & ordines non ſit, nec eſſe intelligatur derogatum aliquibus alijs ſtatutis, vel ordinibꝰ cõmunis Parmæ diſponentibus ſuper ipſis damnis datis, vel eorum occaſione, in caſu, vel caſibus, in quo, vel quibus per præſentes ordines, vel ſtatuta non ſit ſpecialiter prouiſum; ſed ſalua remaneant, & illæſa.

De minis, iniurijs, & percuſſionibus illatis ciuibus, & incolis Parmæ per rurales.

ITem cum ſæpiſſimè contigerit, vel contingat, rurales, & incolas villarum, & locorum epiſcopatus Parmæ potiſſimè dantes damna, & occaſione damnorum datorũ per ſe, vel ſuos, vel animalia ſua, infinitas minas, & verba iniurioſa inferri, & ex indè ſequi homicidia, incendia, & robarias, & alios exceſſus multiplices ciuibus, & incolis ciuitatis Parmæ, prẽnimia eorum, & cuiuſlibet eorum audacia, inſolentia, & temeritate, cauſata vt creditur potiſſimè pp guerras; & per ipſorum longæuam gentium armigerarꝝ conuerſaiionem; ita ꝙ ipſi ruricolæ facti ſunt velut inhumani, & ſeu hoſtes velut Deũ nõ verentes, & ipſos ciues, & incolas Parmæ paruipendentes; & adeò ꝙ ipſi ciues, & incolæ Parmæ eorum iura tueri, & cuſtodire, ac emendas damnorꝝ datorꝝ conſequi, vt plurimũ nõ audent, vel ommittunt; & ita ꝙ multis craſſantibus in prædictis opus fuit, & eſt exemplo; ſtatutũ, prouiſum, & ordinatum eſt, ꝙ quicunq; contadinus, ſeu ruralis, vel agricultor, habitator villarum, & locorum, ac terrarum dicti epiſcopatus Parmæ, minatus fuerit alicui ciui, & incolæ, ſeu aliquibus ciuibus, & incolis ciuitatis Parmæ vbicunq; locorum dictæ ciuitatis, vel epiſcopatus Parmæ, dicta de cauſa, vel alia quacunq; ratione, vel cauſa, & quocunq; tempore; & eiſdem, vel eidem verba iniurioſa dixerit cum armis, incidat, & incidiſſe intelligatur in pẽnã, ac condemnatus pro quolibet, & qualibet vice in libris decem imperialium applican. pro dimidia offenſo; & pro alia dimidia communi Parmæ; & pro minis, & verbis iniurioſis ſine armis, pro quolibet, & qualibet vice libr. ſex imperialium applican. vt ſupra; & quilibet dominus, vel pater familiæ teneatur pro alio, ſeu alijs eiuſdem familiæ, & etiam pro famulo, vel laboratore ſuo, ſi famulum, & laboratorem nõ præſentauerit D. poteſtati Parmæ, vel eius officio; & in de & pro prædictis credatur, & ſtetur, & credi, & ſtari debeat offenſi ſacramento, habentis in bonis valimentum librarum ſexcentum imperialium; & ſi habuerit valimentum ab indè infra, credatur offenſo vt ſupra cum ſacramento, & vno teſte cum ſacramento ẽt coniuncto, vel de eadem familia. Si verò pcuſſerit, vel

vel vulnerauerit aliquem ciuem, vel incolã ciuitatis prædictæ in ciuitate, vel extra, vbicunq;, & intra confines plateæ dictæ ciuitatis cum armis, & cum ſanguine, & ſine armis, & ſine ſanguine, & in facie cum cicatrice remanſura, vel non; & alibi extra faciem, etiam cum mutilatione membri, vel ſic, vel aliter qualitercunq; incidat, vel incidiſſe intelligatur, ac cõdemnetur, & condemnari debeat idem comitatiuus, & vt ſupra, in pẽnas limitatas per ſtatuta communis Parmæ, ſita ſub rubrica de percuſſionibus, & ferrutis, &c. & triplicentur, & triplicari debeant ipſæ pœnæ, ſingula ſingulis, & congrua congruis referendo; & credatur offenſo cum ſacramẽto, & vno teſte, etiam cum ſacramento, etiam attinente, & ſine ipſo offenſo iurato credatur duobus teſtibus cum ſacramento; & pater, ac dominꝰ familiæ pro alio eiuſdem familiæ teneatur; & pro famulo, & laboratore ſuo, ſi famulum, & laboratorem non præſentauerit vt ſupra, teneatur occaſionibus prædictis, & qualibet earum ſingula ſingulis vt ſupra. Et ſi decapitationis, vel inciſionis membri, vel pœna corporalis aliquo caſu, vel cauſa imminet offendenti per ſtatuta dicti communis; tunc paterfamilias pro famulo, & laboratore ſuo, ſi non præſentauerit vt ſupra, teneatur, & cõdemnetur, & condemnari poſſit, & debeat in bonis proprijs in libr. quinquaginta vſq; in centum arbitrio poteſtatis, qualitate perſonæ, & quantitate patrimonij penſatis. Et ne forſan maioris ſcandali futuri ex indè præſtetur occaſio; & in de, & ſuper, & pro prædictis omnibus, & ſingulis, etiam ſingula ſingulis, & congrua congruis referendo vt ſupra, procedi poſſit, & debeat per D. poteſtatem Parmæ, eiuſq; iudicem maleficiorum Parmę, etiã per denunciationem, accuſationem, & inquiſitionem, non obſtantibꝰ aliquibus ſtatutis dicti communis Parmæ in contrarium diſponentibus, ſub pœna dicto poteſtati, eiuſq; iudici prædicto, prædicta, vel aliquod prædictorum negligenti, vel ommittenti, & pro quolibet, & qualibet vice libr. xxv. imper. applicañ. vt ſupra, & de quibus poſſit, & debeat ſyndicari.

ITem cum ſæpè contigerit, & contingat, rurales, & habitatores epiſcopatus Parmæ eorum temeritatibus, audacijs, & calumnijs opponere ac cuſationibus de ſe factis pro damnis datis per eos, ꝙ petia terræ in qua dediſſe damnum accuſati fuerint, eſt eorum propria, vel ꝙ per eos poſſidetur, vt euitent, ſeu in longum protrahant emendas limitatas occaſione dãnorum datorum in dictis accuſationibus; ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſi per dictos rurales pro eorum defenſione a dictis accuſationibus facta fuerit dicta oppoſitio proprietatis, vel poſſeſſionis, ꝙ illam probare teneatur per titulum, vel poſſeſſionem biennalem in termino ſibi ſtatuto ad defenſam per præſentes ordines, qua probatione facta, cadat accuſans in pœnã, in quam accuſatus incidiſſet, ſi non probaſſet vt ſupra; alioquin nullatenꝰ excuſetur ab emendis, & a pœnis limitatis vt ſupra, pro damnis datis contentis

tentis in dictis accusationibus de se factis vt supra. Saluo tamen eisdem omni eorum iure, tàm proprietatis, quàm possessionis.

ITem statutum, & ordinatum est, q̃ si contingat accusari pro damnis datis aliquos ciues, & incolas ciuitatis Parmæ per rurales, & habitatores episcopatus Parmæ, habentes in bonis valimentum lib. sexcentum imper. credatur eis cum sacramento, vt in præsentibus ordinibus continetur; & si tantum valimentum non habuerit, credatur eis cum sacramento, & vno teste fidedigno, & omni exceptione maiore.

ITem quia ordines, & statuta, præsentes, & præsentia, conditi, & editi, & condita, & edita propter infinita, & intollerabilia damna parum p̃ desent, nisi forent qui eos, & ea regerent, & ius ex inde administrarent; statutum, & ordinatum est, q̃ dictus officialis damnorum datorum, & quilibet iusdicens communis Parmæ, & quilibet ipsorum iura administrent, & administrare possint, & debeat, in de & super damnis datis, & eorum occasione; ita tamen q̃ accusationes, processus, & sententiæ, & inde sequentia scribantur, & scribi debeant per notarios dicti officialis damnorum datorum; & ab eorum, & cuiuslibet eorum officialis, & iusdicentis communis Parmę sententijs, in de & super damnis datis, & occasione eorum latis, nullatenus appellari possit; & appellatio facta nullius sit valoris, efficaciæ, vel momenti; nisi quantitas condemnationis excedat summam libr. xx. imper. quo casu possit appellari ab ipsa condemnatione, & terminetur appellatio, prout terminantur appellationes aliarum causarum.

FINIS.

Galeaz Maria SF. Vicecomes Dux Mediolani, &c.

DIlectissimi nostri. Supplicatum, & petitum est nobis superioribus his diebus nomine vestrum Antianorũ, totiusq; illius nostrę Cõmunitatis, vt statutum hic inclusum per generale Consilium eiusdem ciuitatis solemniter, & ad bonum finem editum, auctoritate nostra cõprobare, cõfirmare, & corroborare velimus. Nos verò ipsum statutum p̃ vtrũq; consiliũ nostrũ prius visũ, benè digestũ, diligẽterq; põderatũ, moderatũ, atq; correctũ, ex certa sciẽtia, & potestatis nr̃ę plenitudine, auctoritateq; cõprobãtes, confirmãtes, & corroborantes ad vos remittim⁹. Decernẽtes, & volẽtes oĩnò, q̃ statutũ ipsũ in locis publicis, & cõsuetis eiusdẽ nr̃ę ciuitatis, & ep̃atus, publicari, diuulgariq;, & in volumine alior̃ statutor̃ eiusdẽ ciuitatis, & decretor̃ nostror̃ describi, integrèq; p̃ lege obseruari, pro vt iacet ad litteram faciatis. Dat. Varesij die 4. Nouemb. 1469.

De-

Decretum siue statutum contra rurales occidentes, seu percutientes, aut insultantes ciues.

CVm sæpè contigerit, & contingat, rurales, & incolas villarum, & locorum episcopatus Parmæ, eorum audacia, superbia, insolentia, temeritate, & præsumptione, sine respectu aliquo ciuibus iniuriari, & ipsos multipliciter offendere, eos verberando, vulnerando, & occidendo; & sæpènumero contra ipsos insultus faciendo, hactenus sæpissimè accidit, & in dies adeo in eorum malitijs, & proteruitatibus crescant, non timentes pœnas quibus mulctantur, & puniuntur propter prædicta; tàm per formam statutorum, & ordinum communis, & populi Parmæ, quàm decretorum Ducalium in prædictis disponentium, pro eo, quia vt plurimum bona immobilia non possident, quibus ab excessibus præcaueant, etiam ex eo, q̃ per eos factis, & perpetratis huiusmodi excessibus, ac homicidijs, in aliena, & separata dominia, & iurisdictiones se transferunt, & confugiunt, in modum, q̃ huiusmodi excessus, & delicta sæpènumero trã seunt impunita, adeo q̃ ciues in villis maximè episcopatus Parmę cum ipsis ruralibus, ius suum non nisi cum maximo timore, & periculo dicere, & tueri audent; quamquam ab ipsis ruralibus multifariam, multisq; modis fraudentur, & decipiantur in eorum magnum damnum, & detrimẽtum; & propterea ad obuiandum talibus inconuenientibus, & insolentijs, etiam ad obuiandum, & fugiendum pericula, & scandala, quæ ob indè sequi, & oriri possent; ad comprimendumq; insolentias, audaciam, temeritatem, & superbiam ruralium, & incolarum villarum, & locorum episcopatus Parmæ per Magnificum generale cõsilium huius ciuitatis solemniter, & legitimè conuocatum, & congregatum.

Statutum, prouisum, ordinatum, & deliberatum est, q̃ si contigerit casu aliquo in futurum, aliquos rurales, & incolas villarum, & locorum prædictorum, aliquem ciuem, vel aliquos ciues ciuitatis Parmæ occidere, & talem ruralem postmodum aufugere, adeò q̃ in fortiam Magn. D. potestatis Parmæ haberi nõ possit, & per aliquem, sit, qui velit, talis ruralis capiatur, & in fortiam Mag. D. potestatis Parmæ constituatur, & ponatur viuus, seu viuens; lucretur ille talis præsentans, & ipso iure, & facto lucratus esse intelligatur absq; alia declaratione, ducatos centum auri; & si mortuus talis ruralis præsentatus fuerit, vel præsentabitur, aut per aliquem probatum fuerit, se talem ruralem homicidam occidisse, talis præsentans, vel sic probãs vt supra, lucretur, & lucratus esse intelligat ipso iure, & facto ducatos quinquaginta auri, etiam absq; vlla alia declaratione vt supra, ad quorum solutionem, & exbursationem compelli possit, & debeat incontinenti, & ipso iure, & facto, facta huiusmodi præsentatione, seu probatione vt supra,

The-

Thesaurarius communis Parmæ, absq; aliqua petitione in scriptis danda, & aliquo processu super inde fiendo, de denarijs quibuscunq; ad cõmune Parmæ spectantibus, & de ipsis facere possint bulletam D. Antiani absq; alijs adiunctis; nec intelligantur de libr. centum quinquaginta, quas possunt expendere dicti D. Antiani per ordines dicti consilij; & si talis præsentans vtroq; modo, & seu probans vt supra, talem ruralem, esset bannitus, ipso iure, & facto disbannitus sit ab ipso banno, quodcunq; fuerit, absolutus, & liberatus esse intelligatur; dum tamen non sit bannitus pro crimine læsæ maiestatis, & facto status Illustris. P. nostri. Et si etiam condemnationes in communi haberet talis præsentãs, seu probans vt supra, ab ipsis omnibus etiam quorumcunq;, & qualiscunq;, & ex quibuscunq; de causis sint, ipso iure, & facto, absq; vlla alia declaratione vt supra, absolutus, & liberatus sit, & esse intelligatur; & pro ipsis, seu earum vigore, & virtute, post modum aliquo modo non possit molestari, nec valeat per aliquos officiales. Et si contingat, seu contingerit aliquem ruralem, seu incolam vt supra, aliquem ciuem verberare, seu vulnerare aliqualiter, & insultum aliquem, contra ciues facere, q; talis ruralis, per, & propter prædicta, vel aliquod prę dictorum cadat in pœnam, vltra pœnas pro prædictis limitatas, declaratas, & taxatas per formam statutorum communis, & populi Parmæ, ac decretorum Ducalium superindè disponentium, a quibus non intelligatur per præsentes recessum; immò ipsæ pœnæ sint, & stent firmæ, & in sui roboris firmitate permaneant, pro qualibet vice ducatorum quinquaginta auri Ducali cameræ applicandorum.

Dux Mediolani, &c.

CONte Francesco. Quella nostra Communità per Sartorio Beliardo suo ambasciatore ce ha facto intendere, che hauendo animo de fare stampare li statuti suoi consueti gli e parso fargli prima examinare, & corregerne alcuni, quando cum nostra bona volonta gli sij permesso. Exhibendone tutti quelli statuti alli quali glie parso fare alcuna correctione. Li quali hauendo noi facti reuedere dal nostro Consilio secreto cum participatione de li nostri Magistrati de le intrate per le cose tangente lo interesse de la Camera nostra. Et assetatili nel modo se contene in lo exemplo, quale remandiamo ad voi qui alligato, & sigillato del sigillo nostro. Però vi dicemo vediate che cum sincerita siano hora assetati vna cum li altri. Dando facolta ad epsa communita nostra che li possa fare stampare ad omne sua requisitione. Et fare che habiano quella auctorità

cum

cum queste additione: che haueuano prima, che li fossero facte. Papiæ die xj. Maij. M.CCCCLXXXXIIII.

B. Chalcus.

A tergo

Magnifico Affini Comiti Francisco SF. Armorũ, & cætera: ac Parmæ, & Placentiæ nostro carissimo.

Finiunt statuta Magnificæ Communitatis Parmæ probata, & confirmata per Illustris. D.N.D.Io. Galeaz Ducem Mediolani sextum. Gubernante inclito Lodouico patruo. Impressa Angeli Vgoleti ciuis Parmeñ. Hilarij Vgoleti filij diligenti cura, & opera solerti. Olympiade D.LXVIII. idest anno a Natiuitate Christi. M.CCCCXCIIII. xvj. Kalen. Octob. Nunc vero Erasmi Viotti, anno à Natiuitate D. Nostri. M. D.LXXXIX.

REGISTRVM.

✶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes sunt quaterniones, præter ✶ quæ est quinternio, & Ff quæ est duernio.

HAYKOBA ИМЕНИ I. I. МЕЧНИКОВА

ILLVSTRI ADMODVM,

Iurisq; prudentiæ laude præclaro in primis, atq; insigni viro Paullo Bergontio.

Erasmus Viottus. S.

VM statutorum Parmen. quæ & iuris peritis nostris, & alijs permultis valde admodū in optatis erant, iam ad vmbilicum deducta sit, vt vocant, impressio; additis ijs annotationibus, seu scholijs, quibus nihil, nec ad explanationem multorum, quæ prius salebris non carentia, inerant, aptius; nec ad illustrationem non paucorum, quę tamquam tenebris inuoluta latebant, apertius esse poterat: visum est mihi a ceterorum mei ordinis, atq; artis hominum cōsuetudine minime recedendum; vt egregio alicui, pręstantiq; viro opus hoc dedicarē; quem te, cum omne laudis pondus, non solum nostra Parmensium notitia; sed summa etiam, externorum prædicatione facile sustineas, & adæques; vnum omnibus potissimum esse volui. nam & Bergontiorum Nobilitas a Maiorib. tuis parta illa quidem, sed a te ipso mirum in modum aucta, atq; amplificata, & ad summum vsq; perducta; & singularis morum, ac vitæ probitas; & iuris Pontificij, Cæsareiq; perfecta cognitio, ita laudem in te omnem coaceruarunt; ac cumularunt; vt eum, qui sit de tuæ tam multiplicis laudis amplitudine iudicaturus plane, quo genere maior sis, ambiguum, incertumq; reddant. Hæc me semper, ex quo tanto splendore tuum nomen apud omnes diuulgatum, illustratumq; est, & tibi facile conciliarunt, & eximijs virtutibus tuis valde addictum esse coegerunt. cuius mei in te studij magnitudinem hoc, qualecunq; est, munere nunc ostendere volui: alias, si par votis mihi alicunde dabitur occasio, idem libentius multo declaraturus. Vale iurisconsultorum decus egregium.

Parmæ. XIV. Kal. Martij. M. D. LXXXX.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

ERASMVS VIOTTVS TYPOGRAPHVS.

STVDIOSO LECTORI. S.

NE Lector, opus diutius exspectatum, & desideratum a me impressum, in lucem prodit, futurum vt spero, omnibus, & maxim: in foro versantibus vtilissimum, compositarum scilicet Annotationum, & glossarum ad Parmen. statuta, pluriumiurisconsultorum, & illorum quidem praeclarissimorum, quae latebant diu, non excusae: cogitatu, quanta Judicum, Aduocatorum, & omnium de legitima disciplina bene sentientium iactura; ac mihi credas velim, me in hoc munere obeundo, non tam, siue laudem, siue priuatam aestimationem adamasse, quam publicum spectasse commodum. si quid autem sæpius repetitum legendo offendes, id boni, & æqui consulas velim: Nam, etsi breuitas temporis in hoc opere conficiendo positi, & excudendi celeritas effecit, vt mihi imprimendi diligentia excussa videatur, tuum tamen grauissimum iudicium opus ab omni reprehensione integrum præstet, neq; enim matronæ faciem damnamus, cui aliquis neuus insit: Qui autem fuerint ij iurisconsulti quorum Annotationibus, & glossis dispersis, ac prope infinitis sub vno aspectu, & in hunc, quem vides, ordinem redactum opus fuerit, pagina proxime edocebit: viri quidem sunt omnium, quos ea tempora tulerint, clarissimi, & qui e caelo diuinitus ad nos missi, crediti fuerint. Vale, mi Lector, & Viotti tui, in omnes studiosos beneuoli animi propensionem probare ne graueris, qui hoc abs te consecutus, maiora in dies aggredi non dubitabit.

Nomina, & cognomina iurisconsultorum quorum Annotationibus, & scholijs manu scriptis fuit opus compositum.

Bartholomæus a Prato.
Vincentius Blondus.
Jacobus Carpesanus.
Ludouicus Zandemaria.
Antonius Cantellus
Innocentius Blondus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА